

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANIS COMŒDIÆ.

ACCEDUNT

PERDITARUM FABULARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE

G. DINDORFII.

TOMUS III.

ANNOTATIONES.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
MDCCCXXXVII.

PRÆFATIO.

TERTIO hoc volumine complexus sum quæ ad emendandas et interpretandas comici fabulas vel ab aliis utilia allata videbam vel ipse dicenda habebam. Cujusmodi annotationum delectu eo magis opus esse videbatur, quum ampla commentariorum collectio a C. D. Beckio eodem fere instituta consilio, quo Æschylus Butleri Euripidesque Glasgoviensis, tanta onerata sit inutilium futiliumque rerum copia, ut si novissimæ quæque ad poetas scenicos annotationes pari collectæ diligentia prioribus adjungantur voluminibus, paullatim eo simus perventuri ut quemadmodum poemata Thespis, ita commentarios poematum plaustris vehant philologi. Est autem commentariorum genus illud tanto molestius legentibus quo pauciores omni tempore et critici et interpretes exstiterunt quorum opera his poetis vere fructuosa fuerit. Atque Aristophanis quidem diligentius tractandi prima, quæ memoratu digna sint, initia ab Ludolpho Kustero et Stephano Berglero facta videmus ineunte superiore seculo. Quorum Berglerus quum in explicandis potissimum verbis sententiisque elaborasset, etsi multa attulit hodie minus necessaria, aliæ tamen annotationes ejus plurimæ servari a me potuerunt, quarum hæc præcipua virtus est, quod perspicue et sine ullis verborum ambagibus exponit quæ cognovisse operæ pretium sit. Eandem

et majorem laudem facile mereri potuisset Kusterus, nisi opera ejus nimis tumultuaria fuisset et in colligendis potissimum annotationibus aliorum versata vel pridem editis vel privatim cum ipso communicatis: quibus tenuia quorundam eorumque ne optimorum quidem codicum excerpta accesserunt. Eodem fere tempore in Aristophane emendando operam posuit Ricardus Bentleius, qui non solum plurima omnis generis vitia feliciter correxit, sed etiam subtiliores quasdam sermonis Attici metrorumque leges admirabili pro illis temporibus sagacitate exploratas se habuisse correctionibus suis non raro prodidit. Quod ex annotationibus de margine exemplaris ejus descriptis et nostra demum memoria Londini editis aliquanto clarius intelligitur quam ex iis quas ipse de Pluto et Nubibus ad Kusterum olim perscripsit, dissimillimas Ezechielis Spanhemii, quibus subjectæ a Kustero sunt, annotationibus: qui tædium, quod inepta doctrinæ ostentatione afferre solet, magnopere auget horrido et tortuoso genere dicendi. Proximus quamvis longo intervallo Bentleio Brunckius fuit, alacri vir ingenio elegantique doctrina, qui licet a vero sæpissime aberraverit, tamen adhibitis Parisinorum potissimum librorum copiis innumera priorum editionum vitia correxit, alia conjecturæ ope sanavit: quarum emendationum, plerumque in rebus versantium levioribus, bona pars communis ei cum Bentleio est. De quo in universum monitum volui, quum in annotationibus primum cujusque emendationis auctorem nominasse satis habuerim. Nova vero et splendidior quam a Brunckio exspectari poterat lux Aristophani affulsit invento libro Ravennate, cui postmodum Venetus accessit, collatisque in hunc poetam quum aliorum studiis tum inprimis Porsoni, Elmsleii et Dobræi.

Horum igitur aliorumque virorum doctorum annotationibus ita sum usus ut quæ vere utiliterque monita vidissem vel ipsorum vel meis verbis referrem. A commemorandis diversis aliorum opinionibus, ubi res dubia esset, refellendisque, sicubi operæ pretium videretur, erroribus etsi mimine abhorrui, severa tamen lege cavi ne exagitandis inanibus quorumvis commentis et ipse tempus perderem et lectores defatigarem. Plurima enim in hoc ut in omni genere literarum inveniuntur quæ refutasse documentum sit stultitiæ non multo minoris quam ipsum excogitasse, verissimumque est verbum Galeni τὰ ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι πρέπειν.

In scripturæ diversitate afferenda hanc mihi legem scripsi ut optimorum librorum, Ravennatis, Veneti, et Parisini A, prætereaque, ne deterioris notæ codicum exemplum deesset, Parisini B lectionem tantum non integram, reliquorum aliis in fabulis copiosiorem, parciorem in aliis apponerem. Neque enim eadem omnium comœdiarum ratio est. Integerrima ad nostra tempora pervenit Plutus, cujus quum plurimi codices supersint, paucissimis res absolvi potuit, nec committendum putavi ut exponenda infimæ ætatis codicum lectione magnum sine ullo fructu tædium crearem lectoribus. Ad Plutum ab hac parte propius quam ceteræ accedunt Nubes Ranæ Equites Acharnenses Pax Aves: quibus fabulis etsi multo frequentius quam Pluto criticorum adhibendæ conjecturæ fuerunt, pleraque tamen codicum vitia sunt ejusmodi ut certissimis corrigi potuerint emendationibus, paucis quibusdam locis exceptis, Pacis potissimum et Avium, qui a grammaticis librariisve sunt interpolati, quum vel obliterata aliqua ex parte essent vel plane evanuissent verba poetæ. Aliquanto deterior Vesparum conditio fuit, quam fa-

bulam non in nostris demum vel qui proxime hos antecesserint codicibus, sed jam antiquissimorum grammaticorum ætate locis pluribus fuisse defectam ex annotationibus colligi potest scholiastarum ad v. 1283. ubi exciderunt versus antistrophici, qui oppositi fuerunt versibus 1265.—1274. ne ipsis quidem ex omni parte integris. Minus amplæ sex aliorum locorum sunt lacunæ, quas utcunque explere conati sunt recentiores quidam grammatici: neque enim veteribus magistris Alexandrinis additamenta illa nimis futilia imputari velim. Sunt autem hæc:

1. v. 283. *διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς.*
2. v. 339. *τίνα πρόφασιν ἔχων.*
3. v. 342. *ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νεῶν* (corrig. *νέων*) *ἀληθές.*
4. v. 407. *ἐντέτατ' ὀξύ.*
5. v. 410. *καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν ὄντα κἀπολούμενον . . . . . ὡς χρή.*
6. v. 1062. *μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.*

Ecclesiazusarum fabulæ pars maxima satis integra est servata, paucis tantum locis carminum illorum, quæ leguntur v. 890.—975. gravioribus affectis non tam scripturæ vitiis quam vitiorum in libris antiquioribus inventorum interpolationibus, iterumque ultimo, quo fabula finitur, chori carmine, ex quo versus plures videntur excidisse. Difficilior emendatu Lysistrata fuit, in qua hæc est singularis ratio codicum, ut Ravennas, qui in novem, de quibus dixi, fabulis plerumque præstat ceteris codicibus, in Lysistrata centenis locis corrigendus sit e libris quattuor recentioribus, Parisinis B C, Vossiano et, cujus lectiones nunc primum edidi, Florentino Δ. Cum Ravennate in rebus plerisque omnibus consentiunt Urbinas, ex quo hæc fabula una cum Thesmophoriazusis primum edita est Florentiæ a. 1515, et Augustanus recentissimus.

Quibus tribus libris—neque enim ulli usquam alii videntur exstare—quum solis utamur in Thesmophoriazusis, non mirandum est eam fere esse hujus fabulæ conditionem, quæ Lysistratæ foret, si quattuor illis, quos modo dicebam, codicibus essemus destituti. Quamobrem non solum conjecturis paullo frequentioribus opus fuit, sed etiam locos corruptos plures plane intactos relinqui oportuit. Idem enim huic fabulæ quod Vespis accidit, ut obliteratis hic illic poetæ verbis imperitorum correctorum conjecturæ et supplementa substituerentur. Cujus temeritatis quum plura sint exempla in carminibus chori v. 352—371. 659—725. 953—1000. tum omnium luculentissimum deprehenditur v. 438.

πάντα γὰρ λέγει δίκαια,
πάσας δ' εἰδέας ἐξήτασεν,
πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ πυκνῶς τε
ποικίλους λόγους ἀνεῦρεν,

quibus verbis quum in antistropho hæc respondeant omni ex parte integerrima,

—τήνδε τὴν θρασεῖαν οὕτω.
τάδε γὰρ εἰπεῖν τὴν πανοῦργον
κατὰ τὸ φανερὸν ὧδ' ἀναιδῶς
οὐκ ἂν ᾠόμην ἐν ὑμῖν—,

manifestum est in stropha nihil præter primum ultimumque illorum quos apposui versuum a poeta scriptum, medios autem duos turpiter esse interpolatos. Cujusmodi in locis tacere præstat quam inanibus ludere conjecturis omnique idoneo fundamento destitutis.

Aristophanis Byzantii aliorumque grammaticorum veterum studia in poetarum scenicorum exemplaribus corrigendis versata, quantum comici fabulis vel profuerint vel nocuerint ex paucis quæ in scholiis dispersa sunt indiciis, de quibus in præfatione scholiorum expo-

nemus, æstimari nequit. Illud tamen affirmare ausim longe modestius in hoc poetarum genere versatos illos esse quam in carminibus Homericis: neque obscurum est cur veterum epicorum carmina interpolare longe facilius fuerit quam in poetis Atticis fraudem peritis facere lectoribus.

Scholiorum Græcorum eximius ad interpretanda, exiguus ad emendanda poetæ verba usus fuit. Nam in locis gravius corruptis, quales supra tetigi, scholia vel plane deficiunt vel a grammaticis recentioribus scripta cum vitiis codicum conspirant, ita ut parvus eorum sit locorum numerus, quorum non aliunde quam ex scholiis peti a me potuerit vera scriptura, eaque plerumque talis, quam conjectura assequi facillimum fuisset. Quod vere a me dici ex indice locorum infra posito perspicietur:

Plut. 544. φύλλ' libri] φυλλεῖ' scholiasta
Ran. 103. μάλα] μάλλά
169. μὴ εὕρω] μὴ 'χω
567. τὰς ψιάθους] τοὺς ψιάθους
610. μάλ'] μάλλ'
Equit. 197, 204. ἀγκυλοχείλης] ἀγκυλοχήλης
278. ἐγὼ δείκνυμι] ἐγὼ 'νδείκνυμι
975. ἀφικνουμένοισιν] ἀφικνουμένοις
Acharn. 13. μόσχῳ] Μόσχῳ
615. ὑπὲρ] ὑπ'
924. αἱ νῆες] εὐθύς
1177. ἔργ'] ἔρι'
Vesp. 220. —μελη—]—μελι—
505. ὀρθο—] ὀρθρο—
1050. εἴπερ ἐλαύνων] εἰ παρελαύνων
1221. 'Ακέστερος] 'Ακέστορος
Pac. 7. περικυκλίσας] περικυλίσας
616. ἠκηκόειν] ἠκηκόη

715. σὺ βουλή] βουλὴ σύ
774. ἀνδρός] λαμπρόν
959. δᾳδίον] δαλίον
Av. 45. ὅποι] ὅπου
146. τὴν θάλατταν] θάλατταν
1598. τι] τό
Eccles. 23. κἀγαθιζομένας] ἐγκαθιζομένας
1063. ᾗ] ᾗπερ
Thesm. 24. προσμάθοι μή] προσμάθοιμι
39. λεώς] λαός
122. διανεύματα] δινεύματα
124. κίθαριν] κιθάραν
179. κοινῇ] καινῇ
273. ὑποκράτους] Ἱπποκράτους
356. λεγούσαις] λεγούσας
697. τροπαῖον] καὶ τροπαῖον
834. Τηνίοισι] Στηνίοισι
910. ἀφύων] ἰφύων
947. πέσωμεν] παίσωμεν
Lys. 63. Θεαγένους] Θεογένους
282. ἀσπίδων] ἀσπίδας.

Ab scholiasta totus pendet Suidas, qui quum uno pluribusve codicibus sit usus Ravennati Venetoque simillimis, ipse quoque paucas tantum easque levissimas vulgatæ scripturæ emendationes præbuit, licet ultra tria millia locorum in lexicon suum receperit, quorum ego eos tantum, qui de caussa quacunque memorabiles essent, annotandos, ceteros eo magis prætermittendos censui, quum indicem accuratissimum editioni suæ adjecerit Gaisfordius. Emendationes autem quas dicebam hæ sunt:

Nub. 272. ἀρύεσθε libri] ἀρύτεσθε Suidas
862. πειθόμενος] πιθόμενος
Ran. 149. ἠλοίησεν] ἠλόησεν

Equit. 991. μαθεῖν] λαβεῖν
Acharn. 35. ᾔδει] ᾔδειν
119. ἐξευρημένε] ἐξυρημένε
441. ὥσπερ] ὅσπερ
671. ἀνακυκλῶσι] ἀνακυκῶσι
916. θρυαλλίδας] θρυαλλίδα
1072. ἀμφιχαλκοφάλαρα] ἀμφὶ χαλκοφάλαρα
Vesp. 135. φρυαγμοσεμνακουστίνους] φρυαγμοσεμνάκους τινάς
504. ὁτιή] ὅτι
673. ᾔσθοντο] ᾔσθηνται
699. ὅποι] ὅπη
Pac. 182. μιαρέ] βδελυρέ
496. ὑμῖν] ἡμῖν
747. τὸν νῶτον] τὸ νῶτον
1029. χρεὼν ἐστι] χρεὼν in libris quibusdam
Av. 1096. ὑφηλιομανής] ἡλιομανής
Eccles. 78. ἐκεῖνο] ἐκείνων
234. μᾶλλον] θᾶττον
473. τε] γε
650. ἐπεπόνθειν] ἐπεπόνθη
Thesm. 53. ἀσπίδας] ἀψῖδας
106. ἔχεις] ἔχει
162. οἳ περὶ] οἵπερ
178. οἷον] οἷος
196. καὶ γὰρ] καὶ γὰρ ἂν
392. μυχοτρόπους] μοιχοτρόπους
469. ὀνοίμην] ὀναίμην
560. τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνή] ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει
630. τί] τί μέντοι
Lys. 64. τἀκάτιον] θοὐκάτειον
824. σάκανδρ'] σάκανδρον
1153. ἑτέρους ἱππίους] ἑταίρους Ἱππία.

Non major aliorum grammaticorum usus fuit, quibus hæc pauca debemus:

Plut. 179. Λαΐς libri] Ναΐς Athenæus
545. θράνους] θράνου Pollux
1005. ὑπήσθιεν] ἐπήσθιεν Athenæus
Nub. 821. ἀρχαϊκά] ἀρχαικά grammaticus Bekkeri
Ran. 369. ἀπαυδῶ] αὐδῶ Gellius
1157. ἥκειν] ἥκω Gellius
1433. ἐκτραφῇ] ἐκτρέφῃ Plutarchus
Equit. 417. κυνοκεφάλῳ] κυνοκεφάλλῳ Phrynichus et Photius
1049. πεντεσυρίγγῳ] ἐν πεντεσυρίγγῳ Etymol. M.
1331. τεττιγοφόρος] τεττιγοφόρας Hesychius
Acharn. 3. ψαμμοκοσιογάργαρα] ψαμμακοσιογάργαρα Hesychius
85. δ'] θ' Athenæus
95. ναύφρακτον] ναύφαρκτον Photius
133. κεχήνατε] κεχήνετε Chœroboscus
459. κυλίσκιον—ἀποκεκρουσμένον] κοτυλίσκιον—ἀποκεκρουμένον Athenæus
778. σιγῆς] σιγῆν Gregorius Corinthius
Vesp. 3. προὔφειλες] προὐφείλεις Phrynichus
510. ἐγχέλυσιν] ἐγχέλεσιν Athenæus
Av. 23. τι λέγει] τίζει Photius, si glossa illa huc referenda
97. ἦν] ἣ Chœroboscus
149. τί οὖ] τί δ' οὐ Pausanias (et scholiasta ad Acharn. 724. ex eoque Suidas)
639. νυστάζειν] νυστάζειν γ' Plutarchus
1656. νόθῳ 'ξαποθνήσκων] τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων Harpocratio
Eccles. 838. ἐπινενασμέναι] ἐπινενησμέναι Phrynichus
Thesm. 456. λαχάνοις] τοῖς λαχάνοις Plutarchus et Gellius
504. ὠκυτόκει'] ὠκυτόκι' Pollux
1197. τὸ συβίνην] συβίνην Photius

Lys. 43. ἐξηνθισμέναι] ἐξανθισμέναι Clemens Alex.

398. ἀκόλαστ' ᾄσματα] ἀκολαστάσματα grammaticus Bekkeri

549. ἀνδρειοτάτων] ἀνδρειοτάτη Athenæus (et Suidas). Alia enim, quæ speciem quandam veri habent, re vera autem memoriæ erroribus debentur, hoc loco commemorare nihil attinet: cujusmodi est quod Stephanus Byzantinus (s. v. Ἀθῆναι) ex Pluti v. 772. ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον, κλεινὴν πόλιν scriptum attulit et ἀκρόπολιν intellexit, quæ tam aliena ab illo loco interpretatio est, ut libro non inspecto ab Stephano posita videatur.

Scribebam Lipsiæ exeunte anno 1835.

INDEX LIBRORUM.

1. *R*, codex membranaceus olim monasterii Classensis, nunc bibliothecæ collegii Ravennatis, foliis 180. forma maxima, seculo scriptus undecimo. Insunt comœdiæ undecim hoc ordine, Plutus Nubes Ranæ Aves Equites Pax Vespæ Lysistrata Acharnenses Thesmophoriazusæ Ecclesiazusæ. Hujus libri etsi ea est ad codices ceteros ratio ut communis eorum fons haberi nequeat, quum et vitia plurima insint ex aliis libris corrigenda et aliquoties versus integri desiderentur librarii negligentia omissi, tamen, si lectiones ejus in universum spectemus, ut antiquissimus omnium, ita præstantissimus est. Nam et lectiones optimas non paucas sibi proprias habet et versus tres servavit nullo alio in libro inventos, Pac. 897. *πλαγίαν καταβάλλειν, ἐς γόνατα κύβδ᾽ ἑστάναι.* Eccles. 223. *πέττουσι τοὺς πλακοῦντας ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.* 303. *ἐν τοῖς στεφανώμασιν.* Primus eo usus est quamvis non nominato Antonius Francinius in editione Juntina a. 1525. qui non solum Pacis versus 948—1011. in editione Aldina et Juntina a. 1515. omissos edidit, sed etiam lectiones multas, in Vespis potissimum et Pace, rarius in aliis fabulis, e libro Ravennate excerptas editioni suæ intulit, nullum tamen, qui erat illorum mos temporum, certum consilium secutus. Post Francinium neglectus jacuit, donec a Philippo Invernizio, jurisconsulto Romano, investigaretur a. 1794. et accuratius quam ab illo fieri

poterat excuteretur ab Immanuele Bekkero, qui hujus Venetique libri lectiones edidit in editione Londinensi a. 1829.

2. *V*, codex membranaceus bibliothecæ Marcianæ Venetæ 474. forma quadrata foliis 172. simillimus Ravennati. Insunt fabulæ septem, Plutus Nubes Ranæ Equites Aves Pax Vespæ. Primus quem hujus libri præstantia adverteret Villoisonus fuit, cujus vide præfationem ad Homerum p. xix.

3. *A*, Parisinus regius 2712. membranaceus seculi decimi tertii. Plutus Nubes Ranæ Equites Aves Acharnenses et Ecclesiazusarum versus 444. priores.

4. *B*, Parisinus 2715. chartaceus. Habet Equites Acharnenses Aves Vespas Lysistratam Ecclesiazusas (1—1135.) Pacem, locis plurimis imperiti correctoris manum expertus. Seculi sexti decimi esse dicitur in Catalogo bibliothecæ.

5. *C*, Parisinus 2717. chartaceus, inferior Parisino A, melior Parisino B. Insunt Equites Acharnenses Vespæ Plutus Nubes Ranæ Aves Pax Lysistrata.

6. *D*, Parisinus bombycinus post impressum catalogum in bibliothecam regiam illatus. Plutus Nubes Ranæ.

7. *E*, chartaceus Pluti Nubium Ranarum ipsius liber Brunckii, cujus post obitum in Angliam est translatus. In fine Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυγγᾶ πενίᾳ συζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ῥυθύμνῃ Κρήτης.

8. *F*, Parisinus regius 2820. chartaceus, ex plurium codicum mutilorum reliquiis compositus, easdem quas D et E fabulas complexus. His sex codicibus et Augustano usus est Brunckius.

9. 10. Augustanus, nunc Monacensis 492, chartaceus seculi quinti decimi, forma quadrata, foliis 53. Thesmophoriazusæ et Lysistrata. Ex alio ejusdem



bibliothecæ codice (137.) chartaceo foliorum 105. scripto a Michaele Apostolio, lectionis varietatem ad Ecclesiazusas edidit Dobræus in appendice p. 76. sed eam tam inutilem, ut hujus libri vix usquam mentio a me fieri potuerit. Insunt præterea Plutus Nubes Ranæ.

11. Γ, Florentinus bibliothecæ Laurentianæ 31, 15. chartaceus seculi quarti decimi, foliorum 162. formæ majoris. Insunt Euripidis tragœdiæ quattuor et Aristophanis Acharnenses Ecclesiazusæ Equites Aves Vesparum fragmentum (v. 421—1396.) et Pacis (v. 378—1300.). Bonæ notæ liber, plerumque cum codicibus melioribus consentiens.

12. Δ, Laurentianus 31, 16. chartaceus seculi quinti decimi, foliis 259. formæ quartæ minoris. Plutus Nubes Equites Ranæ Acharnenses Aves Vespæ Lysistrata. Hoc usus sum in fabulis quinque, omissis quas conferri operæ pretium non erat Pluto Nubibus Ranis. Similis est Parisino B, minus tamen quam ille a correctore interpolatus.

13. Θ, Laurentianus 2779. e bibliotheca Abatiæ Florentinæ, chartaceus seculi quarti decimi. Insunt Plutus Nubes Equites Ranæ. Hoc usus sum in Equitibus.

14. 15. 16. Excerptis quibusdam codicis Vaticano-Palatini in Acharnensibus Equitibus Vespis Pace et Lysistrata, Vaticano-Urbinatis in Nubibus Avibus Ranis et Pluto, Arundeliani in Nubibus et Pluto usus est Kusterus.

17. Lysistratæ codicem Vossianum Leidensem 77. partibus pluribus defectum, a Kustero aliisque inspectum, ipse accuratius contuli. Est bombycinus seculi decimi quarti, foliis undecim formæ majoris. Ejus apographum, quo Bentleius usus est, servatur

Cantabrigiæ in bibliotheca collegii Trinitatis. Avium fragmentum (v. 1492—1765.) in alio codice Vossiano repertum comparavit Dobræus.

18. 19. 20. 21. Codices Mutinenses tres recentes chartaceos, unum Pluti Nubium et Ranarum, duos Pluti et Nubium, Parisiis, quo delati fuerant ex Italia superiore, inspexit Bekkerus. Ejusdem generis est Borgianus ab Invernizio collatus.

22. Codice Dorvilliano (nunc Bodleiano X. 1. 3, 13.) chartaceo, scripto a. 1451. in Pluto usus est Hemsterhusius, in Nubibus Porsonus.

De codicibus Harleianis, Baroccianis et Cantabrigiensibus, non alias quam Plutum Nubes et Ranas fabulas complexis, vel a Porsono vel ab se ipso collatis dixit Dobræus in Aristoph. p. VII—X. Raro operæ pretium fuit horum librorum mentionem facere, in quibus excutiendis non tantum studii posituros fuisse credo Porsonum et Dobræum, si jam tum libri Ravennatis Venetique bonis integris uti licuisset.

Inter libros editos principem locum tenet editio Aldina (a. 1498.) fabularum novem, quam ex uno pluribusve infimæ ætatis codicibus esse compositam vitiorum multitudo ostendit. Editionem Aldinam, locis non paucis correctam ex codicibus Florentinis, repetiit Bernardus Junta a. 1515. Idem eodem anno Thesmophoriazusas et Lysistratam adjunxit ex codice Urbinate editas, de quo dixi in præfatione. His duabus fabulis omissis Aldinas novem repetiit Antonius Francinius in editione ab Philippi Juntæ heredibus facta a. 1525. adhibito passim libro Ravennate: de quo supra dixi. Has tres editiones quæ insecutæ sunt plurimæ usque ad Kusteri tempora (a. 1710.), earum aliæ Aldinam, aliæ Juntinam primam, pleræque Juntinam secundam expresserunt, correctis hic illic levioribus scripturæ vitiis:

quas emendatiunculas, quatenus ex codicibus peti non poterant, suis locis commemoravi. Nam omnem ex veteribus editionibus, quæ artis criticæ infantiam ubique produnt, apponi lectionis discrepantiam nemo hodie erit qui expetat. Iis enim nunc utimur codicum copiis ut futilis ille lectionum apparatus, qualem Beckius commentariis in Plutum Nubes Ranas et Aves adjecit, tandem aliquando abjiciendus videatur.

Scaligeri quas passim memoravi conjecturæ additæ sunt editioni Leidensi a. 1624. Bentleii emendationes editæ sunt in diarii classici Londinensis fasciculis 21—27.

INDEX

CARMINUM ANTISTROPHICORUM.

NUBES.

275–290=299–313
563–594=595–626
700–706=804–810
949–958=1024–1033
1303–1310=1311–1320
1345–1552=1391–1398

RANÆ.

324–336=340–353
372–376=377–381
384–388=389–393
394–397=440–443=444–447
448–453=454–459
534–548=590–604
675–705=706–737
895–904=992–1003
1099–1108=1109–1118
1370–1377=1482–1490=1491–1499

EQUITES.

303–313=382–390
322–334=397–408
551–580=581–610
616–623=683–690
756–760=836–840
973–984=985–996
1111–1130=1131–1150
1264–1289=1290–1315

ACHARNENSES.

204–218=219–233
284–301 — 335–346
358–365=385–392
665–691=692–718
971–987=988–999
1008–1017=1037–1046
1150–1161=1162–1173

VESPÆ.

273–280=281–289
291–303=304–316
333–345=365–378
403–429=461–487
526–545=631–647
729–736=743–749
868–873=885–890
1060–1090=1091–1121
1265–1274= * * * *
1275–1283=1284–1291
1450–1461=1462–1473
1518–1522=1523–1527

PAX.

345–360=385–395=582–600
459–472=486–499
775–796=797–817
856–867=909–921
939–955=1023–1038
1127–1158=1159–1190

AVES.

327–335=343–351
451–459=539–547
737–768=769–800
851–858=895–902
1058–1087=1088–1117
1188–1195=1262–1268
1313–1322=1325–1334
1470–1481=1482–1493
1553–1564=1694–1705
1731–1736=1737–1742

ECCLESIAZUSÆ.

289–299=300–310
483–492=493–503

THESMOPHORIAZUSÆ.

434–442=520–530
959–961=962–965=966–968
969–971=977–979
972–974=980–982=987–989
975 976=983 984=985 986
990–994=995–1000

LYSISTRATA.

256–265=271–280
286–295=296–305
321–334=335–349
476–483=541–548
614–635=636–657
658–681=682–705
781–804=805–828
1043–1072=1188–1215

PLUTUS.

DUPLEX hujus fabulæ editio fuit, altera veteris, altera, quæ superest, mediæ, quam grammatici dicere solent, comœdiæ temporibus scripta. De utraque peculiari dissertatione disseruit Franciscus Ritterus, Bonnæ edita a. 1828. ex qua nos potiora repetimus passim compendifacta et in ordinem redacta commodiorem.

"Bis Plutum fabulam ab Aristophane editam esse testatur scholiasta ad v. 173. priorem archonte Diocle, qui eponymus fuit olymp. 92, 4. posteriorem, quod argumenti quoque scriptor tradit, archonte Antipatro, h. e. olymp. 97, 4. Alii scholiastæ ita loquuntur interdum ut unam tantum hujus fabulæ editionem cognitam habuisse videantur. Sic ille qui annotationem ad v. 179. scripsit, secundæ editionis nescius, offendit in illo versu quem in fabula archonte Diocle in scenam commissa locum habere non posse animadvertit quidem, sed, cum nihil de Pluto posteriore sciret, difficultatem solvere non potuit. Alio modo erratum ab scholiasta, qui ad v. 1146. (1147.) *μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβες*, annotavit *ἀλλὰ ταῦτά γε οὔπω ἐπέπρακτο οὐδὲ τὸ ἐπὶ τριάκοντα ἤδη ἦν*. Nescit igitur scholiastes quomodo Thrasybuli facinus, quod cadit in Olymp. 94, 1, in Pluto (quippe de priore cogitat) commemorari possit. Hujus difficultatis s. *ἀπορίας* duas in sequentibus proponit solutiones s. *λύσεις*, primam hanc: *τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκὼν ἐνθάδε, ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας ταύτης*· alteram hanc: *ἢ καὶ αὐτὸς ποιητὴς ὕστερον ἐνθεῖναι ἀπὸ τῶν συνθηκῶν τῶν Ἀθήνησι γενομένων πρὸς τοὺς καταλαβόντας* (scil. *Φυλήν*). Hic igitur grammaticus Plutum posteriorem fuisse sciebat, se autem interpretari Plutum priorem putabat, in quam aut alius aut ipse poeta versum ad res a Thrasybulo gestas respicientem postea intulerit. Itaque nostræ fabulæ versum ille explicabat, et quod Plutum priorem se manibus tenere opi-

nabatur, eo se indoctum, quod rationem et causam, cur hicce versus adjectus fuerit, explicabat, eo ineptum se ostendit. Sed hisce illud satis certo conficitur, quod aliis præterea indiciis mox probabitur, fuisse Pluti editionem primam et alteram: utram interpretarentur scholiastæ, ipsi ignorabant; omnes autem interpretati sunt nostram fabulam. Cum igitur nihil expediant scholiastarum conjecturæ, neque interpretum recentiorum hac de re sententiæ sufficiant, ipse ostendere conabor Plutum fabulam, quam nos legimus, esse posteriorem.

" Ceteræ, quæ supersunt, Aristophanis fabulæ omnes versantur in argumentis ex Atheniensium re publica petitis notandisque æqualium hominum vitiis. Id secus est in Pluto. Notantur quidem in ea Athenienses et Atheniensium vitia, sed ejusmodi vitia, quibus cum omnibus fere temporibus multi populi obstricti sint, tum illa ætate non Athenienses solos, sed omnes Græcos eodem avaritiæ morbo laborasse infra videbimus. Jam obscurum esse non potest, quid significaverit grammaticus Kusteri p. xiii. Καὶ γὰρ τὸ τούτου δρᾶμα ὁ Πλοῦτος νεωτερίζει κατὰ τὸ πλάσμα, τήν τε γὰρ ὑπόθεσιν οὐκ ἀληθῆ ἔχει. *Hypothesis non vera* talis est, quæ non in singularibus certisque rebus ex ipsa Atheniensium re publica et vita sumtis contineatur.

" Neque vero odiosa et nefaria pecuniæ parandæ artificia, sed stulta atque vana divitiarum adipiscendarum studia in Pluto ridentur. Quapropter magnam habet hæc fabula hilaritatem et pauca tantum ejus acerbitatis, quæ propria erat comœdiæ antiquæ, vestigia. Hoc inde factum videtur, quod Aristophanes magis in fabula ipsa (μύθῳ s. ὑποθέσει) a se excogitata versatur, quam rerum veritatem respicit, secutus mediæ comœdiæ morem, quæ totam suam operam ad ὑποθέσεις, h. e. ad generalem vitæ et morum descriptionem, conferebat. Conf. gramm. Kusteri p. xii. Τῆς δὲ μέσης κωμῳδίας δύο ποιηταὶ—κατασχολοῦνται περὶ τὰς ὑποθέσεις de quo loco cf. Meinekii Quæst. Scen. specim. 2. p. 4. Hæc rerum veritas neglecta est etiam in hominibus nominatim descriptis: nam in aliis nostri poetæ comœdiis is, quem ille maxime obstrictum judicaret vitiis per fabulam exagitandis, αὐτοπροσώπως inducitur, aut saltem acerbe perstringitur, in *Acharnensibus* et *Pace* Lamachus, in *Equitibus* et *Vespis* Cleo, in *Nubibus* Socrates, in *Thesmophoriazusis* et *Ranis* Euripides. In Pluto quidem, ut infra videbimus, no-

minatim homines describuntur, sed non ita, ut ea vitia, quæ in tota fabula exagitantur, in istis præcipue notentur. Quapropter neque *αὐτοπροσώπως* quisquam inducitur, neque primariæ hujus fabulæ personæ certis hominibus tum viventibus simillimæ descriptæ sunt, id quod significavit Græci argumenti auctor, *Ἰστέον δὲ ὅτι τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα πεπλασμένα εἰσὶ παρὰ τοῦ ποιητοῦ.* Qua in re mediæ Aristophanes comœdiæ morem sequitur, cujus emendatores neminem *αὐτοπροσώπως* perstringebant teste Platonio Kusteri p. xi. *Οὐ μὴν οὐδὲ τὰ προσωπεῖα ὁμοιοτρόπως τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ κατεσκευασμένοις εἰσῆγον· ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις.*

"Quemadmodum rebus ipsis media comœdia ab antiqua differebat, sic quoque dicendi genus in ea mutatum est. Cum enim antiqua omnes dicendi modos mira varietate adhiberet, modo humillima socci oratione incedere, modo altissimo tragicorum et lyricorum spiritu ferri soleret: media ubique cultum et temperatum orationis genus adoptabat. Cf. grammaticus Kusteri p. xii., *Λογικὰς ἔχουσι* (mediæ comœdiæ poetæ) *τὰς ἀρετὰς, ὥστε σπάνιον ποιητικὸν εἶναι χαρακτῆρα παρ' αὐτοῖς* de quo loco erudite disputantem vide Meinekium Quæst. Scen. II. p. 4. Idem hoc de Pluto dici potest. Sobrium, tranquillum et æquabile genus dicendi per totam hanc fabulam reperitur, et sicubi versus altioris spiritus inveniuntur, illi ad ridendos tragicos immixti sunt. Sed de his infra dicetur; nunc quidem, postquam fabulæ argumentum et dicendi genus mediæ comœdiæ *χαρακτῆρα* præ se ferre demonstratum est, quæ fuerint chori in Pluto et media comœdia munera, videamus.

"Primum omnium apparet sæpius in hac fabula justam desiderari temporum atque rerum consecutionem, et quidem tribus potissimum in locis, post vv. 626. 801. 958. (959.) Nam servus Cario, qui post versum 626. cum Pluto, Chremylo et Blepsidemo ad Æsculapii templum abierat, statim reversus (627.) narrat, quomodo Plutum, ad mare deductum, aqua marina lavarint, inde ad Æsculapii templum devenerint, per satis longum tempus ibi incubuerint, quæ ipse ridicule fecerit, quod Neoclidi acciderit, quomodo Pluto oculorum lumen restitutum sit, qui denique circa deum cæcitate liberatum fuerit hominum concursus. Secundus est locus post v. 801, ubi Plutus scena relicta cum ceteris actoribus domum Chremyli ingreditur: sed,

ecce, statim versu sequenti prodit servus, bona admiranda, quæ novus deus attulerit, enumerans, additque dominum suum, qui modo scenam reliquerat, occupatum esse in bove immolando, hirco et ariete, seque fumo inde exorto foras pulsum esse. Tertius est locus post v. 958. (959.), ubi Chremylus a scena in domum suam discedit, virum justum ad deum deducturus: sed nullo fere temporis spatio interjecto post sex versus (v. 965. sive 966.) rursus comparet in scena. Cum igitur his in locis (et idem valet de aliis mox indicandis) justa temporum et rerum successio s. fabulæ *οἰκονομία*, sublata ac perturbata videatur: exponere conabimur, qua ratione hoc incommodum Aristophanes evitaverit. De illo igitur, quod post v. 626. offendere dixi, scholiastes hæc affert ad v. 619. *Ἐπὶ τῷ τέλει* (h. e. post v. 626.) *παράγραφος καὶ ἑξῆς τὸ Χοροῦ· κἀνταῦθα γὰρ χορὸν ὤφειλε θεῖναι καὶ διατρῖψαι μικρὸν, ἄχρις ἄν τις ἐξ Ἀσκληπιοῦ ἀναστρέψειε τὴν τοῦ Πλούτου ἀπαγγέλλων ἀνάβλεψιν.* Eadem fere in scholiis de aliis duobus locis leguntur. Describit autem his verbis scholiastes Pluti fabulæ exemplar grammaticorum signis notatum: grammaticorum enim erant paragraphus, coronis, dipla: et inde sequitur illud Χοροῦ non poetæ, sed grammaticis deberi. Idem additamentum legitur in tribus editionibus antiquissimis, et quidem non solum in hoc loco, sed etiam duobus aliis modo judicatis (cf. Dobræus), idque nihil aliud significare potest nisi *τὰ τοῦ χοροῦ* (cf. Dobræus ad v. 252.), h. e. *chori carmina s. cantica chorica*[a]. Quæ cum ita sint, quæritur, num fortasse illa cantica iniquitate temporum interciderint: sed antequam ea de re accuratius disputemus, audiamus alium de his carminibus testem, anonymum Kusteri p. xiv. *Πάλιν δὲ, ἐκλελοιπότος καὶ τοῦ χορηγεῖν, τὸν Πλοῦτον γράψας, εἰς τὸ διαναπαύεσθαι τὰ σκηνικὰ πρόσωπα καὶ μετεσκευάσθαι ἐπιγράφει Χοροῦ, φθεγγόμενος ἐν ἐκείνοις ἃ καὶ ὁρῶμεν τοὺς νέους ἐπιγράφοντας οὕτω ζήλῳ Ἀριστοφάνους.* Hic quod dicit, ab Aristophane Χοροῦ adscriptum esse, eo nihil aliud indicatur, nisi chorica carmina nonnullis in locis huic fabulæ adjecta, non autem ipsam hanc vocem a poeta adscriptam fuisse, quæ, ut modo vidimus, grammaticis debetur. Hæc obiter. Multo est gravius, quod hoc loco edocemur, cur poeta veterem et solitum

[a] Probabilius est *ῥῆσιν* sive *κομμάτιον χοροῦ* intelligi. G. DINDORF.

carmina chorica scribendi morem deseruerit; qua de causa ad nos illa non pervenerint; quomodo tandem cantica illa novo more composita a choricis carminibus quæ proprie appellantur diversa fuerint.

"Quæsiverit aliquis, quanam ratione factum sit ut tota fabula per omnes partes integerrime servata, hæc cantica interciderint. Sed, si quid video, vere numquam interciderunt. Cum enim propter solam fabulæ *οἰκονομίαν*, ideoque forsitan minus artificiose elaborata adjicerentur, suspicor poetam ea, non ut domi legerentur, sed ut in orchestra canerentur, composuisse, solis choreutis tradidisse, non inseruisse exemplaribus in publicum emittendis[b].

"Ex iis, quæ hucusque disputata sunt, apparet magna horum carminum ab antiquis chori canticis diversitas. Nam antiqua illa cum toto fabulæ argumento artissime conjuncta sunt, hæc prorsus ab eo diversa esse possunt; illis magna et sæpe vel primaria comœdiæ pars continetur, hæc solum adhibentur, ubi propter fabulæ *οἰκονομίαν* requiruntur.

"Neque vero mirandum est Plutum, sublato choregorum munere actam, habuisse chori cantica, quia cum choregia non simul omnes chori partes e comœdia sublatas esse satis certum videtur. Nam choregiam defecisse quid est aliud, quam neminem, divitiis pollentem, a tribu sua electum et coactum esse, ut sumtus pecuniamque ad choreutas docendos, alendos, remunerandos et omni scenico apparatu ornandos subministraret: at vero si quis sua sponte illud munus obire vellet, num adeo

b Hæc quidem parum probabilis opinio Ritteri est. *Χοροῦ* qui adscripserunt sive grammatici sive, quod ego credere malim, poetæ, histriones monere voluerunt pausam esse faciendam paullo longiorem, quæ ex veteris comœdiæ consuetudine chori cantu explenda fuisset. Carmina chori hujusmodi in locis in exemplaribus privatis non magis ulla fuerunt quam in publicis, nec potuerunt esse, quum choregi deficerent qui choro instituendo sumptum præberent. Illud vero valde probabile est, quod paullo post conjicit Ritterus, imminutum illis temporibus non solum chori carminum sed etiam personarum numerum esse, ita ut exiguæ illæ chori partes in Pluto ab octo fortasse duodecimve personis agerentur, quæ pretio constarent non multo majore quam aliquot *κωφὰ πρόσωπα*. Ceterum quæ Pluti, plane eadem Ecclesiazusarum fabulæ conditio est. Nam in hac quoque perexiguæ sunt chori partes et pausæ plures, quarum una indicata est in libro Ravennate adscripto post v. 727. *Χοροῦ*. G. DINDORF.

morosos Athenienses fuisse putemus, ut hoc prohiberent? Quid, si poeta ipse vel ejus amici hos sumtus præbere vellent, repudiatosne eos existimemus? Cum igitur vel a singulorum hominum arbitrio penderet, an poeta chorum acciperet, nec ne, vel ipse suo ære choreutas parare sibi deberet: huic omnibus modis curandum erat, ut sumtus majores vitarentur. Hi autem, quos antea immensam argenti vim requisivisse constat (conf. Boeckh. Œcon. Athen. vol. 1. p. 489—493.), tribus potissimum modis minui poterant. Primum choreutarum præparandi se et commentandi tempus, per quod choregus alimenta pretiosa eis præbere et mercedem solvere debebat (cf. Boeckh. l. l. p. 489.), minuendum erat: quod ut fieri posset, poeta cantica fabulæ et minus artificiose componere et brevia facere cogebatur. Tum autem ut talia carmina canerentur, pristinus justusque choreutarum numerus non amplius requirebatur: pro viginti quatuor personis duodecim vel octo sufficiebant. Cum denique illa non tantum artis postularent facilique opera et disci et recitari possent: ipsi choreutæ parvo haud dubie pretio parari poterant, et si forte solertissimi quique multa peterent, homines vel parum eminentes cantu et saltandi facultate istas partes satis honeste sustinere poterant. Jam apparet, credo, quomodo deficiente choregia chori partes in Pluto esse potuerint.

"Sed antequam plura de illis carminibus disseram, ultima anonymi verba supra transcripta examinabo, videlicet: *φθεγγόμενος ἐν ἐκείνοις* (in illis chori canticis) *ἃ καὶ ὁρῶμεν τοὺς νέους ἐπιγράφοντας οὕτω ζήλῳ Ἀριστοφάνους*. Νέοι illi sunt novæ quæ dicitur comœdiæ scriptores, Menander potissimum et Philemo, de quibus in præcedentibus ab anonymo dictum erat; qui quidem cum hunc interponendi cantica morem ab Aristophane inventum imitarentur, dubitari nequit idem interdum saltem factum esse a mediæ comœdiæ poetis, qui multo minus quam illi ab Aristophanis et antiquorum poetarum more recedebant. In omnibus autem mediæ et novæ comœdiæ fabulis ejusmodi cantica fuisse non est verisimile, quoniam Romani, qui imitantur novæ et mediæ comœdiæ poetas, ab hoc more prorsus abstinuere; quæ enim in eorum fabulis reperiuntur cantica, ea ab his, de quibus nos disputamus, prorsus diversa sunt (cf.

Hermanni de cantico in Romanorum fabulis scenicis dissert. in Opuscul. vol. I. p. 290–307), et illud, quod in nonnullis Plauti locis (Pseudol. I. 5. 160.) legitur:

Tibicen vos interea hic delectaverit,

(cf. Stich. V. 5. et 6.) id ita tantum cum his Pluti canticis comparari potest, quod ille tibicinis ludus eodem modo ad tuendam fabulæ œconomiam adhibebatur. Huc accedit aliud argumentum: namque anonymus, cum in præcedentibus de Cocalo et Æolosicone exposuisset, et tum ea, quæ transcripsimus, de Pluto narrare pergat, illis certe fabulis hæc carmina defuisse non obscure indicavit. Sed Cocalus et Æolosico ad mediam comœdiam referuntur (cf. Platon. Kusteri p. xi.), easque fabulas imitatus est Menander (cf. anonymus Kusteri p. xiv.). Cum actus et aulæa inventa essent, ista cantica paullatim obmutuerunt: nam per id tempus, quod in Pluto chorus canendo terit, aulæa tolli poterant. Sed ad Plutum revertar.

"Eo igitur quod cantica illa, propter fabulæ œconomiam facta, post versus 626. 801. 958. (959.) canebantur, justa temporis rerumque agendarum successio servabatur. Sed præterea aliis etiam nostræ fabulæ locis ejusmodi carmina inserta fuisse traditur, quos quidem breviter persecuturi hoc tenebimus, neque grammaticos antiquiores neque eos, qui posthac hos exscripserunt, ea legisse; cumque grammatici, suo maxime judicio canticorum locos indicantes, facile ea in re errare possent, tum demum scholiastis fides habenda erit, si eorum testimonia argumentis ex fabulæ œconomia petitis confirmantur. Legitur in codice Cantab. 2. (cf. Dobræus) post versum 252. Χοροῦ, et scholiasta (Thomas Magister) ad v. 1. scribit: Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει, h. e. post v. 252, *κορωνὶς καὶ ἑξῆς τὸ Χοροῦ· ὤφειλε γὰρ χορὸν θεῖναι καὶ διατρῖψαι μικρὸν, ἄχρις ἂν ὁ Καρίων συμμίξῃ τοῖς γέρουσι.* Dicere est difficile, quomodo Thomas Magister rem scenicam sibi cogitaverit, et quærere inutile, cum is, ut ex sequentibus apparebit, in errore versetur. Orchestra theatri, cum scena per scalas juncta, in extremis partibus, dextra et sinistra, arcu (ἁψῖδι) instructa erat, per quem chorus ingrederetur; chorus ab urbe veniens, h. e. ex civibus urbanis compositus, per sinistrum arcum, chorus rure accedens, h. e. ex rusticis constans, per dextrum in orchestram intrabat. Conf.

grammaticus Kusteri p. xiv. Cario igitur, a domino suo missus ad *rusticos rure* advocandos (223. 224.), per scalas illas in orchestram descendit et per dextrum arcum (ἀψῖδα) discedit, rus profecturus, ruricolas arcessiturus. Jam aliter fieri non poterat, nisi ut post colloquium Chremyli, cum Pluto (230—251.) habitum, chorus cum Carione per dextram ἀψῖδα in orchestram intraret statimque illos illudere inciperet. Res igitur ipsa docet illa cantica non modo non necessaria, sed ne apta quidem fuisse. Post v. 321. Brunckius scripsit, Χορός. (λείπει κομμάτιον τοῦ χοροῦ), quo indicavit hoc etiam loco talia carmina fuisse. Brunckii sententia quamvis non libris comprobetur, tamen verissimam esse eam facile intelligitur. Cario (316—321.) a senibus domum Chremyli discessurus, hoc illis suadet (316. 317.):

> ἀλλ' εἶά νυν τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες ἤδη
> ὑμεῖς ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ',—

quibus in versibus cum sibi opponantur σκώμματα et ἄλλ' εἶδος, certissima videtur scholiastæ interpretatio, verbis ἄλλ' εἶδος significari *aliud carminum genus* atque ab illo ludicro quod antecedit diversum. Alterum argumentum ipsa scenæ constructio offert. Cum enim tota fabula agatur ante Chremyli domum, in quam haud dubie una tantum janua ducebat, qui fieri poterat, ut uno tempore per easdem fores servus intraret, quibus egressus Chremylus in scenam procederet? Itaque hoc incommodum ut evitaretur, interponendum erat canticum. Alius est locus post v. 770. Cario postquam heræ suæ exposuit, quomodo visus Pluto restitutus fuerit, sese huic aliisque jam jam adventuris obviam ire velle dicit. Ut ne igitur, dum hoc fieret, spectatores otiosi essent, chori canticum interponendum erat, quod hic paucis versibus absolutum fuisse, atque lætos clamores deique Æsculapii laudes continuisse probabiliter aliquis conjecerit. Chori canticum huic loco insertum fuisse et præstantissimus liber Ravennas tresque antiquissimæ editiones, exhibentes ΚΟΜΜΑΤΙΟΝ ΧΟΡΟΥ (cf. Dobr.), ostendunt, et scholiastes ad v. 641. confirmat. Sed eidem scholiastæ, post v. 822. (823.) insertum fuisse chori canticum ad v. 802. affirmanti, nullam habeo fidem, cum ejus testimonium, neque libris nec veteribus editionibus neque fabulæ œconomia comprobetur. Ultimus est locus post v. 1096. (1097.), ubi tres antiquissimæ

editiones Χοροῦ exhibent, idque scholiastes ad v. 1043. agnoscit. Post v. 1096. Chremylus, vir juvenis et anus scena relicta intus ad Plutum ierunt. Sed iisdem foribus, per quas illi intraverant, a Mercurio pulsatis Cario egreditur; utrumque eodem tempore fieri apte non poterat: itaque interponendum erat canticum.

" Præter hæc chori cantica solis choreutis, ut conjecimus, scripta, et ad tuendam fabulæ œconomiam interposita, alia etiam chori carmina vel sublata choregia admitti poterant, dummodo ad perdiscendum et recitandum essent facilia. Ejus generis sunt strophæ quatuor (290—315.), quas cum cantu et saltatione recitatas esse dubitari nequit. Sed quoniam fuerunt, qui affirmarent hos versus cum omnibus chori partibus ex Pluto priore in nostram Pluti editionem illatos esse a grammatico quodam, et Plutum posteriorem, quam nos, ut infra docebo, legimus, choro prorsus caruisse (lege Brunckium ad v. 960. 115, Petit Legg. Att. pag. 151. sq.): jam hoc loco, ne vacillare videatur nostra disputatio, paucis ostendam illos versus soli Pluto secundæ vindicandos esse. Primum videamus de versibus 290—301, quorum primum (290.), tertium (292.), septimum (296.), nonum (298.) ad imitationem et derisionem Philoxeni Cytherii expressit Aristophanes, testante scholiasta. Philoxenus iste, dithyramborum scriptor, vixit et floruit in aula Dionysii majoris, Syracusarum tyranni (cf. Athen. 1. p. 6. e.), cujus ille injuriam sibi factam ulturus, versibus dithyrambicis, ad idyllii dramatici similitudinem conformatis et Κύκλωψ inscriptis (Athen. 1. p. 7. a. 8. p. 564. e.), Dionysium Cyclopis nomine, se ipsum Ulixis, et tibicinam quandam Galateæ significavit. Tyrannus Dionysius summum Syracusarum imperium occupavit Olymp. 93, 3. Composuit igitur Philoxenus Cyclopa suum post hoc tempus, fortasse circa Olymp. 95. (cf. Diodor. 14, 46). Itaque Aristophanes Philoxeni Cyclopa nondum imitari atque notare poterat, cum Plutum priorem doceret, Olymp. 92, 4, poterat vero in Pluto posteriore, quam docuit Olymp. 97. 4. Cum igitur stropha prima et secunda soli Pluto posteriori vindicanda sit, jam videamus, quid de tertia et quarta, s. de vv. 302—315, statuamus. Versibus 302—305. Circe amicos Philonidis Corinthi in sues mutasse

dicitur, qua indicari Laidem in Sicilia natam et inde Corinthum profectam et omnes vident, et nemo collato v. 179.

ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

dubitare potest. Hujus autem meretricis vita quamvis plurimis difficultatibus implicita sit et ineptissimis fabulis obscurata (cf. Wieland in Museo Att. Tom. III. fasc. 1. p. 174. sqq.[c]), illud tamen, quod ad rem nostram facit, satis certo sciri potest, dico ejus annum natalem. De eo duæ circumferuntur narrationes, quarum prior Laidem in Sicilia et quidem in oppido Hyccaris natam esse tradit, eamque, cum illa urbs a Nicia caperetur Olymp. 91, 1. servam septem annorum a Corinthio quodam emtam et ab eo conjugi suæ Corinthum transmissam esse. Hanc narrationem afferunt prior scholiastes ad v. 179, Plutarchus in vita Niciæ c. 15, Pausanias 2, 2. 2, Polemo et Timæus Athenæi 13. p. 588. b. c. 589. a. Quod si verum est (et sane propter testium locupletissimorum multitudinem et consensum verissimum videtur), Lais, cum Plutus prior doceretur, h. e. Olymp. 92, 4, quatuordecim annos numerabat, neque tum ut meretrix notissima, quæ aliquando Philonidis amicos turpiter tractaverit, perstringi poterat. Alterius narrationis auctor, alter scholiastes, ad v. 179, ed. Lips. p. 28. vv. 18—22, tradit Laidem a tyranno Dionysio poetæ Philoxeno donatam esse et cum eo Corinthum venisse. Hoc si verum est, multo etiam minus ut Corinthiacum scortum Lais rideri poterat in Pluto priore, quia tum saltem diu post Olymp. 93, 3. Corinthum venit. Hæc igitur stropha cum secundæ Pluti emendationi demum accesserit: etiam antistropha (309—315.), cum stropha artissime conjuncta, soli Pluto posteriori vindicanda est. Sed ea res ut omni dubitationi eximatur, difficultatem quandam non celabo. Scholiastes enim ad v. 179. hæc scribit: Ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθῆναι ἐπὶ Διοκλέους, ὡς μήκετι αὐτῆς οὔσης, quæ verba multis corruptelis deformata Hemsterhusius hunc in modum egregie emendavit: Ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Παιδαρίῳ (s. Ἀμφιαράῳ) ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους, ὡς μήκετι αὐτῆς οὔσης. Phædro Platonis philosophi

c Et Jacobs. scripta miscellanea vol. 4. p. 414. seqq. G. DINDORF.

videbat Hemsterhusius in his verbis locum non esse, sed fabulam quandam Platonis comici commemorari, ideoque pro *Φαίδρῳ* substituendum conjiciebat *Παιδαρίῳ* s. *'Αμφιαράῳ*, sed parum feliciter; cf. Meinek. Quæst. Scen. 2. p. 15. 20. 26. Fabulæ igitur nomen satis incertum est, sed hoc nihil facit ad rem nostram, cum cetera, quæ Hemsterhusius mutavit, tam certa sint, ut magis apertorum vitiorum correctiones esse quam in conjectura posita videantur. Nam cum scholiastes dixisset Platonem commemorasse Laidem ut mortuam in fabula septemdecim annis post Dioclem docta, inepto ineptius est *ἐπὶ Διοκλέους*, et, cum septimo decimo post Dioclem anno archon fuerit Philocles, certo certius *ἐπὶ Φιλοκλέους*. Hic est igitur scholii sensus, Platonem in fabula quadam, docta illa septemdecim annis post Dioclem (Olymp. 97, 1.), sive tribus ante Plutum posteriorem (Olymp. 97, 4.), de Laide tamquam mortua locutum esse. Quod si verum est, Lais ne in posteriore quidem Pluto notari poterat. Aristophanes igitur de mortua Laide hæc narravit; at huic sententiæ repugnat versus 179. Sed hanc difficultatem qui movit, idem eam solvat: continuo enim addit scholiastes: *δύναται μέντοι καὶ αὐτῆς ζώσης λέγεσθαι.* Platonis igitur verba ita erant ambigua, ut etiam de Laide adhuc vivente intelligi possent, hunc fortasse in modum enunciata: *Laiis pulcherrima jam evanuit*, h. e. Laidis pulcritudo jam defloruit, idque aptissime dici poterat de Laide tum temporis annos triginta unum nata. Neque vero hæc res in conjectura est posita, Platonis videlicet locum verbis tantum de mortua Laide accipi potuisse, reapse de viva intelligendum, cum ex locis Aristophanicis certissime evincatur eam ultra Olymp. 97, 4. vitam produxisse, h. e. saltem tribus annis post Platonis fabulam in vivis fuisse. Apparet ex his Meinekium Quæst. Scen. 2. p. 66. sq. de morte Laidis et de tempore, quo docta fuerit Strattidis fabula *Μακεδόνες*, paullo festinantius statuisse[d]. Cum igitur strophas has quatuor (290—315.) in

[d] Hoc ego non dixerim. Nam neque interpretatio illa verborum *ὡς μηκέτι αὐτῆς οὔσης*, quam Ritterus excogitavit, veri similis, nec quod ex Aristophanis versu petitur argumentum extra disceptationem positum est, quum Laidis nomen ex Naidis corruptum esse videatur, quæ probabilis conjectura Athenæi est, cujus verba in annotatione attuli. Athenæi conjecturam Ritterus alio in loco libelli sui

sola posteriore Pluti editione fuisse certum sit, idem valet de versibus 316—321. Dicat hic aliquis has ipsas strophas exemplum præbere illorum carminum, quæ grammaticus ante laudatus voce Χοροῦ indicaverit; sed ne ita statuamus, plura nobis obstant. Primum enim in libris et antiquis editionibus non præpositum legitur his versibus vocabulum Χοροῦ neque a scholiaste agnoscitur: tum vero grammaticus ille tradidit propterea immixta esse illa cantica, ut actores requiescere possent; sed Cario, persona scenica, una cum choro illas strophas recitat: deinde si hæc chori carmina grammaticus significasset, mirandum foret, quo casu factum sit, ut ea, cum hic quidem servarentur, ceteris in locis interciderint: denique, id quod omnem hac de re dubitationem præcidit, ab ipso Carione (316. 317.) hæc carmina ludicra (σκώμματα) distinguuntur a chori cantico jam secuturo (ἀλλ' εἶδος), quod, si vera est conjectura mea ante proposita, neque a nobis neque ab æqualibus legi voluit Aristophanes. Itaque præter cantica illa, eo tantum scripta consilio, ut actores requiescere et scenicus apparatus mutari possent, alia etiam carmina faciliora vel sublata choregia in Pluto et media novaque comœdia locum suum retinebant. Sed hæc mirum quantum distabant a justis chori partibus, quibus ille in comœdia antiqua fungebatur. Quare neque reprehenderim grammaticum Kusteri p. xiii. de Pluto hæc dicentem: καὶ γὰρ τὸ τούτου δρᾶμα ὁ Πλοῦτος νεωτερίζει—καὶ χορῶν ἐστέρηται, ὅπερ τῆς νέας ὑπῆρχε κωμῳδίας, neque omnino ex hoc et similibus locis collegerim chorum in media novaque commœdia prorsus obmutuisse. Cautius tamen et accuratius non Χορὸν sed χορικὰ μέλη, h. e. majora cantica atque justas chori partes, mediæ comœdiæ abjudicat Platonius Kusteri p. xi. Οἶτε τῆς μέσης κωμῳδίας—τὰ χορικὰ μέλη παρέλιπον οὐκ ἔχοντες τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας. Præter locum vv. 290—315, cum cantu ac saltatione recitatum, etiam versus 637. 639. 640. a choro canebantur. Secundum igitur chori in Pluto et media comœdia munus est, ut cantica faciliora, eaque non ad solam fabulæ œconomiam tuendam facta, neque solis

ineptam vocat propterea, quod Nais Atheniensis fuerit, meretricem vero illam, quam Philonides amaverit, Corinthiam fuisse appareat ex v. 303. Sed nescio ego unde Rittero constet Naidem Athenis natam fuisse. G. DINDORF.

choreutis, sed etiam lectoribus scripta, aptis locis immisceat.

"Restat tertium chori munus, quod eo continetur, ut sermones cum actoribus conferat. Loquitur chorus in Pluto vv. 257–260. 264. 268–269. 271–272. 275–276. 279–283. 286. 288–289. 328–331. 487–488. 631–632. 962–963. (963–964.) 1208–1209. (1209–1210.). Versus 962–963. s. 963–964. Bentleius aliique Chremylo tribuerunt. Sed Xo., h. e. Χορός, exhibent libri optimi atque editiones antiquissimæ (cf. Dobr.), idque legendum esse ratio evincit. Nam post v. 958. s. 959. cum viro justo scenam relinquit Chremylus. Sequitur Χοροῦ s. canticum chori, quo finito venit vetula, quæ ad chorum conversa (Ἆρ' ὦ φίλοι γέροντες), eum de domicilio novi dei percontatur: γέροντες autem Chremylus et vir justus esse non possunt, cum hic, intus ad Plutum ingressus, in exitu demum fabulæ, ubi Plutus ad Minervæ ὀπισθόδομον deducitur, rursus in scena compareat. Chorus igitur cum interrogatus esset a vetula, eum quoque respondere par erat, quod non fugit scholiastem, ad hos versus annotantem: προσπαίζουσι τῇ πρεσβύτιδι οἱ γέροντες. Bentleius eorum librorum qui Xo. exhibent auctoritatem eo infringere tentavit, ut statueret Xo. non esse Χορὸς sed Χοροῦ, et hoc loco chori carmina olim fuisse, nunc deficere. Profecto mirandum est et viro magno hoc excidere et ab aliis probari potuisse: quid enim potest ineptius cogitari, quam vetula quærente chorum non respondere sed canere? Chorus igitur ad vetulæ quæstionem respondet, et cum illa in eo esset, ut quendam ex domo Chremyli advocaret v. 964. s. 965, Chremylus ipse in scenam procedens dicit v. 965. s. 966:

μὴ δῆτ', ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα.

"Tria igitur chori munera in Pluto vidimus: quæ fabula cum ea re ad mediam novamque accedat comœdiam, quod justo choro et parabasi caret, aliaque ejus indicia, jam indicata et mox indicanda, præbeat, et a grammaticis antiquis ad eam referatur: talem chorum, qualem in Pluto vidimus, in multis tum mediæ tum novæ comœdiæ fabulis fuisse judico, neque assentior Boeckhio (Œcon. Athen. I. p. 493.), qui mediæ novæque comœdiæ choro nihil nisi sermones relictos fuisse existimant.

"Restat ut de parabasi, in nostra fabula ac media comœdia

omissa, pauca dicantur, iisque hæc de Pluti choro disputatio absolvatur. Parabasis vim et naturam exponere hoc loco neque propositum est nobis neque necessarium: certum est eam defuisse mediæ comœdiæ; Plutus igitur etiam hac in re illius *χαρακτῆρα* prodit. Platon. Kusteri p. xi. *τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους—καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* Cur autem parabasis omissa fuerit, non erit obscurum post ea, quæ supra de choregia sublata disputavi. Namque parabasis eas chori partes sibi vindicabat, in quibus summa choreutarum et recitandi ars et canendi et saltandi expromenda erat (conf. grammaticus Kusteri p. xiv.). Ad eas igitur partes bene sustinendas cum longum per tempus præparari choreutas oporteret, eaque præparatio sine magnis sumtibus institui non posset, neque poeta choregum a civitate electum acciperet [c]): res ipsa parabasin omitti jubebat. Sed alia accedit causa. Nam in parabasibus præcipue lacessendi et vexandi studio, et populum universum vel singulos ridendi consuetudini indulgebant comici: ea autem licentia non quidem lege, ut infra demonstrabo, sublata, sed tamen temporibus ipsis restricta erat.

" Alia investiganti mihi indicia, quibus Plutus ad mediam comœdiam accedat, statim occurrit longior at perfecta Homericæ fabulæ parodia, contenta illa versibus 302–315. Parodiæ quidem usus late jam in antiqua comœdia regnabat. Homeri aliorumque poetarum versus ac præcipue tragicorum loci ita a comicis transferebantur, ut risus inde excitaretur: sed nullum invenimus in aliis nostri poetæ comœdiis ejus parodiæ exemplum, qua tota cujusdam poetæ narratio ac fabula ex mythologia sumta comice translata atque expressa fuerit. Ad longiores et perfectiores parodias primus ex antiquæ comœdiæ poetis vim suam ingeniumque accommodasse videtur Cratinus in fabula *Ὀδυσσεῖς* inscripta; quam, etsi florente comœdia antiqua compositam, tamen mediæ comœdiæ *τύπῳ* signatam fuisse testatur Platonius Kusteri p. xi., quamque eo tempore doctam esse, quo Attica comœdia psephismate, ab archonte Morychide lato Olymp. 85, 1, tres per annos con-

c Platonius l. l. *οὐ γὰρ ἔτι προθυμίαν εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας χειροτονεῖν.*



stricta teneretur, non sine magna veritatis specie suspicatus est Meinekius I. p. 35. Restituta Olymp. 85, 4. comœdiæ libertate, comici hunc fabulas mythologicas earumque scriptores ridendi morem abjecerunt. Sed circa Olymp. 96. vel 97. plures comœdias ad fabulas mythologicas earumque narratores, sive epicos sive lyricos sive tragicos, deridendos compositas doctasque esse tum deperditarum tituli ac fragmenta ostendunt, et Platonius l. l. luculento testimonio comprobavit, tum inde apparet, quod Antiochus Alexandrinus singularem librum scripsit *Περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν*. Athen. 11. p. 482. c. Sed hujus parodiæ genus est duplex: nam comici aut fabulas ipsas mythologicas ad risum excitandum detorquebant, aut poetarum inventa et poematum argumenta tamquam ridenda et explodenda notabant, h. e. non tam fabulas mythologicas, quam imperitos earum narratores et inventores ridebant. Prioris generis parodia est ea, quam in Pluto indicavimus. Pro *Circe* Homerica hic est *Lais* meretrix, pro *Ulixi sociis amici Philonidis*, pro insula *Ææa Corinthus*, pro *Ulixe* ipso *Philonides*, pro *venenis μεμαγμένον σκῶρ*. In altera stropha vv. 308–315. Carioni, qui Circen se imitaturum esse dixerat, minatur chorus se Ulixis personam agentem, quemadmodum is Circen satis ferociter agressus sit (Odyss. κ. 321. 322.), ita in Carionem multo crudelius facturum esse; simulque versu 312. respicit chorus Odysseæ locum χ. 175–177. 192–194, substituitque caprario Melanthio turpissimum Aristyllum. Alterum parodiæ genus adhibitum reperitur in strophis 290–295. 296–301, ubi fabula parodiæ subjecta ex Homero sumta est, sed simul Philoxenus ridetur, ut qui primus eam fabulam imperite tractaverit.

"Præterea illam antiquæ comœdiæ singulos aliorum poetarum versus mutuandi eosque ridicule transferendi consuetudinem a mediæ comœdiæ poetis non esse repudiatum, cum per se verisimile sit, Pluto certissime comprobatur. Quod quo certius constet, eos Pluti locos apponam, quos ex tragicis vel aliis poetis detortos esse observavi. Statim fabulæ initio vv. 6. et 7.

τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
κρατεῖν ὁ δαίμων,

rideri tragici cujusdam locum et ex nomine servi, argute cir-

cumscripto per *σώματος κύριον*, et numeris, qui nullis solutionibus dilatantur, et toto orationis colore apparet. His adjungimus vv. 8–12.

τῷ δὲ Λοξίᾳ,
ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου,
μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, ὅτι——
μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην.

quibus ridetur Euripides Oreste 285–387. ed. Dindorf.

Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι,
ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον,
τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.

Versu 9. alium respici tragici locum nobis ignotum voces illæ *θεσπιῳδεῖ* et *χρυσηλάτου* ostendunt. Tragicum spiritum in verbo *θεσπιῳδεῖ* agnovit scholiastes his verbis: *ἐτραγικεύσατο τῇ φράσει*, et vocis *χρυσηλάτου* vim supra soccum elatam perspexit Berglerus: "Hæc quoque vox supra soccum comicum, utitur "ea sæpius Euripides, in Medea aliquoties." Lege locos Euripideos in indice editionis Beck. Versum 39.

τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

ex tragico translatum esse et *λέξις τραγικὴ* illa *ἔλακεν* indicat (conf. schol. ad Pacem v. 381. sive 379.), et audax locutio, *ἐκ τῶν στεμμάτων*, confirmat. Fidem igitur habebimus scholiastæ ad hunc locum narranti rideri hoc versu Euripidem. Repetitiones Euripideæ notari videntur v. 114.

Οἶμαι γὰρ, οἶμαι, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,—

Versu 203.

δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος.

respici ad versum Euripideum in Phœn. 606. ed. Porson.

— δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

vidit Berglerus. Majore confidentia versum 213.

ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν σείσας δάφνην.

ex tragico nescio quo sumtum esse affirmo. Versum 255.

ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ',—

legentes recordamur versum Hecub. 507.

σπευδῶμεν, ἐγκονῶμεν,—

Versus 601.

ὦ πόλις Ἄργους κλύεθ' οἷα λέγει;

ex diversis Euripidis versibus detortus est. Cf. Phœn. 611. 613. ed. Dind., Med. 168. collato 166. Ad versum 603.

τί πάθω τλήμων;

recte animadvertit scholiastes: *τινὰ γελᾷ τῶν τραγικῶν.* Versus 635.

ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας,

ex Sophoclis Phineo translatus est inversa sententia. Cf. schol.[e] Versibus 639. et 640.

ἀναβοάσομαι τὸν εὔπαιδα καὶ
μέγα βροτοῖσι φέγγος, Ἀσκληπιόν.

similes multi apud Euripidem inveniuntur. Versus 660. 661. supra soccum assurgere vidit Hemsterhusius, itemque v. 1151. s. 1152.

πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

"Præterea tragicum spiritum et numeris et orationis colore produnt versus sequentes:

51. *οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει,*
81. *ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες*
καὶ Ζεῦ, τί φῄς;
92. *οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηστοῖσι φθονεῖ.*
328. *θάρρει· βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη.*
363. *ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες.*
758. *ἐκτυπεῖτο δὲ*
ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν.
825. *ἀνὴρ πρότερον μὲν ἄθλιος, νῦν δ' εὐτυχής.*
1110. *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.*
1127. *ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς.*

"Sequitur ut de hominibus dicamus in Pluto nominatim descriptis, inter quos tres potissimum sunt, quorum nomina aliquid conferant ad ætatem fabulæ definiendam, Philonides, Agyrrhius, Thrasybulus. Ac de Philonide quidem supra diximus. Alter est Agyrrhius, de quo v. 176. Cario Chremylum interrogat,

Ἀγύρριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

h. e. *nonne Agyrrhius divitiis elatus luxuriatur et quasi asinus pedit?* Quæ dicta sunt de eo tempore, quo Agyrrhius magnam auri vim corraserat. Idem vero ab Aristophane in Ecclesiazusis vv. 103. 104.

[e] Ejusdem generis proximus est versus 636. *Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.* et paullo post v. 661. *καθωσιώθη, πέλανος Ἡφαίστου φλογί.* Sophoclis verba esse v. 541. *ἢ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει* et v. 935. *οἴμοι μάλ' αὖθις* ex scholiis ineditis ostendi. G. DINDORF.

καίτοι πρότερον ἦν οὗτος γυνή·
νυνὶ δ', ὁρᾷς, πράττει τὰ μέγιστ' ἐν τῇ πόλει.

tamquam is describitur, qui, cum diu ignobilis delituerit, nuper ad altum in re publica administranda gradum evectus sit. Quam ad rem multum contulit, quod ille mercedem eorum, qui populi concionem frequentarent, paullo ante Ecclesiazusas, Olymp. 96, 4. datas, ad tres obolos augendo plebeculæ sibi favorem conciliavit. Cf. Eccles. 184–186, Boeckh. Œconom. Athen. vol. 1. p. 247. Ea autem gratia tantopere crevit, ut ille, in Thrasybuli ab Aspendiis occisi locum suffectus, ad exercitum circa Lesbum ceterasque maris Ægæi insulas dispositum mitteretur Olymp. 97, 3. s. 4, h. e. paullo ante Plutum posteriorem. Cf. Xenoph. Histor. Gr. 4, 8. 31. Dodwell. Annal. Xenoph. 22.* Agyrrhii igitur potentia et auctoritas maxime florebat Olymp. 96. et 97. Cf. Boeckh. Œconom. Athen. 1. p. 236. 240–242. 245. 258. 339, Meinek. Q. S. p. 35. Itaque in Pluto posteriore hoc de Agyrrhio apte dici poterat:

'Αγύρριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

minime vero in Pluto priore, h. e. Olymp. 92, 4. cum iste, qui demum paullo ante Ecclesiazusas, h. e. sedecim annis post, auctoritatem opesque consecutus est, vix ab ullo cognosceretur. Neque pepercit Aristophanes Timotheo illa ætate clarissimo, sed notavit ejus luxuriam in domicilio ad turris altitudinem exstructo v. 180, quem versum Pluti posterioris esse unusquisque videt. Cum igitur in continua Carionis oratione 170–180. versus 176. 179. 180. soli Pluto posteriori vindicandi sint, et cum vv. 173. 178. propter res in iis memoratas in priore, ut infra apparebit, locum habere non potuerint: etiam ceteros duo, Pamphilum et Belonopolem (174. 175.), in ea oratione commemoratos, in secunda demum Pluti editione notatos esse certum est. Pamphilus qualis fuerit, optime intelligitur ex loco Platonis comici a scholiaste servato: *Καὶ νὴ Δί' εἰ Πάμφιλόν γε φαίης κλέπτειν τὰ κοινὰ, ἅμα τε συκοφάντην.* Qua de causa fidem habebimus scholiastæ Pamphilum ærarium compilasse narranti et propterea bonis publicatis exilio multatum esse. Belonopolem[f], h. e. acuarium, Pamphili parasitum fuisse tradit

[f] Huic nomen fuisse Aristoxeno ex scholiis ineditis cognovimus. G. DINDORF.

idem scholiastes. Nec minus Philepsium, pecuniam solventibus historias (μύθους) narrantem et propterea v. 177. irrisum, soli Pluto posteriori vindico, eodem fretus argumento, quo antea Pamphilum et Belonopolem acuarium in Pluti secunda demum emendatione irrisos esse statui; cum enim in continua Carionis oratione (170–180.) quinque saltem versus (173. 176. 178. 179. 180.), ut ante demonstravi, in Pluto priore locum habere non potuerint, certum est eam totam secundæ Pluti editioni accessisse.

"Denique v. 550. notatur Dionysius, ut qui patriam suam crudeli tyranni imperio oppresserit, eique opponitur Thrasybulus, qui Athenas a triginta tyrannis liberaverit, Olymp. 93, 4. et 94, 1, quem versum Pluto priori defuisse vix est quod moneam.

"His argumentis adjungimus alia. Namque præter versus modo laudatos de aliis quoque certum est, eos in sola fabula posteriore lectos fuisse; quos quidem breviter enumerabo. Versus 173.

τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει;

respicit ad bellum ξυμμαχικὸν, inde ab Olymp. 96, 2. usque ad 98, 2. gestum, est igitur Pluti posterioris. Versu 178.

ἡ ξυμμαχία δ' οὐ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις,

notatur fœdus Atheniensium cum Ægyptiis pecuniæ causa factum, quod miris erroribus et ineptiis scholiastæ obscurarunt, et interpretum recentiorum nemo explicuit. Seditio Ægyptiaca exarsit ante id bellum, quod contra Persas a Cypriis duce Evagora susceptum est. Cf. Isocrat. Paneg. p. 69. d. e. Bellum Cyprium fieri cœpit Olymp. 98, 3. (cf. Diodor. 15, 2), et ante hoc jam tres per annos a Persis bellatum erat contra Ægyptios. Cf. Isocrat. l. l. Cadit igitur belli Ægyptiaci initium in Olymp. 97, 4, in quo gerendo Athenienses ære conductos Ægyptiis fuisse socios propter locum nostrum dubitari nequit, indeque simul apparet hunc versum esse Pluti posterioris. Versus 329–331. posteriori Pluto vindicandi sunt, cum in iis merces concionem adeuntium (μισθὸς ἐκκλησιαστικὸς), ad tres obolos aucta, commemoretur: aucta erat merces illa ex uno ad tres obolos non diu ante Ecclesiazusas, h. e. paullo ante Olymp. 96, 4. Cf. Boeckh. Œconom. Athen. I. p. 247.

Versus igitur allati in Pluto priore legi non poterant. Versum 515.

ἢ γῆς ἀρότροις ῥήξας δάπεδον καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι,

Pluti posterioris esse significavit scholiastes, ad verba καρπὸν Δηοῦς scribens, ἤδη τὸ ἔπος τοῦτο τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζει, h. e. redolere vocem Δηὼ mediam comœdiam; optime: nam neque in aliis Aristophanis fabulis, neque, quod sciam, in antiquæ comœdiæ fragmentis illud nomen invenitur. Scholiastæ mentem minus percepit, ut mihi quidem videtur, eruditissimus Meinekius 2. p. 4, qui τὸ ἔπος τοῦτο non ad vocem Δηοῦς, sed ad totum versum retulit, et scholiastam grandiori sermone offensum esse dicit[g]. Sed hoc ex illius verbis elici non potest, immo hoc affirmat scholiastes, antiquæ comœdiæ poetam dicturum fuisse Δήμητρος καρπὸν, sed recentiorum esse insolita deorum nomina arripere, quale sit Cereris nomen Δηώ. De v. 991. (992.)

ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῇτό μου,

in schol. Venet. ad Il. ψ. 361. hæc leguntur: τὸ δὲ ἀνάλογον διὰ τοῦ η προσκειμένου (sic Dobræus: vulgo προκειμένου) τοῦ ι, παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ δευτέρῳ. Luculento igitur testimonio constat hunc versum Pluti posterioris fuisse, indeque idem de vv. 989. 993. 992. qui cum illo cohærent, affirmare licet. Hujus grammatici testimonio aliud non minus luculentum adjungo, videlicet Athenæi, 9. p. 368. d. ex Πλούτῳ δευτέρῳ versum.

οἴμοι δὲ κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήσθιον

laudantis; atqui hic versus legitur in nostra fabula 1128. (1129.). Esset egregium, si multos ejusmodi locos ex veteribus grammaticis afferre possem, idque præclare sententiam meam comprobaret: sed hoc cum fieri nequeat, certe illud grave est, quod locus ex Πλούτῳ πρώτῳ a scholiaste ad Ran. 1120. (1125.) allatus in nostra fabula non reperitur. Locus hic est: τῶν λαμπαδηφόρων τε πλείστων αἰτίαν τοῖς ὑστάτοις πλατειῶν. Πλα-

[g] Scholiastæ verba male interpretatur Ritterus, recte Meinekius, omninoque mediæ novæque comœdiæ poetæ sublimius tragicorum genus dicendi non tam risus excitandi, quod antiquorum comicorum consilium fuit, quam ornatus caussa imitati esse videntur. Docte igitur scholiasta annotavit hunc versum τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζειν. G. DINDORF.



τεῖαι, scil. πληγαὶ, sunt verbera cum palma istis inflicta, qui in certamine cum facibus in Ceramico celebrari solito postremi ac tardiores currerent, quæ alio nomine appellabantur Κεραμεικαὶ πληγαί. Cf. schol. ad l. l. Poterat hic prioris Pluti locus inesse colloquio Chremyli et Blepsidemi cum Penia, ita ut alter senum Paupertati exprobraret, illam, cum privaret homines victu, causam esse (αἰτίαν), ut multi in certamine isto tardius currentes (τῶν λαμπαδηφόρων ὕστατοι) verberibus (πλατείαις) afficerentur. His rationibus tam certis et firmis accedit, quod, ut vidimus ad res posterioris Pluti tempore gestas sæpissime respicitur; at vero eorum, quæ Olymp. 92, 4. agebantur, nihil in nostra fabula commemoratum inveneris: nihil de Alcibiade illa tempestate Atheniensium rebus misere afflictis succurrente atque egregie augente; nihil de aliis Atheniensium ducibus, Thrasylo, Theramene, Conone; nihil de Tissapherne et Pharnabazo Lacedæmonios adjuvantibus; nihil de classibus Lacedæmoniorum et Atheniensium in Hellesponto se invicem oppugnantibus; nihil de sublato imperio populi ac paullo post restituto; nihil de Callia divitiarum mole celebrato, sed circa hoc tempus luxuria et sycophantarum artibus ad paupertatem redacto; qui vir quam apte in hac fabula rideri potuerit, vel me non monente unusquisque videt.

"Sed quoniam satis docuisse mihi videor nostram fabulam esse Plutum posteriorem: difficultatem quandam non celabo, eamque removere aut ita infirmare conabor, ut sententia mea per eam convelli non possit. Res hæc est. Ad v. 115.

ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας,

scholiastes hæc narravit: ἰδίως δὲ ὀφθαλμίαν τὴν πήρωσίν φησι, διὸ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ μεταπεποίηται·

τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ᾗ σ' ἔχει.

In priore igitur Pluto Aristophanes vocem ὀφθαλμία, h. e. malus oculorum affectus, contra vulgarem loquendi usum (ἰδίως) pro cæcitate (πήρωσις) admiserat, in posteriore autem invidiosæ illius vocis evitandæ causa totum versum mutavit. Sed cur novus ille versus in nostra fabula, h. e. Pluto posteriore, non legitur? Annotatio illa facta est ab antiquissimo grammatico vel potius ex eo exscripta, qui aut utramque Pluti editionem possidebat, aut, quod verisimilius est, utriusque fabulæ collationem nonnullis in locis institutam legebat: is autem, cum

hanc annotationem scriberet, versum illum, ut legebatur in Pluto priore, in exemplar suum recepit, ut annotationis verba ad marginem scripta statim melius intelligerentur, atque inde hunc prioris Pluti versum in libros nostros qui exhibent posteriorem irrepsisse conjicio.

"Annotatio huic similis legitur in scholiis ad versum 119, qui ante Brunckium ex tribus antiquissimis editionibus omnibusque Brunckii codicibus sic scribebatur,

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ' ἔμ' εἰ
πύθοιτ' ἂν ἐπιτρίψειε.

quod idem legebat primi ad hunc locum scholii auctor, et εἰδὼς secundus quoque scholiastes agnoscit, in ceteris ab antecedente et libris discedens. Ad hunc igitur versum hæc scripsit prior scholiastes ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδώς· τὰ τούτων τῶν ἀνθρώπων πάντα εἰδὼς, ἐπεὶ οὐδὲν λανθάνει· μεταπεποίηται δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ δευτέρῳ. Falsa est scholiastæ explicatio; si legimus εἰδὼς, hoc cum πύθοιτ' unam efficere notionem statuendum est: *si Juppiter horum stulta consilia perspiciens cognoverit, me contriverit.* Sed ea sententia et verborum collocatio cum parum probaretur ipsi poetæ, prioris versus partem ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς in Pluto posteriore emendavit. At quomodo? hoc a grammatico nostro non edocemur: ipsi igitur videamus, num illam emendationem invenire possimus. In Brunckiani codicis margine libroque Ravennate pro εἰδὼς legitur οἶδ' ὡς, quæ scriptura, vulgatæ nimium quantum præferenda, a Brunckio et nuperrimis Aristophanis editoribus jure in textum recepta est: ea enim pro sententia obscura suppeditat facilem et lucidam, pro verborum structura intricata expeditissimam. Hoc autem ut efficeretur, propterea versum emendandum esse poeta censuit, alia enim nulla apparet causa: jam versus

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ' ἔμ' εἰ—

emendatione indigebat; hic autem

ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδ' ὡς τὰ τούτων μῶρ' ἔμ' εἰ—

minime: qua de causa certissimum mihi videtur illam emendationem ab ipso poeta in secunda Pluti editione factam esse. In optimo igitur Aristophanicarum fabularum libro Pluti posterioris scriptura mansit, cum in ceteros istud εἰδὼς ex grammaticorum annotationibus, ut supra exposui, reciperetur. Neque vero illi, quibus mea de his locis sententia parum proba-

bilis videbitur, inde, quod in nostram fabulam casu quodam duo versus ex priore Pluto illati sunt, colligent Plutum nostram ex priore et posteriore mixtam esse, quemadmodum fecerunt illi viri, quorum de duplici Pluto sententias nunc breviter examinabo, ut error late disseminatus in perpetuum tollatur.

"*Ludolphus Kusterus*, quod sciam, primus audacius et confidentius pronunciavit fabulam nostram ex Pluto priore et posteriore mixtam esse: qui error hunc in modum viro docto subnatus est. Recte quidem ille judicabat nostram fabulam non esse Plutum priorem, cum in ea reperiantur notæ quædam temporis priori minime convenientes: sed quo minus posteriorem esse eam statueret, duo impediebant. Primum a Petito Legg. Att. p. 151. ed. Wessel. persuaderi sibi passus erat, eo tempore, quo Plutus iterum doceretur, lege ab Antimacho lata vetitum fuisse *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν*, et propterea eos locos, in quibus nominatim quidam perstringuntur, in Pluto posteriore locum habere non potuisse, sed ex priore in nostram translatos esse statuebat [h]; deinde nimium tribuebat duobus scholiorum locis modo expositis. Secutus est *Brunckius*, qui insigni levitate ad v. 115. affirmavit: 'Plutum nostrum nec priorem esse neque posteriorem, sed e duobus a grammatico quodam vetustissimo concinnatum.' Cujus sententiæ rationes etsi non exposuit, dictu tamen non est difficile, quænam illæ fuerint. Primum videlicet Kusteri judicium incaute suum faciebat; tum vero, cum legisset apud grammaticos a nobis supra laudatos Plutum posteriorem chori canticis privatam esse (*ὁ Πλοῦτος χορῶν ἐστέρηται*), et nihilo minus in nostra fabula chori partes extare videret, eas ex Pluto priore sumtas existimabat. Cf. ad v. 960, ad quem scripsit: 'Hæc ut pleraque hujus dramatis manifesto sunt ex Pluto priore, in quo chorus suas agebat partes.' Sed jam ante Brunckium tum de Pluto tum ejus scholiis egregie meritus erat *Tiberius Hemsterhusius*: qui quidem sibimet ipsi de hac quæstione nondum satis constare, partim vero falsa de ea cogitasse et multis locis ostendit et p. 39. sq. his verbis pronunciavit: 'De duplici

h Petiti errores satis refutavit Clintonus in Fastis Hell. vol. 2. p. L et seqq. Quamobrem omittimus quæ de eodem argumento copiosius disputavit Ritterus. G. DINDORF.

vero Pluto et scholiis ad utramque fabulæ editionem diversis, quia res est paullo difficilior nodoque non uno intricata, alibi de industria agemus.' Hoc nomen non solvit vir ingeniosus, idque, ut mihi quidem videtur, non magnopere dolendum est. Nam cum ille et ad priorem Plutum et ad posteriorem scholia exstare persuasissimum sibi haberet, sententiam Kusterianam sequi debebat; is enim, qui scholia utriusque fabulæ, eademque ad nostram spectantia, mixta esse arbitratur, idem comœdiam nostram ex utraque, priore et posteriore, conflatam existimare debet: quem quidem errorem jam ante satis notavi. Sed Hemsterhusius interdum ulterius est progressus, ita ut statueret inveniri scholia, quæ nostram fabulam interpretari neutiquam possent, ideoque ad prioris Pluti versus in nostram haud receptos referri deberent. Qua in re vehementer erasse virum eruditissimum duobus exemplis demonstrabo. Ad v. 159.

ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.

hæc scripsit scholiastes: Περιπέττουσι· διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ· ὁ αὐτὸς Θεσμοφοριαζούσαις·

ὅσ' ἦν περίεργ' αὐταῖσι τῶν φορημάτων,
ὅσαις δὲ περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις.

Hæc igitur verba quomodo ad Aristophanis versum explicandum apta essent, non intelligebat Hemsterhusius, et propterea p. 49. suspicatus est in prima Pluti editione aliud loco vocis *ὀνόματι* fuisse vocabulum, cui hæc annotatio, ad primum Plutum pertinens, apte responderit. Sed tum sæpius aliena a locis explicandis afferunt scholiastæ, tum ab hoc vitio vacat noster grammaticus. Nam ille locutionem *ὀνόματι περιπέττειν* recte, licet parum accurate, interpretatur per *προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ*, illud enim *ὄνομα* (*verba inania*) est *κόσμος πρόσθετος*. Versus autem ex Thesmophoriazusis (secundis) aptissime afferuntur propterea, quod inde statim perspicitur, quæ sit propria verbi *περιπέττειν*, h. e. *circumlinere*, significatio, cum in Pluti loco idem verbum translatum sit. Alius est scholiorum locus ad v. 521.

ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν.

hicce: διαβάλλονται δὲ οἱ Θετταλοὶ ὡς ἀνδραποδισταὶ καὶ ἄπιστοι. Inde Hemsterhusius p. 152. collegit scholiastem in exemplari suo Pluti prioris aut posterioris invenisse *παρ' ἀπίστων ἀνδρα-*

ποδιστῶν, idque Harius Ep. crit. p. 49, ut certissimam emendationem, reponendum putabat. Sed scholiastæ verba minime ostendunt eum alia legisse quam quæ nobis libri omnes exhibent: is enim scholiastarum more non ea tantum attulit, quæ ad explicanda poetæ verba facerent (scil. diffamari Thessalos ὡς ἀνδραποδιστὰς), sed ea etiam, quæ scire lectoris interesse judicabat, diffamari eosdem ὡς ἀπίστους. Illud διαβάλλονται enim non ad hunc Aristophanis locum, sed in universum ad Thessalorum famam referri debet. Quæ cum ita sint, et hujus scholii auctor nostram fabulam interpretatus est.

" Reliquum est ut de Pluto priore dicamus. Scholiastæ testimonio cum constet versum 115.

ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας,

Pluti prioris fuisse, versus 114. et 116, cum illo artissime cohærentes, priori non defuisse apparet. Erat igitur in priore nostræ fabulæ editione, qui ad Plutum deum conversus magnifice gloriaretur et cum fastu promitteret se illi visum esse restituturum. Sed Plutus donum sibi oblatum despiciens recusabat versu 119, qui, ut testatur idem scholiastes, in fabula priore legebatur. Quibus indiciis hoc efficitur, in priore Pluti editione, quemadmodum in nostra s. posteriore, incidisse quendam in deum Plutum et ad visum ei restituendum operam suam et consilium obtulisse; deum vero istud inceptum ut audacissimum improbumque reformidasse. Quam rem quamvis certis testimoniis persequi ulterius non possimus: nihilominus tamen, cum in utriusque fabulæ initio tanta appareat similitudo, cumque istud inceptum, in quo tota fere nostra comœdia versatur, disertis verbis etiam in priore Pluto indicatum fuerit, nequit dubitari in illa quoque fabula oculorum malo Plutum esse liberatum, h. e. utriusque comœdiæ μῦθον persimilem, ac posteriorem fabulam prioris fuisse διασκευὴν s. retractationem. Huc accedit, quod locum, ex Pluto priore a schol. ad Ran. 1120. (1125.) servatum, ex Chremyli et Blepsidemi cum Paupertate colloquio desumtum esse probabiliter conjecisse mihi videor; quæ conjectura si vera est, in Pluto priore, ut in posteriore s. nostra, apparebat Paupertas, novum illud inceptum Pluto restituendi visum prohibitura, a senibus autem illis contemta ac retrusa.

'Sed quamvis utriusque fabulæ argumentum perquam simile fuerit; confidenter tamen Plutum priorem affirmo a posteriore multum fuisse diversam; qua de re nunc explicatius dicam. Plutum priorem Aristophanes docuit Olymp. 92, 4, quo tempore antiqua comœdia naturam suam et quasi χαρακτῆρα s. τύπον nondum abjecerat: nam Ranæ, quam fabulam docuit tribus annis post, Olymp. 93, 3, utique ad antiquam comœdiam referendæ sunt. Cratinus quidem jam diu ante hoc tempus docuerat 'Οδυσσεῖς, fabulam mediæ comœdiæ τύπῳ signatam; sed illam eo tempore scriptam esse, quo Atticorum comœdia Morychidis psephismate constricta teneretur, Olymp. 85, 1—3, verissime conjecit Meinekius. Crates quoque eo, quod conviciandi morem comœdiæ antiquæ proprium mittebat, ad mediæ comœdiæ formam et ingenium diu ante Aristophanem accesserat. Cf. Aristot. Poet. 5, 5. de quo loco unice vera est Meinekii interpretatio, proposita illa Q. S. 1. p. 26. Cratetem imitatus est Pherecrates, Aristophanis æqualis, teste anonymo Kusteri p. xii. Cf. Meinek. 1. p. 26. 27. 2. p. 32. Sed inde, quod Cratinus temporibus, Crates et Pherecrates natura sua ingenioque adducti id comœdiæ genus tentarunt, quod postea a mediæ novæque comœdiæ poetis excultum est, inde, inquam, nemo colligat Aristophanem quoque jam Olymp. 92, 4. ad generalem vitæ morumque descriptionem in Pluto priore operam suam contulisse, semel antiquæ comœdiæ χαρακτῆρα deseruisse, et tum tribus annis post in Ranis ad morem antiquum redisse. Quæ conjectura cum parum habeat probabilitatis, utique statuamus oportet Plutum priorem antiquæ comœdiæ τύπῳ signatam fuisse. Ille τύπος s. χαρακτὴρ apparet, si fabulæ argumentum spectaveris, tribus potissimum in rebus. Namque aut tota comœdia superstructa est rebus certis ex Atheniensium re publica vitaque communi sumtis; aut vitia insignia, quibus laborabat quodam tempore tota fere civitas, in singulis hominibus, in quibus illa maxime conspiciebantur, describuntur; aut ejusmodi vitia per homines ab ipso poeta procusos repræsentantur. Hoc ultimum genus jam accedit ad multas mediæ novæque comœdiæ fabulas, sed eo tamen ab illis differt, quod semper respicit ad res veras, h. e. ad vitia omnibus perspicua, certo quodam tempore obtinentia totamque civitatem vexantia: me-

dia autem comœdia ad *μῦθον* ipsum, sive a poeta inventum sive ex mythologia desumtum, artificiose et copiose pertractandum operam suam accommodavit."

Addidit his Ritterus conjecturas quasdam de argumento Pluti prioris, incertiores quam quæ commemorandæ videantur. Nam similes sunt illis, quas de hujusmodi argumentis excogitare solebat Suevernius, vir egregius, sed ingenio doctrinaque mirum quantum abusus ad commenta vanissima[h]. Neque illud non quæsivit Ritterus cur Plutum fabulam post viginti annos iterum in scenam produxerit Aristophanes. Quod est ejusmodi ut, quum sciri ab nemine possit, ne quæri quidem debeat.

Primas fabulæ partes Araroti filio agendas dedisse Aristophanem ex eo colligi potest, quod argumenti Græci scriptor narrat, postremæ hujus quam suo ipsius nomine ediderit fabulæ opportunitate usum esse poetam ad filium spectatoribus commendandum: quod confirmat vitæ scriptor p. xiii. ed. Kust. his verbis, *Ἀραρότα, δι' οὗ καὶ ἐδίδαξε τὸν Πλοῦτον*. Quo loco fabulam hanc judices certaminis scenici habuerint nescimus. Tantum enim ex didascaliis prodidit argumenti Græci scriptor, docuisse hanc fabulam Aristophanem *ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ*. Mirum est quinque hic nominari poetas, quum in aliarum et comœdiarum et tragœdiarum quæ supersunt didascaliis omnibus tres tantum memorari soleant poetæ, qui prima vel secunda tertiave præmia victoriæ reportaverint. Quæ res Clintono in Fastis vol. 2. p. 101. eo explicanda videtur, quod sublata choregia unus tantum eorum qui in certamen descendissent poetarum victor declararetur. Aliud hujusmodi exemplum reperitur in monu-

h Ejusmodi illud est quod Suevernius in commentatione de Nubibus, Berolini edita a. 1826. Strepsiadis persona Periclem, Phidippidis Alcibiadem notari pronuntiavit, et Aves, de quibus disseruit in Actis Academiæ Borussicæ a. 1827. eo scriptam esse consilio sibi persuasit, ut expeditionis Siculæ perversitas exagitaretur. Quam opinionem Suevernius tanta arte tantaque eloquentia exornavit ut fraudem fecerit interpreti Britanno, R. Hamiltono (*Essay on the Birds of Aristophanes by Suevern, translated by R. H. London* 1835.) qui non probare illam, sed refutare potius debebat. Suevernii quanta in hoc genere fingendi fuerit licentia, vel ex eo æstimari potest, quod Pisthetæro Gorgiæ rhetoris personam esse repræsentatam putavit.

mento Attico apud Boeckh. vol. 1. p. 353. n. 231. quod archonte positum est Diotimo, qui eponymus fuit olymp. 106, 3.

---

1. Ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ] Ita et Plato Protag. init. et Demosth. pro Phorm. [p. 960. Reisk.] Supplendum autem οἱ ἄλλοι vel ἅπαντες vel simile. Demosth. p. Phorm. paullo inferius: μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς. ibid. inferius [p. 963, 5.] ἅπαντας addit. Æschines c. Timarch. [p. 110, 2. Reisk.] πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν, qui ibidem [p. 92, 5.] addit καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Sic in aliis. Infra 437. ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοί. BERG.

6. τὸν κύριον] ὁ κύριος τοῦ σώματος est servus. Nam ut ICti Rom. loquuntur, servus naturaliter corporis sui dominus est. Et Ammonius, v. δεσπότης· κύριος—καὶ αὐτός τις ἑαυτοῦ. KUST.

9. Imitatur orationem tragicam hic et aliis non paucis hujus fabulæ locis, de quibus supra dictum est. p. 33. seq.

11. ἰατρὸς] Vid. Av. 584. ἰατρομάντις dicitur ab Æschylo Eum. 61.

17. ἀποκρινομένῳ R. Legebatur ἀποκρινομένου, consentiente Ammonio de interpret. fol. 78ª, 13. ed. Ald. a. 1545. a Porsono indicato et Suida in γρῦ. ἀποκρινομένου positum ab librariis, qui genitivum accommodarent verbis κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ: ad quam constructionem nihil caussæ erat cur rediret poeta orationemque impeditam sine caussa redderet. Admodum probabilis Bentleii conjectura est ἀποκρινόμενος. Chremylum a Carione interrogatum nihil respondisse apparet ex v. 19. 24.

γρῦ] Vulgo γρύ, accentu vitioso, de quo dixit L. Dindorfius in Thesauro Stephani.

21. στέφανον ἔχοντά γε] Qui olim consulto oraculo ex Apollinis templo redibant coronati erant. Qui autem sacris ejusmodi coronis ornati erant, sancti quodammodo habebantur, eosque violare nefas erat. v. schol. Eurip. Hippol. 792. schol. Soph. Œd. T. 82. ubi ad hunc locum respicit. Cfr. Brodæi Misc. vol. 2. Grut. Thes. Crit. p. 518. KUST.

22. ἀφελὼν] ἀφελών γε R.

27. κλεπτίστατον] Schol. recte observat poetam hoc dixisse præter exspectationem. Nam post πιστότατον exspectabatur εὐνούστατον vel simile quid. KUST.

29. ἦν forma recentior: antiqua ἦ constanter usus est poeta

in fabulis reliquis, quæ omnes Pluto sunt antiquiores. ἦν metro postulante infra quoque v. 695. (quo loco utitur Ælius Dionys. apud Eustath. p. 1761, 52.) 822.

32. ὡς] πρὸς R.

34. ἐκτετοξεῦσθαι] Usum verbi metaphoricum Berglerus comparat cum Æschyli Eum. 679. ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος (λόγου). Aristophanem imitari videtur Nicetas Choniat. Histor. p. 2 b. θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες.

37. μηδὲ ἓν] Scribendum μηδεὲν, ut Ald.

40. τοδί] ταδί V.

42. ἐκέλευσε] ἐκέλευε R.

48. δῆλον ὁτιὴ καὶ τυφλῷ γνῶναι δοκεῖ τοῦθ'] Id est ὁτιὴ τοῦτο δοκεῖ δῆλον καὶ τυφλῷ γνῶναι, ut φανερὸν γνῶναι πᾶσιν dixit v. 489. Sic recte hunc locum intellexit Boissonadius.

50. χρόνῳ] βίῳ R, ex v. 38. ἔτει (γρ. γένει καὶ χρόνῳ) V.

51. ἐς] εἰς libri.

τοῦτο ῥέπει] Sic tres codd. recte. Quod in impressis legitur τουτὶ, a correctore est, ignorante vim literæ ρ, qua præcedens brevis vocalis producitur. Vide quæ in hanc rem notavi ad Eurip. Or. 857. Æsch. Prom. 1031. Eurip. Hippol. 462. In Ione v. 530. tetrameter est trochaicus,

παῦε, μὴ ψαύσας τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα ῥήξεις χερί.

BRUNCK. τοῦτο R. τουτὶ V.

56. φράσον] φράσεις R, Bentleii conjecturam quodammodo confirmans πότερον σαυτὸν ὅστις εἶ φράσεις, ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ;

57. ταχὺ πάνυ] πάνυ ταχύ V.

63. δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, i. e. *accipe virum et omen tibi oblatum:* quod servus ironice dicit. Mali enim ominis esse videbatur, senem cœcum aliquoties interrogatum non aliud respondere, quam κλαίειν σοὶ λέγω. KUST.

64. Δήμητρα] δήμητραν V.

65. Carioni tribuit Hemsterhusius. Continuabatur Chremylo. Conf. v. 67, 68.

εἰ μὴ φράσεις] Libri deteriores ἢν μὴ φράσῃς. εἰ μὴ φράσῃς (εις) R.

67. βέλτιστον] βέλτιον R.

69. καταλιπὼν R. V. κᾆτα λιπὼν libri plerique. In A. interpolatum τινα κᾆτ' αὐτὸν λιπών.

70. ἵν' ἐκεῖθεν] ἐκεῖθεν ἵν' R.

73. ἐργάσεσθε] ἐργάσεσθον codices multi. ἐργάσησθον V.

75. μέθεσθέ νύν μου] μέθετόν με νῦν V.

ἦν] ἤν V. ἥν R. ἠνὶ alii libri.

80. Hunc versum R. aliique nonnulli Chremylo, proxima verba Carioni tribuunt.

83. αὐτότατος] Vox comice conficta, ut *ipsissimus* apud Plautum. V. Thom. M. in αὐτός. KUST. Dixit de hoc comparativorum et superlativorum genere Apollonius in libro de pronomine p. 341.

84. Πατροκλέους] Ex sententia schol. Patrocles iste Laconicam vivendi rationem æmulabatur. Plures fuisse Athenis ejusmodi Λακωνομανοῦντας, ῥυπῶντας, patet ex Avib. 1281. In Nub. 835. οὐκ ἠλείψατο, οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. BERG. Poetam tragicum fuisse unus ex scholiastis narrat.

98. ἑόρακα Tyrwhittus. ἑώρακα libri. Veram scripturam alibi interdum servavit R.

πω] που V. aliique nonnulli. Recte habet πω. Conf. Eq. 944.

106. ἐγώ] γρ. ἐμοῦ V.

107. ἡνίκα δ' ἂν V.

111. μακρά] μακράν R.V.

115. Fabula hæc bis edita fuit. primum Ol. 92, 4. archonte Diocle, iterum post 20. annos, archonte Antipatro Ol. 97, 4. Quam habemus, nec prior nec posterior est, sed e duabus a grammatico quodam vetustissimo concinnata. Nobis melius esset, si priorem intemeratam haberemus cum choricis canticis omnibus. Hunc versum e priore fabula esse narrat vetus interpres eique in posteriore a poeta suffectum fuisse istum: τῆς ξυμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις [ἥ σ' ἔχει], quia nimirum Pluti cæcitatem vocabulo minus idoneo appellaverat ὀφθαλμίαν. Sed qui e duabus unam fecit, in prioris versu facetum et comicum quid deprehendere sibi visus est: alioquin alterum prætulisset. BRUNCK. Hæc ex iis sunt corrigenda quæ procemio annotationum ad hanc fabulam dicta sunt p. 39.

117. In A. [R.V.] verba τί φῄς; Chremylo tributa: sequens versus Carioni. Sic etiam personis divisæ loquendi vices in C. quam optimam distinguendi rationem ingenio adsecutus est Hemsterhusius, cujus hac in parte felix industria. Duo alii codd. omnia non famulo, ut vulgo, sed hero tribuunt. BRUNCK.

118. ἄνθρωπος] ἅνθρωπος libri.

119. Vulgo sic legitur hic locus: *ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', ἔμ' εἰ | πύθοιτ' ἂν, ἐπιτρίψειε.* Ab impressis ne minimum quidem differunt A. [R.V.] In tribus aliis *τὰ τούτων μῶρ' ἔπη.* superscripta in duobus extremo versui glossa, *τοὺς μωροὺς λόγους, τοὺς ἀξυνέτους λόγους.* Ex his nullus sensus elici potest, nec verba ad legitimam constructionem redigas. Emendandi rationem partim vidit Kusterus, cujus hæc est conjectura: *ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ', (ἐπεὶ | πύθοιτ' ἂν) ἐπιτρίψει με. Jupiter equidem, cognitis stultis horum consiliis, (postquam resciverit) me perdet.* Sic Kusterus Græca sua vertere debebat. Sed, quod ipsum procul dubio non fugiebat, aliis dissimulare voluit, quam inepta esset illa parenthesis, nihil ad sententiam conferens, quam quod jam erat in præcedente participio *εἰδώς.* Sub postrema hac voce latebat ulcus. Legendum sine parenthesi, plano sensu, molliterque decurrente phrasi: *ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδ' ὡς, τὰ τούτων μῶρ' ἐπεὶ | πύθοιτ' ἂν, ἐπιτρίψει με.* In margine codicis mei ab eadem manu, sed atramento paulo dilutiore, scriptum *οἶδ' ὡς.* BRUNCK. Recepi *οἶδ' ὡς*, sed servavi *ἔμ' εἰ.* Constructio verborum paullo durius trajectorum hæc est *ὁ Ζεὺς μὲν οὖν οἶδα ὡς ἔμ' ἂν ἐπιτρίψειε, εἰ τὰ τούτων μῶρα πύθοιτο.*

126. *ἐὰν*] *ἐάν γ'* Aldus et aliquot codices. Vid. ad Vesp. 228. *μικρὸν* libri optimi: pauci *σμικρόν.*

136. *παύσει' ἂν, εἰ βούλοιτο, ταῦθ'. ΠΛ. ὁτιὴ τί δή;*] Legebatur *παύσειεν, εἰ βούλοιτο, ταῦτ' ἂν; ΠΛ. ὅτι τί δή;* Codex Ravennas *παύσειαν εἰ βούλοιτο ταῦτα. πλ. ὅτι τι δή;* unde correxi scripturam vulgatam, recepto quod in D. et codice Mutinensi uno est inventum *ὅτι τί δή.* Ita in Nub. 755. *οὐκ ἂν ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. ὁτιὴ τί δή;*

138. *ψαιστὸς* vel *ψαιστὸν* a grammaticis tam varie exponitur, ut lector incertior ab illis discedat. Prima igitur et propria ejus significatio est ea, quam inter alias habet Suidas: *Ψαιστὰ, ἄλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψαισμένα* (sic enim ibi lego pro *κατεψηγισμένα*) *farina mola comminuta.* *Ψαίειν* enim propr. est mola comminuere. Porphyrius de abstin. 2, 6. *τῆς ψαισθείσης τροφῆς*, quam paulo ante dixerat *ἀληλισμένον βίον*, i. e. *victum molitum.* Sequitur ibidem: *τοῖς ψαισθεῖσι θυλήμασι χρώμεθα*, et paulo ante: *καὶ τὴν τροφὴν ψαισαμένων, et cibum mola comminuissent.* Nota, opponi hic sibi invicem *τὸ ἐρείκεσθαι* (quod

de frugibus vel leguminibus leviter tantum contusis et fractis dicitur) et ψαίεσθαι, quod *mola in farinam redigi* significat. Hinc igitur ψαιστὸς, quod proprie quidem adjectivum est, et *in farinam redactus* significat, sed plerumque substantive capitur (subintellecto nimirum voc. σῖτος, vel si ψαιστὸν dicatur, genere neutro, subaudiendum erit ἄλφιτον, vel simile quid) notatque far molitum, vel farinæ vino oleoque imbutæ pugillos, quos pauperiores olim diis libaminum loco offerre solebant. Porphyrius l. c. τιμᾶν θεοὺς λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ ποπάνοις. Idem cap. sequenti Docimi viles ψαιστοὺς diis gratiores fuisse ait quam aliorum sumtuosas victimas, ubi per ψαιστοὺς nihil aliud intelligit quam, ut ipsius verbis utar, τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας, *farinæ paucos pugillos*. Statim enim addit: ἐκ τῆς περικειμένης πήρας τῶν ἀλφίτων ὀλίγας δράκας ἐθυλήσατο. Et hoc sensu v. ψαιστὸς manifeste etiam capitur in epigr. Lentuli Gætulici [Anth. Pal. 6, 190.] καὶ ψαιστῶν ὀλίγων δράγμα πενιχράλεον. Hinc igitur intelligimus, quare Arist. βοῦν et ψαιστὸν h. l. conjunxerit, ut nimirum indicaret, deos non solum pinguioribus sacrificiis, sed etiam vilissimis libaminibus carituros esse, si Plutus visum reciperet. βοῦς enim sacrificium erat ditiorum, ψαιστὸς vero pauperiorum. KUST.

οὐδεὲν] Libri multi οὐδὲ ἕν.

145. ἀνθρώποισι] ἐν ἀνθρώποισι aliquot libri.

147. μικρὸν] σμικρὸν libri multi. Quod locum habet, si transponantur verba, σμικρὸν δι' ἀργυρίδιον.

152. ὡς] ἐς R. εἰς Suidas in ἑταῖραι.

157. θηρευτικάς] θηρευτικοὺς R.

163. Hic versus et qui sequuntur omnes usque ad personam Pluti Chremylo in impressis continuati sunt. In B. cod. inter herum et famulum divisi sunt. Versus hic tributus famulo, 164. hero, 165. famulo, 166. totus hero, 167. famulo, 168. hero: quod Bentleii, quem sequor, conjecturam confirmat. BRUNCK. qui v. 163. Carionis, 164. Chrem., 165. Car., verbis ὁ δὲ γναφ. γ. 166. Chrem., illis, quæ sequuntur, ὁ δ. γ. πλ. κ. Carionis, 167. Chrem., 168. Car. nomina præfixit. Quæ non mala est personarum distinctio, modo versus 160—164. uni Chremylo tribuantur.

166. γναφεύει A. Libri reliqui omnes κναφεύει, quæ usitata veteribus Atticis forma, ex Aristophane annotata a Polluce 7,

37. Fortasse igitur præstat cum Brunckio corrigi ὁ δέ τις κναφεύει γ'.

ὁ δέ γε] ὃς δὲ A. ὁ δὲ R. V. aliique.

168. παρατίλλεται] De pœna adulterorum παρατιλμὸς et ῥαφανίδωσις dicta, res est nota et a pluribus scriptoribus exposita. Si tanti est, poterit lector consulere, quæ notavimus ad Suidam s. v. ῥαφανίς. KUST.

170—179. Chremylo tribuit R. Vulgo 170, 2, 4, 6, 8. Chremylo, 171, 3, 5, 7, 9. Carioni tribuuntur, tum Χρ. ὁ T. δὲ π. Καρ. ἐμπ. Personarum vices invertit Brunckius primum versum (170.) Carioni, secundum Chremylo tribuit, et sic porro. Ego librum Ravennatem in eo sum secutus, quod uni omnia personæ tribui. Loquacitatem servi compescit herus verbis ἐμπέσοι γέ σοι. Brunckii annotatio hæc est "170. Ab hoc versu "usque ad verba ἐμπέσοι γέ σοι in v. 180. permutatæ fuerant "personarum sedes, quæ heri sunt, famulo tributis et vice "versa. In C. hic versus et 172. Carioni tributi; postea per-"sonæ minus conveniunt dictis, quia v. 173. loco suo motus "est. In A. D. versus 170. et 171. Chremylo tribuuntur: "172. Carioni; sicque deinceps alternis loquuntur, ita ut ver-"bis ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος famulo tributis, versus clausula in "heri partes cedat, quod et flagitat decori ratio." ὁ T. δὲ π. Chremylo, ἐμπέσοι γέ σοι Carioni, 181. Chremylo, 182. 183. Carioni, 184. 185. Chremylo tribuit R.

170. μέγας δὲ βασιλεὺς] Rex Persarum, ut Acharn. 65. Av. 486. et alibi. BERG.

171. ἐκκλησία] In quam conveniunt propter trioboli mercedem, de qua vid. ad Eccles. 302.

172. δέ] δαί R.V. τὰς supra versum habet R.

173. τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν] Præsidium igitur alebatur ab Atheniensibus Corinthi, hujus dramatis tempore, ut ex his verbis patet; quod fiebat, dum bellum gerebant Lacedæmonii cum Atheniensibus, Thebanis, Argivis, et Corinthiis, societate junctis ad id bellum, quod gerebatur in Corinthiorum regione, quod συμμαχικὸν et Corinthiacum vocatum est, ut videre est ap. Pausan. in Lacon. p. 91. [3, 9, 6. 4, 17, 3.] Duces Atheniensium fuerunt Iphicrates, Callias, Polystratus et Chabrias. Id factum est post reditum Agesilai ex Asia, ut notat Xenophon Hellen. 4, 2. et Demosthenes Philipp. prima [p. 46.]

Societas illa facta est, secundum Diodorum, Ol. 96, 2. Bellum cœpit fieri anno sequente, duravit sex annos integros vel plus, usque ad pacem Antalcidæ dictam, quam Artaxerxes Mnemon fieri curavit 98, 2. secundum Diod. et Euseb. PALMER. Vide Harpocration. s. v. *ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ*.

174. Πάμφιλος] Scholiasta, *κλέπτης τῶν δημοσίων, ὃς ἀνεδημεύθη· ἐκ τούτων δὲ ἐσπουδακότα πλουτεῖν κλαύσεσθαί φησιν ἁλόντα ἐπὶ κλοπῇ δημοσίων. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς δειλός.*

175. *ὁ βελονοπώλης*] Pamphili amicus, cui nomen proprium fuisse Aristoxeno annotavit scholiasta.

176. Ἀγύρριος] Ἀργύριος libri multi vitioso consueto. Ἀγύρριος memoratur Eccles. 102, 184. "De hoc autem Agyrrhio, " qui Thrasybulo duci in præfectura Lesbi successit, qui plura " scire cupit, adeat Meurs. Lectt. Att. 6, 4. et Valesium ad " Harpocr. V. Ἀγύρριος." KUST.

πέρδεται] Istum Agyrrhium apparet divitem aliquando fuisse: Comicus hic dicit, eum propterea *insolentem* et *contumeliosum* fuisse, verbo *πέρδεται* utens, metaphora ab asinis ducta, qui saturi ludunt et pedunt. In Vesp. 1296. *ἐσκίρτα, ἐπεπόρδει.* BERG.

177. Φιλέψιος] Philepsii hujus meminit etiam Demosthenes c. Timocr. (p. 742.) KUST.

178. De hoc versu supra dictum p. 37.

οὐ] *οὐχὶ* libri multi.

179. Λαΐς] Athenæus 13. p. 592. c. (cujus verba repetiit Harpocratio in Ναΐς) *τὴν δὲ* Ναΐδα *ταύτην Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, ἐρωμένην φησὶ γενέσθαι Φιλωνίδου, γράφων ὧδε "Ἔστιν οὖν γυνὴ ἑταίρα* Ναΐς *ὄνομα, ἧς " Ἀρχίας κύριός ἐστιν· ὁ δ' ὑμέναιος ἐπιτήδειος. ὁ Φιλωνίδης δ' " ἐρᾶν φησι." μνημονεύει αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ* Γηρυτάδῃ. *μήποτε δὲ κἂν τῷ* Πλούτῳ, *ἐν ᾧ λέγει, ἐρᾷ δὲ* Λαΐς *οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου; γραπτέον* Ναΐς *καὶ οὐ* Λαΐς. In prima Pluti editione Lais, quattuordecim tum annos nata, commemorari non potuit. Non magis potuit in secunda, quum tribus annis ante mortua esse videatur, quantum ex scholiastæ annotatione de loco quodam Platonis comici, ubi mortuæ mentio facta fuerat, colligi potest. Itaque necessaria videtur emendatio ab Athenæo proposita. Ex quo sequitur infra quoque v. 302. Κίρκην non Laidem esse intelligendam, sed Naidem.

180. Τιμοθέου] Timotheus, Cononis filius, [de cujus vita exposuit Corn. Nepos] tunc temporis, archonte Antipatro, incipiebat florere, et de eo h. l. intelligit Suid. in Τιμόθεος, et scholiastæ: et ut ex h. l. colligitur, turrim ædificaverat, propter quam nimis eleganter et magnis sumtibus exstructam, in invidiam eum trahit Aristophanes: nec de alio eum credo loqui. Nam et turris esse debuit ædificium potentis et insignis cujusdam viri, et tempora concordant. PALMER.

181. Hic et sequentes quatuor versus in A. Chremylo continuati, non interposita Carionis persona. In C. ubi præcedens hemistichion ob unius versus transpositionem famulo tributum, hic præfixa persona heri, cui continuati etiam quatuor sequentes versus. In D. hic et duo sequentes famulo tributi: 184. et sequens hero. Meus impressis concinit. BRUNCK.

185. οὗτος] αὐτὸς V.

ἐπικαθέζηται] ἐπικαθίζηται aliquot libri.

μόνον R. Vulgo μόνος.

186. τοσαῦτα] τοσαυτὶ V.

196. κᾶν Brunckius et, ut videtur, Mut. unus. Libri reliqui κῆν.

ἀνύσηται Dawesius. Libri ἀνύσῃ.

197. οὐ codex Dorvillianus. Reliqui libri omnes οὐκ εἶναι.

αὐτῷ om. Cantabrig. 1. αὐτοῦ Dorvill.

199. φράζε] φράσον V.

203. δειλότατον] δειλότατος R.V. Eurip. Phœn. 606. comparat Berglerus, δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

204. ἐσδὺς] εἰσδὺς libri.

205. ἐς] εἰς libri meliores.

λαβεῖν] λαμβάνειν V.

206. κατακεκλειμένα R. Vulgo κατακεκλεισμένα. Scribendum κατακεκλῃμένα.

209. ἐς] εἰς libri.

215—217. om. a. pr. m. R.

216. κᾶν δῇ] Scribebatur κᾶν δεῖ. Vid. ad Ran. 265. Libri pauci κεἰ δεῖ.

220. παπαῖ R. Vulgo παπαί.

223. ξυγγεώργους] ξυγγεωργοὺς Ald. accentu vitioso: vid. schol.

225. ἐνταυθὶ] Scribebatur ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

227. τουτοδὶ κρεᾴδιον Elmsleius in *Quarterly Review* 14. p. 449. Vid. ad Eq. 1357. τοῦτο δὲ (δὴ R.V.) τὸ κρεάδιον vulgo. τουτὶ δὴ τὸ κρεάδιον codex Paris. 2827. τουτὶ δὲ τὸ κρεάδιον Mutinenses tres. κρεάδιον vocabulum a grammaticis quibusdam improbatum. Antiattic. in Bekkeri Anecd. p. 103, 13. κρεάδιον οὔ φασι δεῖν λέγειν τὸ ὑποκοριστικόν.

237. ἐς] Libri plerique εἰς. Scribendum ὡς ex editione Juntina a. 1525. Sic v. 242. ἢν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω.

238. κατὰ τῆς γῆς κάτω] Herodot. 8, 53. ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω. περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω Acharn. 97. DOBRÆUS.

240. μικρὸν] σμικρὸν V.

242. ὡς R. Vat. et pauci alii: εἰς V. et codices plerique cum Ald. Vid. ad v. 237.

244. ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ] ἐν ἀκαρεῖ χρόνου sæpe dixerunt Lucianus aliique recentiores: vid. Hemsterh. ad Luc. vol. 1. p. 105. qui in schedis ab Dobræo inspectis addit Alciphron. 3, 56. ἀνάγκη σε γυμνὸν τῆς οἰκίας θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἐκβληθέντα ἐκπεσεῖν.

245. οὐκ ἐπέτυχες πώποτε] ἐπέτυχες οὐδεπώποτε V.

252. Post hunc versum in Cantabrig. 2. adscriptum χοροῦ. De quo vide quæ supra dicta sunt p. 25.

253. ταυτὸν θύμον] ταυτὸν non pro τὸν αὐτὸν dictum, sed θύμον genere neutro accipiendum: qua forma Theophrastus aliique utuntur, non masculina solum θύμος. θύμον autem nominat, quia tenuis hic inopum hominum cibus fuit.

255. ὡς ὁ] ὁ om. R. οὐ γὰρ V.

256. παρόντ' Bentleius. παρόντας libri.

259. πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι] Id est καὶ ταῦτα πρὶν φράσαι μοι. Vid. ad Nub. 1269.

260. μ'—κέκληκε δεῦρο R.V. γ'—κέκληκεν ἡμᾶς vulgo.

265. πρεσβύτην] Illos tantum characteras memorat, qui Pluto huic cum plerisque senibus atque adeo cum præsente senum choro sunt communes, ut eos cavilletur; nam Plutus insuper et cœcus et claudus erat. BERG.

268. ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν] Conferri potest locus hic Plauti in Merc. 3, 4. 53. CH. qua forma esse aiebant? | EU. ego dicam tibi: | canum, varum, ventriosum, bucculentum, brevicu-

lum, | subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum. | CH. non hominem mihi, sed thesaurum nescio quem memoras mali. BRUNCK.

271. ἡμᾶς] ἡμᾶς ἔπειτ' V.

273. φύσει om. V.

ἐς] εἰς libri.

275. αἱ κνῆμαι] Crura tua gestiunt in nervos conjici et compedibus vinciri. Senex his verbis ostendere vult Carionem esse hominem petulantem neque prius quieturum quam petulantiæ caussa in nervum conjiciatur. FISCHER.

277. ἐν τῇ σορῷ] Plura erant Athenis dicasteria, in quibus judices ex decem tribubus Atticis sorte electi jus dicebant. Sortitio autem ad hunc modum fiebat. Cum singula δικαστήρια insignita essent nomine literæ alicujus alphabeticæ, is, cui ex. gr. in sortitione obtigerat litera Alpha, juris dicundi causa adibat δικαστήριον *Alpha* dictum; cui litera *Beta*, is δικαστήριον B, et sic deinceps. Cf. schol. infra ad 973. et 1168. Ad hunc igitur morem alludens Carion, cum chorum ridere vellet, ut constantem ex senibus jam decrepitis et capularibus, ait: Cum per literam, quam sortitus es, tibi jus dicendum sit (*in tribunali*, oportebat dicere, sed præter exspectationem et risus gratia dicit) *in loculo* (vel *capulo*), Charonte tibi symbolum (i. e. baculum judicialem), dante, tu adhuc ire cessas)? KUST. Vid. Schoemann. de sortitione judicum p. 17. De dicasteriis dicetur in annotatione ad scholia. ἐν τῇ σορῷ etiam eo explicari potest, quod laminæ, quibus nomen judicis et littera curiæ inscripta erant, interdum in sepulcro apponerentur. Tres hujusmodi laminas in cœmeterio prope Piræeum inventas esse ex Dodwelli Itinerario vol. 1. p. 433. annotarunt Dobræus et Boeckh. in Corp. Inscr. vol. 1. p. 341.

λαχὸν] Scholiastes notat, λαχὸν τὸ γρ. dictum esse pro λαχόντος τοῦ γράμματος more Atticorum, qui sæpe nominativum pro genitivo absoluto ponant, quod verum est. Sic Acharn. 1181. πτίλον—πεσὸν pro πτίλου—πεσόντος. Lys. 13. εἰρημένον pro εἰρημένου. Vid. Gregor. Cor. de dial. Attica [p. 38. ed. Schæf.] KUST. Pauci neque optimi codices λαχών.

δικάζειν] δικάδει R. γρ. δικάζει Mut. unus.

279. κόβαλος] κόβαλλος R.

281. Hunc versum om. R. V. Legitur v. 260.

285. *ἄγων*] *φέρων* V.

ὑμᾶς] *ἡμᾶς* R. aliique nonnulli.

286. *πλουσίοις*] Pauci codices *πλουσίους*.

ἅπασιν ἡμὶν] *ἅπασιν ἥμιν* Ald. Codices *ἅπασιν ἡμῖν*. Scribendum *ἡμῖν ἅπασιν* cum Brunckio. Vid. ad Av. 386.

287. *Μίδας*] In *Μίδαις* mutabat Kusterus propter præcedens *πλουσίοις*, parum subtiliter. Illic dativum posuit poeta, quia præcedit *ἔστι* (licet), hic accusativum, accommodatum infinitivo *εἶναι*.

289. *ὄντως* om. V. *ὄντως ἀληθεῖς* ex Demosth. p. 876. comparat Dobræus.

290—315. De hoc carmine vide quæ supra dicta sunt p. 27. seq.

290. *θρετταvελὸ*] Nihil significat hæc vox, sed fuit excogitata a Philoxeno, qui amationem Cyclopis et Galateæ scripserat, ad exprimendum illius indocti miserum carmen, quod stridenti cithara disperderet, in gratiam amicæ, cui placere studebat arte musica, quamvis esset ineptus. Testis Euripides, apud quem in Cyclope 424. Ulysses dicit: *ᾄδει δὲ* (Cyclops) *παρὰ κλαίουσι συνναύταις ἐμοῖς ἄμουσα*, et v. 487. chorus de eodem: *ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος*. Apud Lucian. etiam, cum Galatea laudasset eum, tanquam bonum musicum, Doris inquit, Dial. Mar. 1, 4. *σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρῴην ἐπί σε. Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε.* Talis vox est et *τὸ φλαττοθραττοφλαττοθράτ*, Ran. 1312. Item *τήνελλα* Acharn. 1246. et alibi, nisi quod illæ ludibrii causa sunt fictæ, hæc autem non. BERG.

Species quædam erat saltationis, *Κύκλωψ* dicta, de qua vide Meursium in Orchestra. BRUNCK.

291. *ὡδὶ παρενσαλεύων*] In h. l. (quem ex Philoxeni Cyclope sumtum esse schol. notat) Carion servus, Cyclopem imitari se velle dicens, chorum senum præcedit, cum indecoro quodam motu saltans: quod poeta per *παρενσαλεύων* indicare voluit. Alloquitur autem Carion chorum, tanquam ovium et caprarum gregem: Agite, filii crebro clamitantes et balantes ovium caprarumque olentium cantica, sequimini etc. Nota, *τέκεα ἐπαναβοῶντες* hic esse constructionem, non *πρὸς τὸ ῥητὸν*, sed *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, ut grammatici loquuntur. Vox *ἐπαναβοῶντες* enim jungitur *τῷ τέκεα*, non constructionis grammaticæ, sed

sensus habita ratione; quoniam *τέκεα* idem sign. quod *υἱοί*, cui *ἐπαναβοῶντες* et *βληχώμενοι*, ob generis similitudinem recte junxeris. Sic Hom. Od. 12, 74. *Νεφέλη—κυανέη, τὸ μὲν κ.τ.λ.* ubi, observante schol., articulus *τὸ* referendus est non ad *νεφέλη*, sed ad *νέφος*, quod ejusdem cum *νεφέλη* est significationis. Vide etiam Eustath. ad Il. p. 1167. qui plura constructionis hujus exempla suppeditabit. Consule etiam schol. Soph. Ajac. 168. ad verba *ἀγέλαι ὑποδείσαντες*. KUST.

294. *κιναβρώντων*] *κιναβρῶν* hircum olens. Lucian. Dial. Mort. 1, 5. *κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ τράγος.*

295. *ἀκρατιεῖσθε*] Est ab *ἀκρατίζεσθαι* secunda longa, quia derivatur ab *ἄκρατος*. Significat *jentaculum*, seu *matutinum cibum sumere*. [Vid. fragm. 505.] Confuderunt hoc verbum veteres critici cum alius derivationis et significationis verbo *ἀκρατεύομαι*, quod est ab *ἀκρατής*. Vim verbi non satis accurate reddit Bergleri versio, quam inconsiderate retinui, *lascivite*. Sensus est: *arrectisque veretris, ut hirci, jentate*. Quia nimirum hirci *τὰ ἑαυτῶν αἰδοῖα λείχουσι*. Glossa: *λείχετε τὰ αἰδοῖα δηλονότι*. BRUNCK.

297. *πινῶντα* Brunckius ex conjectura, quam per errorem Bentleio tribuit, qui non hoc, sed *πίνοντα* (propter sequens *κραιπαλῶντα*) conjecerat. *πεινῶντα* vulgo. *πινῶντα* tamen fortasse R.

298. Scholiasta, *Φιλοξένου ἐστὶ παρηγμένον καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν. τοιοῦτον γὰρ τὸν Κύκλωπα εἰσάγει πήραν ἔχοντα καὶ ἐπὶ ταύτῃ λάχανα ἄγρια. ταῦτα δέ φησι καὶ τὰ ἑξῆς ὡς καὶ τῆς τυφλώσεως αὐτοῦ οὔσης ἐν τῷ ποιήματι αὐτοῦ.*

κραιπαλῶντα R. Cantabrig. 1. 2. et pauci alii. Plerique *καὶ κραιπαλῶντα* cum Ald. Et sic V. quoque.

300. *καταδαρθόντα* Porsonus. Libri *καταδαρθέντα*, forma aoristi vitiosa, qua inferioris ætatis scriptores interdum esse usi videntur. Vid. Wyttenbach. ad Plut. Mor. vol. 6. p. 557. Boisson. ad Nicet. Eugen. vol. 2. p. 188. Apud Photium p. 146, 10. *κατεδάρθη*: *κατεκοιμήθη*. scribendum *κατέδαρθεν*. *ἀποδαρθέντα* in versu Nicocharis in Bekkeri Anecd. p. 349. in *ἀποδαρθόντα* mutandum.

301. *ἡμμένον* om. R.V.

σφηκίσκον] Sic codd. omnes. Gl. *δαλόν*. Sic etiam legebat Eustathius, cujus hæc sunt verba p. 897, 57. *ἀπὸ δὲ τῶν σφη-*

κῶν, οὐ μόνον σφηκίσκοι ἀριθμητικὸν σχῆμα, ἀλλὰ καὶ ξύλα μικρὰ εἰς ὀξὺ συνηγμένα. Utrumque σφηνίσκον et σφηκίσκον eadem significatione in usu fuisse videtur. Prius reponi volebat Bentleius. BRUNCK. Bentleii opinioni, σφηκίσκον ubique in σφηνίσκον mutantis, præter alia Photii glossa obstat p. 560, 12. σφῆκες καὶ σφηκιαί: τὰ μικρὰ καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα ξύλα. οὕτως Φερεκράτης.

302. Κίρκην] Quoniam chorus dixerat, se Ulyssis exemplo excæcaturum Carionem, Polyphemum se profitentem, hic vicissim se Circen imitaturum dicit, quæ socios Ulyssis mutavit in porcos, et ipsis stercus daturum comedendum. Παρ' ὑπόνοιαν pro Ulysse posuit Philonidem, Laidis in Corintho amatorem. Vid. 179. BERG. Sic hæc interpretatur scholiasta. Qui tamen non Laidem, sed Naidem nominare debebat. Vid. ad v. 179.

305. σκῶρ] σκῶρ' R.

306. πάντας τρόπους] Libri quidam πάντα τρόπον.

307. γρυλίζοντες V. Vulgo γρυλλίζοντες. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 33. γρυλίζειν καὶ γρυλισμός: ἐπὶ τῆς τῶν χοίρων φωνῆς. δι' ἑνὸς λ καὶ οὐ διὰ δυοῖν. γρυλλιξεῖτε scribebatur Acharn. 746.

309. σε] Scribendum σὲ cum Porsono.

311. λαβόντες] ἢν λάβωμεν V. aliique pauci.

312. τῶν δ. κρεμῶμεν. in principio versus ponit V.

Λαρτίου] λἀρτίου Ald. cum coronide, de qua vid. ad Soph. Ajac. 1. λαερτίου R. V.

313. θ'] δ' V.

314. τὴν om. R.

'Αρίστυλλος] Fellator. In Eccles. 647. ejus osculum aversatur Blepyrus. BERG. ὡς 'Αρίστυλλος codices quidam deteriores, ex glossemate. Recte Dobræus "Sensus est, fies alter Aristyllus "et hians dices."

316. ἀλλ'] om. R. ἄγ' V. Conf. ad Ran. 394.

317. ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ'] Recte scholiasta interpretatur εἰς τὸ μηκέτι σκώπτειν.

321. μασώμενος] Libri recentiores μασσώμενος. Post hunc versum Brunckius χορός adscripsit: quod χοροῦ scribendum erat more veteri. Vid. supra p. 22.

323. προσαγορεύειν] Phrynichus Bekkeri p. 14. ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τιθέασιν. D.

324. ἀσπάζομαι] Non quasi in salutationibus nunquam hoc verbo usi sint (nam occurrit etiam 1043. et Av. 1378.) sed quia erat blandius, aut minus forte usitatum. BERG.

325. συντεταμένως] A. E. Reliquorum plerique συντεταγμένως, quod est in R. V. Ald.

κατεβλακευμένως A. D. R. Vulgo καταβεβλακευμένως, quod est in V.

328. Ἄρη] ἄρην codices deteriores.

329. τριωβόλου] Vid. ad Eccles. 302.

οὕνεκα quattuor codices Brunckii aliique. εἵνεκα R. V. Ald.

335. πόθεν] καὶ πόθεν R. V.

338. In tonstrinis olim homines otiosos et novorum rumorum aucupes desidere solitos fuisse, res est notissima. V. Casaub. ad Theophr. Char. (11.) p. 338. KUST. Lysias περὶ τοῦ ἀδυνάτου, p. 170, 7=754. Reisk. ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾷν, ὁ μὲν πρὸς μυροπώλιον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δ' ὅπῃ ἂν τύχῃ. DOBRÆUS.

339. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

340. θαυμάσιον ὅπως Piersonus ad Mœr. p. 188. θαυμαστὸν χ' ὅπως Ald. θαυμαστόν γ' E. et Mutinenses duo. Libri reliqui θαυμαστὸν ὅπως. Fortasse præstat cum Porsono scribi θαυμαστὸν αὐτὸ τοῦθ' ὅπως—.

342. γε V. γέ τι R. τι vulgo.

343. νὴ R. V. Legebatur μά.

356. πῶς] πῶς δ' Ald. et aliquot codices. πῶς οὖν V.

361. τοιοῦτο] τοιοῦτον R. Cantabrig. duo et Mut. unus. τουτοί Dorv. qui φεῦ in proximum versum transfert. Scribendum τοιουτονί et φεῦ extra versum ponendum. Quod vidit Elmsleius ad Soph. Œd. T. 734.

364. Δήμητρ'] δήμητραν V.

365. εἶχεν] εἶχες R. Phrynichus Bekkeri p. 60. Πολὺ μεθέστηκε τοῦ τροποῦ: ἀντὶ τοῦ μεταβέβληται τοῦ βίου καὶ τοῦ ἤθους. DOBRÆUS.

366. ὤνθρωπε] ὤνθρωπε R. hic et alibi. ἄνθρωπε V. aliique nonnulli.

367. ἔχει] ἔχεις R. V. γρ. μένει V.

368. πεπανουργηκότι] πεπανουργευκότι R.

373. γ' post μήν ponit V.

374. ἂν Kusterus. οὖν libri.

375. ἐθέλεις] ἐθέλει Mutinenses duo.

377. τοῦτ'] ταῦτ' V.

378. διαπρᾶξαι] διαπράξασθαι V.

379. Rhetores non tantum linguam, sed et silentium venale habebant: nota est ἀργυράγχη Demosthenis. Noster Pac. 644. χρυσίῳ—ἐβύουν [ἐβύνουν] τὸ στόμα. Theophyl. Simoc. Ep. 17. τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ Λευκίππου ἐπέβυσεν. In Eqq. 435. quum Cleon dixisset, Isiciarium decem talenta habere male parta, iste τί δῆτα, inquit, βούλει τῶν ταλάντων ἓν λαβὼν σιωπᾶν; BERG. Vid. schol. Demosth. p. 715, 20. DOBRÆUS.

380. φίλως] Fluctuant libri inter φίλως, quod habet R, et φίλος, quod est in V.

381. ἀναλώσας] γε addit Ald.: om. codices plerique omnes.

382. *Video quemdam*, nempe istum Chremylum. Dicit autem, se animo prævidere Chremylum sacrilegii reum, supplicem fore judicibus, ne condemnetur. Sic etiam in Acharnn. Lamachus in splendente clypeo, tanquam in speculo, dicit se senem videre qui reus sit futurus desertæ militiæ, et intelligit illum, qui ibi aderat, pacis amantem Dicæopolin, 1158. Sic in Ran. 554. indefinitum τὶς ad certam et definitam personam refertur: κακὸν ἥκει τινί, nempe Baccho, qui ibi aderat, et 613. ἥκει τῳ κακόν, nempe Xanthiæ, quem quasi digito ostendebat. Vid. ib. 635. et 671. BERG. Hunc versum Menandro memoriæ errore tribuit grammaticus in Crameri Anecd. vol. 1. p. 255, 22.

384. κοὐ] οὐ V.

385. τῶν Ἡρακλειδῶν] *Heraclidæ* post Herculis excessum extorres errabant, civitatibus, quas adirent, eos hospitio prohibentibus, metu Eurysthei, qui exstirpare hanc familiam volens, ne quis exoriretur inde ultor eorum quæ Hercules perpessus fuerat, quaquaversum mittebat legatos, pellentibus Heraclidas amicitiam offerens, recipientibus bellum denuncians: illi Athenas etiam confugerant, et supplicum habitu atque ritu ad aram Jovis forensis ibi sederunt. *Heraclidæ Pamphili* dicuntur esse opus vel pictoris vel tragici poetæ [ut annotarunt scholiastæ]: si poeta hic intelligitur, fecit ille ejusdem nominis drama cum Euripide, cujus hodie extat tragœdia Heraclidæ; si autem pictor, videtur is in Pœcila, aut alibi hanc historiam pinxisse, ut Micon bellum Amazonicum, teste Aristoph. Lys. 682. Similiter in Ach. 990. respicit ad tabulam quandam

pictam, ubi inerat Amor sive Cupido depictus. Et hoc quoque loco videtur picturam intelligere. BERG. Recte Berglerus monet pictorem potius quam poetam esse intelligendum.

388. *ἀπαρτὶ*] Lexicon Bekkeri Anecd. p. 418. *Ἀπαρτί: παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς· Ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἀπαρτὶ εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον.* (2, 158. Adde 5, 53.) *παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς, τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. Φερεκράτης Κραπατάλλοις· A. τί δαί; τί σαυτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖς; φράσον μοι.* | B. *ἀπαρτὶ δήπου προσλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον.* Ita lege, vel *δῆτα—ἔμελλον.* Vide ibidem plura. Antiatt. ibid. p. 79, 30. *Ἀπάρτι; ἀντὶ τοῦ ἄρτι ἀπὸ νῦν. Πλάτων Σοφισταῖς.* DOBRÆUS. *ἀπάρτι* B. C. D. aliique, non R. *ἀπαρτὶ* agnoscit scholiasta.

392. *ποῖον*] *ὁποῖον* A. C. D. Ald. *ποῖον* R. V. aliique.

396. *τὸν θαλάττιον* (*θαλάσσιον* Ald. et codices recentiores)] Hic non satis apparet, cur Blepsidemus scire cupiat, utrum Chremylus per Neptunum *θαλάσσιον* juraverit, an vero per Neptunum alio nomine vocatum, in Nub. 83. autem perspicuum est, cur Strepsiades nolit Philonidem filium jurare per Neptunum *ἵππιον*; nam dicit: *οὗτος γὰρ ὁ θεὸς αἴτιός μοι τῶν κακῶν,* Nisi forte propterea id rogavit, quia, si constet eum per *θαλάσσιον* jurasse, concludi possit, Plutum sive Opes illas fuisse mari advectas. Neptunus autem *θαλάσσιος* in Lys. 403. dicitur *ἁλικός,* Thesm. 329. *πόντιος.* BERG. Nulla in his verbis difficultas. Tam incredibilis res Blepsidemo videtur ut ne juranti quidem fidem habeat *νὴ τὸν Ποσειδῶ*, sed quærat num re vera deum illum dicat marinum, per quem jurari solet. Mira scripturæ diversitas *τὸν Βοιώτιον* annotata in V, cum scholio *παίζει δὲ ταῦτα λέγων.*

397. *ἕτερον*] *λέγω* addunt R. V.

401. *νὼ*] *νῶιν* R. V.

402. *πρότερον* R. V, tres codices Brunckii aliique. Vulgo *τὸ πρότερον* vel *τοπρότερον. ὡς τὸ πρότερον* Bentleius.

404. *ἄρ'*] *γὰρ* V.

406. *εἰσαγαγεῖν*] *εἰσάγειν* V.

408. Deficit ars, ubi illi merces sua non est. BRUNCK.

411. *κατακλίνειν*] *κατακλινεῖν* R. et Ald.

εἰς Ἀσκληπιοῦ] Similiter Vesp. 122. *κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ.* BERG.

415. *θερμὸν ἔργον*] Ælian. Epist. 15. *τάχα που καὶ τὶ θερμὸν δράσεις καὶ νεανικὸν ἔργον*. Alciph. Ep. 1, 37. Similis locus est Eurip. Med. 1123. *ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη*. BERG. Æschylus Choeph. 1004. *τῷδέ τ' ἂν δολώματι πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θέρμ' ἄνοι* (legitur *θερμαίνοι*) *φρενί*.

417. Ἡράκλεις] *Hercules te invoco*. Ut *ἀλεξίκακον*, et monstrorum domitorem. Vide Plautum Mostell. 2, 2, 94. BRUNCK.

423. Ἐρινύς (sic R. V: Vulgo Ἐριννύς)] Hoc colligit ex lurido, tetro et terribili ejus adspectu. Furiarum chorus introducitur in Æschyli Eumenidibus. BERG.

425. *δᾷδας*] Furiæ *atram cruentis manibus amplexæ facem*, ut loquitur Seneca Med. 16. gerebant, *πυριδάπτῳ λαμπάδι τερπόμεναι* Æsch. Eum. 1044. Paupertas ergo non est Erinnys, quum non habeat tædam, nec timendam igitur putat esse, sed male multandam dicit. BERG.

427. Quattuor codd. *λεκυθόπωλιν*. In Lys. 562. Regiorum alter (C.) habet etiam *λέκυθον*. Duo alii recte *λέκιθον*. Vide Foësii Œcon. Hippocr. in hac voce. BRUNCK.

428. *ἐνέκραγες*] *ἀνέκραγες* R. et. Mut. unus. *ἀνεκέκραγες* Mutinenses duo. *ἀνακέκραγες* V.

οὐδὲν] *μηδὲν* V.

431. *τὸ βάραθρόν σοι* R. et Dorvill. Vulgo *σοι τὸ βάραθρον*.

τὸ βάραθρον] *Locus profundissimus*. Athenienses in fossam quandam, ipsis *βάραθρον* dictam, injiciebant, ut Lacedæmonii in puteum; illuc ab utrisque Darii legati fuerunt conjecti, quum venissent ad petendam aquam et terram. Herodotus 7, 133. [ubi v. Valcken.]. Ubi notandus est Eustathii error, qui scribit, hoc passos esse Xerxis legatos. Aristophanes barathri mentionem facit infra 1110. Nub. 1452. Ran. 576. Eqq. 1356. Apud Theoph. Simocattam Epist. 64. *ἴθι πρὸς βάραθρον* idem est quod *εἰς ὄλεθρον*. BERG. Vorago illa, puteo similis, in quam præcipitabantur morte damnati, dicta etiam est *ὄρυγμα*, v. Timæus gloss. Plat. p. 60. Harpocr. Carnifex inde appellatus est *ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι*, et *ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι*. v. Meurs. Lect. Att. 1, 25. Itaque verba Chremyli ostendunt, se agere cum muliere scelestissima, quæ digna sit, ut in barathrum amandetur. FISCHER.

γίγνεται] γενήσεται V.

432. σ' ἐχρῆν] σε χρῆν R. ἐχρῆν σ' Mut. unus: alii et Ald. om. σ'.

437. ξυνοικῶ] Alciphro Epist. 1, 8. Πενίᾳ συζῶντα. BERG.

438. τις] τις οὖν V. Mut. unus aliique nonnulli. Totum versum om. R.

φύγῃ Brunckius. Libri φύγοι.

439. ὦ δειλότατον σὺ θηρίον] Eadem verba Av. 87.

441. δύο] Libri partim δύω.

φεύγομεν] φεύγωμεν cod. Dorvill.

447. ἀπολιπόντε] ἀπολείποντε R.

φευξούμεθα] φευξοίμεθα V.

449. ποίοις ὅπλοισιν] ποίοισιν ὅπλοις Ald.

450. δ' addidi ex R. V.

451. τίθησιν] Paupertas facere dicitur id, quod pauperes facere cogit. FISCHER.

452. γὰρ ὁ θεὸς οὗτος οἶδ' ὅτι R. aliique nonnulli. γὰρ οὗτος οἶδ' ὁ θεὸς ὅτι vulgo. γὰρ ὁ θεὸς οἶδ' ὅτι V, omisso οὗτος.

453. τροπαῖον ἂν στήσαιτο] Aliquot libri τρόπαιον et ἀναστήσαιτο.

τρόπων] Alludit ad voc. τροπαῖον. Talia multa sunt ap. Nostrum et ap. Plaut. ut *Pœni pœnas sufferant* in Cistellaria 1, 3, 54. Sensus: Solus iste deus (Plutus) profligabit hujus mores, i. e. ipsammet ita moratam, et victor tropæum eriget. BERG.

454. καθάρματε] Aliquot codd. καθάρματα. Dualem citat schol. Hom. Il. α, 104. καθάρματοι R. καθαρμάτους in scholiastæ verbis habet V.

456. ἀπολουμένη] ἀπολογουμένη R.

464. νομίζετον] νομίζετε R.

465. ἀνθρώπους] ἀνθρώποις R. V.

468. τὸ] τὸν cod. Dorvill.

470. τε om. R.

ζῶντας ὑμᾶς] Notet hic lector σχῆμα ἀνανταπόδοτον, ut grammatici vocant. Deest hic enim ἀπόδοσις, quæ respondeat priori membro usque ad ζῶντ. ὑμᾶς, quippe post quæ verba lector exspectabat tale quid: *res salva est*, vel *res bene se habet*, vel *causa mea melior est*, vel simile quid. Solent autem hoc ellipseos genere uti post εἰ μὲν, vel ἐὰν μὲν cui in posteriore membro respondet ἐὰν δὲ, *sin autem*. Homer. Il. α, 135. Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι—εἰ δέ κε μὴ δώωσιν etc. Eustathius, Χωλεύει ἡ σύνταξις καὶ

μένουσα ἐκκρεμὴς οὐκ ἀπήρτισται. λείπει γὰρ τὸ ἐφησυχάσω, ἢ παύσομαι, ἢ τοιοῦτόν τι. Deinde inter alia exempla et hunc locum comici adducit: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα σχήματα ἐλλείψεως παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὡς παρὰ τῷ κωμικῷ· ἐὰν μὲν ἀποφήνω πάντων αἰτίαν ἐμέ· εἰ δὲ μὴ, ποιεῖτε ὅπερ ἂν δοκῇ ὑμῖν. καὶ Μένανδρος ὁ κωμικός· εἰ μὲν δή τινα πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ νενόηκ' ἐγώ. Πλάτων ὁ κωμικός· εἰ μέν σοι τὴν θάλασσαν ἀποδώσει ἑκών· εἰ δὲ μὴ, πάντα ταῦτα συντριαινῶν ἀπολέσω. καὶ Σοφοκλῆς· εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μὴ, λέγε.* Exemplis his addi potest Thesm. 543. *εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν· εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς* etc. Plato in Symp. p. 185 d. *ἐάν μεν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ· εἰ δὲ μὴ, ὕδατι ἀνακογχυλίασον.* Anonymus ap. Athen. 8. p. 360. *εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομεν.* Hippocrates quoque hac figura non raro usus est, ut pluribus exemplis demonstrat Casaubonus ad Athen. 5, 2. fin. KUST.

474. *ἁμαρτάνοντά σ'*] *ἁμαρτάνοντάς γ'* V.

476. Blepsidemo tribuunt R. V. et. Ald. Chremylo A.B.C.D. Vat. et Dorvill.

τύμπανα καὶ κύφωνες] Per *τύμπανα* intelliguntur non *equulei*, h. e. stipites ita constructi, quibus illigati rei, membris expansis, distenderentur, totoque corpore verberibus paterent, sed *fustes*, quibus cædebantur, ut alii rei, ita etiam ii, qui falsum dixissent testimonium. V. Polyb. 6, 35. qui hoc genus pœnæ vocat *ξυλοκοπίαν*, Lat. *fustuarium*. Illustrant hoc nomen et verbum *τυμπανίζεσθαι* præter interpp. N. T. ad Hebr. 11. 35, Jungermann. in not. ad Magii lib. de Equuleo p. 273–288. (Amst. 1699. 12), Hemst. ad Poll. p. 897, 84. Esse autem *τύμπανα* h. l. *fustes*, colligi potest ex eo, quod adjunguntur *κύφωνες*, quæ erant *vincula lignea*, quibus colla maleficorum ita illigabantur et constringebantur, ut erigere se non possent (unde nomen accepere; quæ pœna dicebatur *κυφωνισμός*·) et tum cædebantur *fustibus*. v. Hes. h. v. et interp. FISCHER.

478. Blepsidemo tribuunt R. V. et Ald. Chremylo B. D. Vat. et Dorvill.

480. *τίμημ' ἐπιγράψω*] Solebant in judiciis pœnam definire, quæ maneret eum, qui victus foret. Sic in ridiculo duorum canum judicio Vesp. 901. BERG. V. Sam. Petitum de Legibus Att. p. 336. [p. 424. ed. Wess.] qui locum hunc comici illustrat. KUST.

481. ἐὰν R. V. Mut. unus et Suidas in τίμημα. Legebatur ἐάν γ'. Vid. ad Vesp. 228.

482. αὔτ', ἐὰν] αὐτὸ ἐὰν Mutinenses tres et Cantabrig. duo. αὐτὸ ἂν V. αὐτό σ' ἐὰν R. Legebatur αὐτό γ' ἐάν. Vid. ad Vesp. 228.

ἡττᾶσθε, καὶ σφὼ] ἡττᾶσθαι σφῶι R.

483. Hunc versum Chremylo, 484. Blepsidemo recte tribuunt Vat. et duo codices Dobræi. 484. personæ notam ante ταύτῃ γε om. R, Βλ. ponit ante νῷν.

485. φθάνοιτον] φθάνοιτε R. V. et Mut. unus.

πράττοντ'· ἢ τί γὰρ] πράττοντ'· ἢ τί γ' ἂν vulgo. πράττοντες· εἴ τι γὰρ R. V.

487. χορὸς γερόντων R.

488. δ'] τ' R.

ἐνδώσετε] Eur. Hell. 515. ἢν δ' ἐνδιδῷ τι μαλθακόν, i. e. sin autem humanum et mitem se mihi præbuerit. Herodot. 3, 105. τὰς δὲ θηλέας ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. KUST.

493. βούλημα] Scribendum βούλευμα ex cod. Paris. 2827.

494. ἢν—νυνὶ] ἐὰν—νῦν. R.

499. οὐδεὶς ἂν cod. Dorvill. et ed. Juntina a. 1525. οὐδεὶς (sine ἂν) R. V. et Mut. unus. οὔτις (sine ἂν) libri reliqui. σοι post ἐγώ in libris lectum delevit Hemsterhusius dubitanter. Nunc mihi vera videtur lectio olim vulgata οὔτις· ἐγώ σοι τούτου—.

503. αὐτὰ] Id est τὰ χρήματα, quod ex πλουτοῦσι repetendum.

ξυλλεξάμενοι] συλλεξάμενοι R.

505. οὐκοῦν] Pauci codices οὔκουν. εἰ R. V. Vulgo ἢ.

παύσαι] παῦσαι R. παύσει V. aliique cum Ald.

ταύτην βλέψας R. ταῦτ' ἢν (ἂν V. aliique nonnulli) βλέψῃ vulgo.

506. ἥντιν'] Scribendum ἥν τις cum Hemsterhusio.

507. ῥᾷστ' ἀνθρώπων] ἀνθρώπων ῥᾷστ' V.

510. διανείμειέν τ' ἴσον αὑτὸν Porsonus. Vulgo διανείμειε (διανέμειεν R. διανέμειε Ald.), ἴσον ἑαυτόν.

Si omnes fiant divites, ea res non conducet societati humanæ. Euripides ex contrario dixit, si omnes sint pauperes, non posse consistere societatem humanam, in Æolo ap. Stob. Serm. 121. [fr. 6. Musgr.] Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά· Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς. Ἃ

μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος Δίδωσ'· ἃ δὲ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα, Τοῖσιν πένησι χρώμενοι θηρώμεθα. Cur *θηρώμεθα* scripserim pro vulg. *τιμώμεθα*, vid. nott. ad Thesm. 161. Apparet autem Euripidem *φιλοσοφικώτερον* formasse hoc *axioma: bona et mala non possunt seorsum esse.* Ita Chrysippus ap. Gell. N. A. 6. 1. Nihil est prorsus, inquit, imperitius, nihil insubidius illis, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent itidem mala. Hinc illud: *ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά.* Hæc istorum opinio est. BERG.

511. *οὔτε τέχνην — σοφίαν*] Notum est illud Theocr. Id. 21. *ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.* Theophylactus Simoc. argumentum epist. 10. ex h. l. sumsit, unde pauca excerpam: *λυσιτελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπειον γένος, Σωσίπατρε· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχναι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν καὶ πόλεις ᾠκίσθησαν.* mox: *πάσης εὐκοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ ἐπίγειον διαίτημα, εἰ μὴ χρυσὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλων ἐπιδεεῖς ἐτεκτήνατο· οὐ γὰρ ἂν πλωτὴρ ἐναυτίλλετο, οὐχ ὁδοίπορος ἐνεπορεύετο, οὐκ ἀροτῆρα βοῦν οἱ γεωργοῦντες ἐκέκτηντο.* Ex Polyido Euripidis [fr. 5. v. 3. Musgr.]: *πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.* Vide Lucian. in Timone, ubi comitem Paupertati dat Sapientiam. BERG.

513. *τροχοποιεῖν*] *ζυγοποιεῖν* ex Pluto citat Pollux 7. 115. memoriæ errore. E loco simili Pherecratis apud Athen. 6. p. 269. c. sumptum esse recte suspicatur Dobræus, cujus verba apposui ad Fragm. p. 560.

514. *σκυλοδεψεῖν* Bentleius. *σκυτοδεψεῖν* vulgo. *βυρσοδεψεῖν* V. aliique nonnulli.

515. Scholiasta de hoc versu, *ἤδη τοῦτο τὸ ἔπος τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζει.* De quo diximus supra p. 38.

ῥήξας] *πήξας* V.

516. *ὑμῖν*] *οὖσι* addit V.

517. *νῦν δὴ* R. Vulgo *νυνὶ*, quod revocandum.

521. *ἐκ Θετταλίας*] Tangit hunc comici locum Eustath. ad Iliad. p. 331. *Πενέσται* vero dicti, quod ex Athen. 6. p. 265. et aliunde constat, apud Thessalos *servi*, de quibus Vesp. 1261. *μόνος μόνοισι τοῖς Πενέσταις ξυνῆν τῶν Θετταλῶν.* Neque vero e Thessalia adeo ab his mercatoribus Thessalis divenditos Atheniensibus servos licet statuere, quam e Caria, Lydia, Phrygia, vicinisque Thracibus, unde Athenas olim vulgo ad-

ducti servi *ἀργυρώνητοι* s. *ἀνδράποδα*, quorum propolas *ἀνδραποδιστὰς* vocat comicus. SPANH. *ἀνδραποδισταὶ* hic dicuntur *plagiarii*, sive, qui homines liberos fraude in servitutem redactos exteris pro servis vendunt, quo nomine olim Thessali infames habebantur. V. Suid. in *ἀνδραποδίζω*. Cf. etiam Vales. ad Harpocr. v. *ἀνδραποδιστής*. KUST.

523. *δήπου* om. V.

524. *κινδυνεύων*] *κινδυνεύειν* R.

526. *ἐς κεφαλὴν σοί*] Vulgo *ἐς κεφαλήν σοι*.

527. *ἔσονται*] *πωλοῦντες* adscriptum in Mut. uno. Non hoc, sed *κλῖναι* intelligendum.

528. *οὔτ' ἐν δάπισιν* (vel *δάπισι*) R. V. cum schol. Vesp. 674. et Suida in *δάπιδας*. Libri deteriores *οὔτε τάπησιν* (ut Ald.) vel *οὔτ' ἐν τάπησιν*.

529. *οὔτε*] *οὔτ' ἐν* R. aliique pauci.

στακτοῖς] Archestratus ap. Athen. l. III. p. 101. *καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε*. Hesych. *Στακτὸν διϋλισμένον, percolatum*. Glossæ: *στακτή, gutta*. BERG.

530. *ἱμάτια* sunt *ποικίλα, vestes versicolores*, a *βάπτειν*, quod sæpe est i. q. *ποικίλλειν*. v. Salmas. ad Vopisci Carin. c. 20. p. 852. Vopisci Aurelian. c. 46. p. 560. Trebell. Poll. 30. tyrann. c. 30. p. 328. DUCKER.

531. *ἐστιν*] *ἔσται* Porsonus. Recte.

πάντων τούτων] *τούτων πάντων* V: quod præferendum.

ἀποροῦντα A. R. Vulgo *ἀποροῦντας*.

532. *ἐμοῦ*] *ἐμοὶ* V.

535. *φῴδων ἐκ βαλανείου*] Pauperes ad caminos balneorum accedere solebant, si frigerent. V. infra. v. 953. BERG.

536. *γραϊδίων*] *γρᾴδιον* trisyllabum dicere solent Attici. Quadrisyllaba forma uti licuit in anapæstis, iis præsertim casibus qui metro aliter aptari non possunt.

κολοσυρτόν] Debebat dixisse *κολοσυρτοῦ* et in proximo versu *ἀριθμοῦ*, sed ad vitandam multitudinem genitivorum dixit *κολοσυρτὸν* et *ἀριθμόν*, idque non absurde; nam genit. *φῴδων* ad *πλὴν* refertur, accusativi *κολ.* et *ἀρ.* ad *πορίσαι* hoc modo: *σὺ γὰρ ἂν τι δύναιο πλὴν κολοσυρτὸν πορίσαι παιδαρίων*; Ut hic *κολοσυρτὸν παιδαρίων*, ita Vesp. 664. *Ἀθηναίων κολοσυρτόν*, et 671. *σύρφακα*, et in Lysistr. 170. *Ἀσαναίων ῥυάχετον* dixit. BERG.

537. *οὐδὲ λέγω σοι*] Herodotus ab Hemst. citatus 7, 9, 2. *περὶ δὲ τῶν ἐσσωμένων οὐδὲ λέγω ἀρχὴν, ἐξώλεες γὰρ δὴ γίγνονται.*

539. *ἐπεγείρουσαι*] *ἐπαγείρουσαι* R. Imitatur versum Sophoclis ab scholiasta servatum, *ἐπεγειρομένων κερκίδος ὕμνοις, ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.*

542. *φορμὸν*] Phrynichus Bekkeri p. 70. *Φορμοκοιτεῖν: τὸ ἐπὶ φορμοῦ καθεύδειν· φορμὸς δέ ἐστι πλέγμα τι ἐκ φλέω. τάττεται ἐπὶ λυπρῶς καὶ κακῶς κοιμωμένων, οὐκ ἐχόντων κνάφαλλον.* Vide Lex. Rhet. ibid. p. 315, 7. DOBRÆUS.

544. *φυλλεῖ*] Libri *φύλλ'*. Correctum ex schol. Acharn. 468.

545. *θράνους*] Scribendum *θράνου* ex Polluce 10, 48.

546. *πιθάκνης*] Scribendum *φιδάκνης*. Vid. ad Eq. 792.

547. *αἴτιον* Bentleius. Libri *αἰτίαν.*

ἐρρωγυῖαν καὶ ταύτην] Rara trajectio, ut ad Diodorum Stobæi 70. p. 429, 53. *τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου,* notat Schæferus in Gnomicis Brunckii, p. 272. Plato Rep. 1. p. 341. C. *νῦν γοῦν, ἔφη, ἐπεχείρησας, οὐδὲν ὢν καὶ ταῦτα.* Julian. Cæs. p. 312. B. *ἔχων καὶ ταῦτα σπουδαῖον κηδεστήν.* Schol. Rav. ad Ran. 87. *οὐ φροντίζετέ μου, Πυθαγγέλου καὶ ταῦτα μνημονεύοντες.* In Acharn. 167. *ἐν τῇ πατρίδι καὶ ταῦθ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων* sine distinctione malim. Contra in Ran. 716. post *πόλιν* recte distinxisse videtur Brunckius. Sed insolentius etiam Plut. 259. *πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι.* DOBRÆUS. Strabo 6. p. 285. *ἐν τοιαύτῃ καὶ ταῦθ' ὑποθέσει.* 11. p. 502. *ἀνέαστον καὶ ταῦτα.* Aristidis exempla indicavi vol. 2. p. 332.

548. Scholiastes *ὑπεκρούσω* exponit *ἐφθέγξω, ἀνεκρούσω,* dicitque metaphoram esse sumtam a cithara vel aliis instrumentis musicis, quæ *κρούεσθαι* dicuntur, sed frigide. Verius enim est, *τὸ ὑποκρούεσθαι* hic significare *verbis incessere, reprehendere, vituperare,* quo sensu occurrit Acharn. 38. KUST. Pollux 9, 139. *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι* (fortasse librarii error pro *ὑποκρούσασθαι*) *ἐπὶ τῷ νουθετῆσαι κέχρηται.*

550. Vos, inquit, *paupertatem* esse sororem *mendicitatis* dicitis, qui res multum dissimiles putatis inter se esse similes; nam sic et Dionysium tyrannum Siciliæ putabitis esse similem Thrasybulo, qui victis triginta tyrannis Atheniensibus libertatem restituit. BERG.

εἶναι] *φάτ' εἶναι* R. V. aliique.

556. ταφῆναι, *ut funus ei curari possit.* Senum chorus in Acharn. 691. dicit, se illa etiam pecunia multari, qua sibi loculum debuisset emere; quod est extremæ paupertatis signum. BERG.

564. δ' ἐστὶν ὑβρίζειν] δ' ἐνυβρίζειν R, addito ἐστιν a. m. rec. ante δ'.

565. Sequebatur notatus jam ab Bentleio versus spurius Blepsidemo tributus, cujus veram scripturam servavit liber Ravennas, νὴ τὸν Δί', εἰ (εἴγε vulgo) δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστι;

567. Demagogos quorum consiliis gerebatur resp., sæpe notat. Huic autem simillimus locus est in orat. Demosth. c. Timocr. [p. 739.] οὕτω δὲ καὶ οὗτοι οἱ ῥήτορες, οὐκ ἀγαπῶσιν ἐκ πενήτων πλούσιοι ἀπὸ τῆς πόλεως γιγνόμενοι ἀλλὰ καὶ προπηλακίζουσι τὸ πλῆθος. BERG.

τοίνυν] γ' addunt Ald. et codd. pauci recentes.

572. ἧττον] ἥττονα R.

γ' om. V.

κομήσης] Libri aliquot κομπάσης ex interpretatione.

572. ὁτιὴ] ὅτι vel ὅτι γε codices deteriores.

ἀναπείσειν] Scribendum ἀναπείθειν cum Porsono. Conf. ad Soph. Philoct. 1394.

ἀμείνων] ἄμεινον R. V.

576. πτερυγίζεις] Grammatici exponunt per οὐδὲν ἀνύεις *nihil proficis*, ut sit metaphora a pullis avium, qui volare conantur, sed per ætatem adhuc vano nisu. BERG.

576. ἐστι] ἐστι καὶ R. V.

578. οὕτω διαγιγνώσκειν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ δίκαιον] Jure Dobræum offendit δίκαιον sine articulo positum. Fortasse scribendum οὕτω διαγιγνώσκειν ἐστὶν χαλεπὸν τὸ δίκαιον.

580. ταύτην] Blepsidemo hæc recte tribuit Bentleius. Vulgo Chremylo continuantur.

ἀποπέμπει] ἀποκομίζει V.

581. λήμαις R. V. quattuor codices Brunckii et scholiasta. γνώμαις Ald. (et γρ. V.) et Suidas in κρονικαί et λήμη. Vide Hesych. in κρονικαὶ λῆμαι et Diogenian. 5, 63. Append. Vat. 2, 36.

ὄντως om. V.

λημῶντες] λημῶντε R.

582. τοῦτ' ἤδη A. V. et Dorvill. τοῦτό γε δὴ Ald. τοῦτο δὴ B. D. τοῦτο δήπου R. et Mut. duo.

σε om. R.

583. πῶς ἂν codices plerique. ἂν om. Ald.

τὸν ὀλυμπιακὸν ('Ολυμπικὸν Kusterus) αὐτὸς A. αὐτὸς τὸν ὀλυμπιακὸν (ὀλυμπικὸν R. V.) vulgo.

584. τοὺς Ἕλληνας ξυναγείρει] Quod Jovi hic tribuitur, de Hercule a Lysia dicitur [orat. Olymp. p. 911. Reisk.] τόνδε τὸν ἀγῶνα πρῶτος συνήγειρε δι' εὔνοιαν τῆς Ἑλλάδος. Unde non mirum, quod *omnes Græcos* ad agonem illum *a Jove congregatos* dicit comicus, quem ab universis Græcis, ac summo quidem studio et concursu celebratum constat: unde τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν vocat Plato in Hippia p. 363. Hinc πανδόκον ἄλσος *omnes recipiens* (Græcos nempe) *lucus* dictus in Olympia, ubi agon erat institutus, Pind. Ol. 3, 30. Ἕλληνας autem dicit, exclusis ab eo agone barbaris, ut liquet ex Herodoto 5, 22. SPANH.

δι' ἔτους πέμπτου] Nam finito quarto quoque anno ludi illi celebrabantur.

585. ἀσκητῶν R. ἀθλητῶν vulgo. Lex. Rhet. Bekkeri p. 217. Ἀσκεῖν: οἱ ῥήτορες χρῶνται μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλο τι ἔργον σκοπούντων, τιθέασι δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ λόγων ἄσκησιν ποιουμένῳ. ὅταν δ' αὐτὸ καθ' αὐτὸ τάξωσι τὸ ἀσκεῖν, εἰδέναι χρὴ τότε, ὅτι τῇ λέξει ἐχρήσαντο ἐπὶ τῶν ἀγωνιζομένων τοὺς στεφανίτας, τούτεστιν ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν:—Vide Phrynich. ibid. p. 17. Suidas, Ἄσκησις: ἐγκράτεια. ἄσκησιν· ἀγωνίαν. καὶ ὡς ἡμεῖς τὸ δεδιέναι καὶ προσδοκᾶν τὸ μέλλον λέγουσιν οἱ παλαιοὶ καὶ Πλάτων. καὶ ἀσκητὰς καὶ ἀθλητὰς λέγουσιν:—Ita Med. Ald. Tacite Kust. τοὺς ἀθ. Sed potius legendum et distinguendum, Ἄσκησις: ἐγράτεια:—Ἄσκησιν: ἀγωνίαν. ἀγωνιᾷν δὲ ὡς ἡμεῖς—λέγουσιν. οἱ παλαιοὶ καὶ Πλάτων καὶ ἀσκητὰς καὶ ἀθλητὰς λέγουσιν:—Forsan respicit ad locum de Rep. 3. pp. 403. E. 404. A. C. apud H. Steph. Thes. vol. 1. p. 588 a. DOBRÆUS.

586. 592. κοτινῷ Porsonus. κοτίνῳ codices. κοτίνου Ald.

κοτίνου] Athletarum coronam vocari κότινον testantur Hes. et Etym. Sic Philostratus epist. 28. αὐλητῇ μὲν οὖν κότινος πρέπει· βασιλεῖ δὲ μεγάλῳ, πορθητῇ, τιάρα.—Non ergo per contemtum dixisse videtur κοτίνου pro ἐλαίας τῆς καλλιστεφάνου, ut schol. putat; nam oleagineæ coronæ, qualescunque

sint, nugæ sunt ad aureas. Sic etiam Chion in epist. ultima, quæ est ad Platonem, non contemnens neque ridens vilitatem *κοτίνου*, refert ut in somnis visus sibi sit coronari *κοτίνῳ*. Verba hæc sunt: *ἔδοξε γάρ μοι γυνή, θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους, ἀναδεῖν με κοτίνῳ καὶ ταινίαις*. BERG. Pausan. 6, 13, 2. de Hermogene Olympionica: *τὸν κότινον ἐν τρισὶν Ὀλυμπιάσιν ὀκτάκις ἀνείλετο*. Clem. Alex. Strom. 6. p. 672. *διὸ κἂν ἀγριέλαιος ὁ κότινος τυγχάνῃ, ἀλλὰ τοὺς Ὀλυμπιονίκας στέφει*. Theophrastus Hist. Plant. 4, 14. p. 95. inter longævas arbores refert *ἐλαίαν* Athenis, palmam in Delo, *κότινον δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ στέφανος*. SPANH.

587. *τούτῳ*] *τοῦτο* R. V.

588. *ἐᾷ*] *ἐᾶν* hoc sensu usurpat schol. Av. 1283. PORSON.
ἑαυτῷ] *ἑαυτοῦ* V.

591. *οὑτωσὶ*] *οὑτοσὶ* R. V.

592. *ἀλλὰ σέ γ' ὁ* editio Juntina a. 1525. et Brunckii editio. *ἀλλά γέ σ' ὁ* Ald. et Mut. unus. *ἀλλά σ' ὁ* R. V. aliique.
κοτινῷ] Vid. ad v. 586.

593. *ἔστ' ἀγάθ'*] *ἔστι τἀγάθ'* V. aliique.

594. *Ἑκάτης*] Hecatæ s. Lunæ cœna est, quam solebant singulis mensibus tempore novilunii in triviis ei dedicatam collocare: huic famelica hominum quorumdam natio insidiabatur, nec honestum erat eam rapere. Simile quid videtur fuisse *Mensa Solis* apud Æthiopas Macrobios quam ita describit Herodotus 3, 18. *λειμών ἐστι ἐν τῷ προαστείῳ, ἐπίπλεον κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλει ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν· τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον· φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους, ταῦτα τὴν γῆν αὐτὴν ἀναδιδόναι ἑκάστοτε*. De Hecatæ cœna vid. quæ notavit Hemsterh. ad dialogos Luciani p. 41. BERG.

595. *φησὶ — αὕτη*] Libri aliquot *φασὶ — αὐτῇ*.

596. *μῆν' ἀποπέμπειν* A. C. V. et Suidas in *Ἑκάτην*. *μῆνα προσάγειν* vulgo (et R): quæ scriptura annotata est in V. Pauci codices *μῆνα προσπέμπειν* (vel *προπέμπειν*).

597. *πρὶν καταθεῖναι*] Subauditur *τινά*, *priusquam aliquis eam adponat*. BRUNCK. Similis hyperbole Ran. 166. *τὰ στρώματ' αὖθις λάμβανε. Ξα. πρὶν καὶ καταθέσθαι;*

598. *γρύξῃς* Brunckius et fortasse V. *γρύξῃς* R, ut vulgo.

(Sic ἀναγρύξῃ in ἀναγρύζῃ corruptum Nub. 945.) γρύζειν Dorvill. et Cantabrig. 1. 2. quod probavit Dobræus.

600. οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ' ἢν πείσῃς] Vid. ad Nub. 109.

601. ὦ πόλις Ἄργους ex Telepho Euripidis, κλύεθ' οἷα λέγει ex Medea v. 169. Iisdem verbis utitur Eq. 813.

602. Παύσωνα κάλει, invoca Pausonis opem pauperis, qui tecum solet una cibum capere. Sic Vesp. 1268. quum vellet Amyniam ridere, tanquam famelicum, dixit se eum vidisse δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου, homine itidem paupere. Pausonem autem pauperem fuisse patet ex Thesm. 949. ubi dicit eum, sacra Cereris et Proserpinæ celebrantem jejunare, ut solebant mulieres in illo festo. Etiam in Acharn. 854. conjungit eum cum Lysistrato, quem dicit frigere et esurire plus quam 30. diebus quovis mense. BERG.

606. κύφων] κυφῶν' R.

607. χρή A. D. R. V. χρῆν Ald. et pars codicum.

ἀνύειν R. aliique nonnulli. ἀνύτειν vulgo. ἁνύτειν Dobræus cum spiritu aspero, quem præcipit Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 14. ἀνύειν: δασύνουσιν οἱ Ἀττικοί. καὶ δῆλον ἐκ τῆς συναλοιφῆς. καθήνυσαν γάρ. κατήνυσαν Soph. El. 1451. cui καθήνυσαν restituit Dobræus.

698. ἐνταυθὶ] Scribebatur ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

612. μακρὰ] μακρὰν Cantabr. 1. 2.

613. ἔγωγ' οὖν] ἐγὼ γοῦν R. V.

614. παίδων] παιδίων R. V.

617. χειροτεχνῶν] Libri aliquot χειροτέχνων.

619.—626. Chremylo tribuit Vat.

621. ἐγκατακλινοῦντ' R. et Dorvill. Vulgo ἐγκατακλινοῦντες.

624. παῖ] ὦ παῖ Ald. et codd. aliquot recentes.

σ' additum ex C. E.

626. ηὐτρεπισμένα] εὐτρεπισμένα V. εὐπρεπισμένα R. Post hunc versum Ald. recte addit χοροῦ. Longior enim pausa est statuenda.

627. Antehac quoties Thesei festo convivaremini, propter egestatem parcis cibis utebamini; nunc autem vobis non deerunt cibi, quia jam Plutus videt, qui ditabit omnes bonos, quos antehac non poterat invenire. BERG. Θησείοισι pauci codd. In A. D. [R. V.] recte scriptum μεμυστιλημένοι: alii, ut vulgo,

μεμυστιλημένοι: antiquo errore, cujus origo in prava curiositate etymologias sectantium, ut colligi potest ex iis, quæ ap. Eustath. leguntur p. 368, 48. Hesych. μυστιλᾶσθαι. τὸ ἐκροφῆσαι τὸν ζωμὸν τοῖς ψωμίοις. μυστίλη, ὁ κοῖλος ψωμὸς, ψιχίον, δρὰξ χειρός. Cf. Suid. in μυστιλᾶται et μυστίλην. In Eq. 1168. vulgo etiam bene legitur: ἐγὼ δὲ μυστίλας μεμυστιλημένας. At perperam in ejusd. fab. 827. vulgatam scripturam retinui μυστιλλᾶται. Nulla ratio est, cur λ geminetur; præcedens enim vocalis per se et natura longa est. BRUNCK. Add. Eustath. p. 1476, 63.

628. ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις] Synesius epist. 146. ἀριστῶμεν δὲ ἐπ' ἀλφίτοις, ἡδίστοις μὲν ἐμφαγεῖν, ἡδίστοις δὲ ἐμπιεῖν. ἐπ' ὀλιγίστοις autem est *in* aut *cum paucissimis*. Acharn. 835. παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, ubi Schol. ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν. Sic Eurip. Iph. Aul. 541. ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς, *ut cum paucissimis lacrymis sim miser*. BERG.

631. φίλων] τρόπων Dorvill. et Mut. tres.

635. ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται (λελάμπρυται R. V: λελάμπρυνται Suidas in ἐξωμμάτωται) κόρας] E Sophoclis Phineo sumtum esse hunc versum observat Scholiastes. Posterius in eo verbum additum ad prioris declarationem, quod contraria duo significat, *oculos elido, et illustro, clariorem reddo*. Similiter Euripides in Œdipo quum eodem verbo in priore significatione uteretur, vitando ambiguo aliud ei subjecit: ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ | ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας. | Altero sensu, sed metaphorice utitur hoc verbo Æschyl. Prom. 498. καὶ φλογωπὰ σήματα | ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα. et Suppl. 476. ξυνῆκας. ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. BERG.

636. His quoque verbis sermonem tragicum imitatur.

639. ἀναβοάσομαι] Dorice ut Nub. 1155. βοάσομ' ἄρα—βοάν. Schol. ad hunc Pluti locum dicit esse characterem tragicum, et affert simile exemplum ex Eurip. Or. 976. ἀναβοάσομαι πατρὶ Ταντάλῳ, qui locus ibi hodie legitur alio modo: ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ. BERG.

641. ἆρ'] ἆρά γ' R. V.

ἀγγέλλεται R. Libri reliqui omnes ἀγγελεῖ.

650. ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν] *Totam rem ab imo ad summum*. Plautus in Epidico 5, 1, 16. Contempla, Epidice. Usque

ab unguiculo ad capillum summum festivissima est. Alias inverso modo *a capite ad calcem* dicimus. Horatius Ep. 2, 2, 4: Candidus et talos a vertice pulcher ad imos. Notum est illud Plauti Asin. 3, 3, 139. Nec caput nec pes sermonum apparet. Cæterum *εἰς τὴν κεφαλήν σοι* est etiam mali ominis. BERG.

653. *ἀφικόμεθα*] *ἀφικόμεσθα* R.

656. *ἐπὶ θάλατταν*] Duxerunt igitur Plutum extra urbem ad mare Ægæum: nam schol. ad 621. auctor est, Æsculapium ab Athenn. cultum esse et in urbe et in Piraeo, sed Aristophanem loqui de eo, qui cultus sit in urbe. v. Meurs. Ath. Att. 2, 7. Scilicet unda marina credebatur habere vim purgandi et expiandi, unde eos qui viderentur impuri esse et scelere aliquo contaminati abluebant illa, vel adspergebant, adhibito aspergillo. v. Iliad. 1, 314. ibique Eustath. et schol. omninoque Cicer. pro Rosc. Amer. c. 26. FISCHER.

657. *ἐλοῦμεν*] Schol. Ms. *Ἀττικὸν τὸ ἐλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἐλούομεν, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐλοῦμεν.* Mœris: *λοῦται, Ἀττικῶς. λούεται, Ἑλληνικῶς.* Ad quam notam vide Piersonum. BRUNCK.

658. *λούμενος*] *λουόμενος* aliquot codices.

660. Describitur hic sacrificium pauperiorum, quod placentis, farre molito, thure et similibus libaminibus vilioribus constare solebat. Tunc enim Chremylus pauper adhuc erat, dives demum factus post visum Pluto restitutum. Quare non est quod cum interpretibus locum hunc de præludiis sacrificii accipiamus propter vocem *προθύματα*, quæ proprie quidem significat ea, quæ ipsum sacrificium sive mactationem victimæ præcedunt, sed illa significatio ducta est a sacrificiis sumtuosioribus, qualia erant divitum. In illis enim quum *πόπανα, πέλανος, ψαιστὸς* et similia mactationem hostiæ præcederent, recte et proprie tunc dicebantur *προθύματα*: sed postea appellatio ista iisdem libaminibus adhæsit, quum a pauperioribus offerebantur, nulla victimæ mactatione intercedente. Quamvis autem *τὸ πρόθυμα* sit vox generis, hic tamen specialiter significare videtur idem quod alias Græci vocabant *ψαιστόν*, *farinam molitam*, quæ diis offerebatur; tum, quia inter ejusmodi *προθύματα* s. libamenta, *ψαιστοῦ* vel præcipue apud scriptores mentio fieri solet, tum etiam, quia schol. hic notat, pro *προθύματα* olim h. l. quosdam legisse *θυλήματα*. Atqui *θύλημα* grammaticis aliquando idem est quod *ψαιστός*. Nam Hes. et Suid. *ψαιστὰ* aiunt

esse ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, quomodo voc. θυλήματα interpretatur schol. ad Pac. 1040. et, quod maxime huc facit, Porphyr. de abstin. 2, 6. ψαιστοὺς vocat ψαισθέντα θυλήματα. Vid. ad 138. ubi de voc. ψαιστὸς plura notavimus. KUST.

661. πέλανος per appositionem et ἀσυνδέτως additum. Vox est sacrorum propria, quam declarant præcedentia nomina πόπανα et προθύματα. Vide Toupium ad Suidam I. 36. Non observarunt scholiastæ quanam ex tragœdia hi versus desumti essent. BRUNCK. Verba fortasse non ex tragœdia aliqua sumpta, sed ad imitationem sermonis tragici, ut alia in hac fabula non pauca, composita. πελανὸς R.

662. κατεκλίναμεν R. V. Vulgo κατεκλίνομεν.

665. Νεοκλείδης] Memoratur in Eccles. 254.

666. ὑπερηκόντικεν V. ὑπερηκόντισεν R. Vulgo ὑπερηκόντισεν.

668. ἀποσβέσας] ἀποσβέσαι R.

670. πρόπολος] πρόσπολος quattuor codices Brunckii. πρόπολος, habent R. V. legitque Eustath. p. 1400, 57. 1560, 16.

ἦν codices plerique. εἶ Ald.

672. ἐδυνάμην] ἠδυνάμην V. aliique pauci.

673. 683. 694. ἀθάρης] ἀθάρας A. D. R. V. aliique nonnulli: quæ est vulgaris dialecti forma, de qua vid. schol. ἀθάρης recte scriptum in Bekkeri Anecd. p. 352, 1. et apud Suidam in ἀθάρας.

674. του] τοῦ edd. ante Brunckium.

675. δαιμονίως] Mirifice, vehementer. Pac. 585. δαιμόνια βουλόμενος εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι.

677. Mœris: φθοῖς, Ἀττικῶς, μονοσυλλάβως. ἔστι δὲ πέμμα πλατὺ ἔχον ὀμφαλόν. πόπανον, Ἕλληνες. Ad quam notam vide Piersonum. BRUNCK.

681. ἥγιζεν] Glossa in D. ἐτίθει, ὡς ἅγια ἐνέβαλεν. Simplex ἁγίζειν, ut et compositum καθαγίζειν, verba sunt ad sacra pertinentia, significantque *aliquid diis offerre, consecrare*. Menander apud Bentleium p. 40. ἐγὼ μὲν οὖν ὤν γε θεὸς οὐκ εἴασα τὴν | ὀσφῦν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε, | εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἐγχέλυν. Vide Lys. 238. Av. 566. BRUNCK.

ἐς] εἰς libri.

σάκταν] σάκκον diversa lectio scholiastæ. σάκταν Eustathius p. 1446, 7. 1818, 4.

688. ᾐσθάνετο Porsonus. ᾔσθετο δὴ vulgo. δὴ om. C. D. E. R. V.

689. τὴν χεῖρ' ὑφήρει] ἐκτείνει τὴν χεῖρα κατὰ τῆς χύτρας, ἵνα μηδεὶς αὐτὴν λάβοι, explicat scholiasta, addito exemplo Menandri ἐξάραντες (i. e. manus tollentes) ἐπικροτήσαντες. Ex quo Hemsterhusius collegit scholiastam ὑπῆρε legisse, verbum alibi non inventum. Quamobrem probabilior videtur altera conjectura Hemsterhusii ἐπῆρε.

690. παρείας] Serpens, qui vocatur *pareas* Lucan. 9, 721. nomen habet inde, quod ei sunt *malæ, genæ, magnæ et tumentes:* morsu dicitur neminem lædere: unde sacer est Æsculapio et ejus minister. V. inprimis Ælianus de nat. an. 8, 12. Ex quo intelligitur, quomodo Carion, si sibila misisset, manumque aniculæ mordicus arripuisset, sperare potuerit, eam existimaturam esse, se morsam esse a serpente bucculento, quia scilicet tales serpentes in templo Æsculapii erant. FISCHER.

692. ἐντυλίξασ'] συντυλίξασ' V.

693. γαλῆς] Conf. Acharn. 255.

694. ἔφλων] Glossæ: φλάω *contundo*, quo significatu occurrit infra 718. Hoc autem loco significat *edendo comminuere, consumere.* Ita occurrit et Pac. 1307. BERG.

695. ἀνεπαυόμην] ἀνεπαλλόμην R. et cum γρ. ἀνεπαυόμην V.

696. προσῄειν] προσῄει γ' R.

697. γέλοιον] Vulgo γελοῖον. Alibi libri optimi proparoxytonum scribunt. Ego Apollonii Dyscoli (de pronom. p. 323.) auctoritatem sequor. De quo dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 555.

δῆτα om. V.

701. τις] γέ τις R. γε V.

702. ὑπηρυθρίασε] ὑπερυθρίασε R.

704. αὐτὸς] Æsculapius.

705. ἄγροικον] ἀγροῖκον R.

706. σκατοφάγον] De hac voce vid. Porson. Adversar. p. 65. DOBRÆUS.

707. μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς D. E. Dorvill. et Cantabrig. 4. μετὰ ταῦτά γ' (ταῦτ' A. R. alii quidam ταῦτα δ') εὐθὺς ἐγὼ μὲν Ald.

ἐνεκαλυψάμην D. R. V. Vulgo συνεκαλυψάμην.

708. δ' ἐν κύκλῳ] δὲ κύκλῳ R. V.

709. περιῄει codices plerique. περιῄειν Ald.

710. αὐτῷ λίθινον] αὐτολίθινον R.

θυείδιον] *θυΐδιον* R. et Dorv. et codices Pollucis 10, 103. ubi vid. Hemsterh.

712. Hunc versum om. R.

713. *ἑώρας*] Aliquot codd. *ἑώρακας*.

715. *εἶχεν οὐκ ὀλίγας*] *οὐκ ὀλίγας εἶχε* R.

717. *καταπλαστὸν*] *κατάπλαστον* R: quam scripturam memorat scholiasta. Oxytonum habet Pollux 4, 181.

ἐνεχείρησε] *ἐνεχείρισε* R.

718. *σκορόδων—Τηνίων*] *σκόροδα* sane non sunt *ἤπια φάρμακα*, nec mitius collyrium est, quod eidem Neoclidi præscribitur Eccles. 405. *σκορόδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ* etc. *Tenos* est insula inter Cycladas. BERG.

719. *θυείᾳ*] *θυίαι* R. *θύα* V.

720. *ὄξει—Σφηττίῳ*] Citant Athenæus 2. p. 67 d. Eustath. p. 1312, 8. et respicit Hesychius in v. *ὄξος*. DOBRÆUS.

721. *κατέπλασεν*] *κατέπλασσεν* Ald. et codd. quidam.

ἐκστρέψας] *ἐκτρέψας* R. V.

723. *ἀνᾴξας*] *ἀναΐξας* R. *ἀναίξας* Ald.

725. *ἐπομνύμενον*] Probabile est comicum scripsisse *ὑπομνύμενον*. Vide Harpocrationem in *ὑπωμοσία*, et Petitum Leg. Att. p. 182. et 407. Sensus est: *Ut mea opera desinas quævis promulgata plebiscita interposito jurejurando in concione abrogare*. BRUNCK. Scribendum *ὑπομνύμενον*, idque unus ex scholiastis videtur legisse, qui Hyperidis afferat verba *ὑπομοσθείσης τῆς δίκης*.

τῆς ἐκκλησίας] *τὰς ἐκκλησίας* D. et Dorvill. et scholiasta qui interpretatur *ταῖς ἐκκλησίαις*, quod ipsum fortasse restituendum est poetæ.

727. *τοῦτο*] *ταῦτα* V.

Πλούτωνι] Scholiasta, *τὸν Πλοῦτον Πλούτωνα εἶπε παίζων*.

728. *δὴ* om. R.

729. *ἡμιτύβιον*] *ἡμιτύμβιον* R. V. aliique, quod perpetuum in hoc vocabulo codicum vitium est. *ἡμιτύβιον* Pollux 7, 71. et Photius p. 70, 5.

731. *κατεπέτασ'*] *κατέπασσ'* R. *κατέπλασ'* V.

733. *οὖν* om. R.

736. *ὥς γ' ἐμοὐδόκει*] *ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ* C. D. Dorvill. *ὥστ' ἐμοὶ δοκεῖ* A. D. *ὥς γέ μοι δοκεῖ* R.V. *ὥς γέ μοι δοκεῖν*. Ald. *ὥς γ' ἐμοὶ 'δόκει* Mut. unus, crasi non recte expressa.

737. Hic etiam, ut 645. tangit bibacitatem mulierculæ. BERG.

741. ἐς] εἰς libri.

746. ἐποίησε τὸν Πλοῦτον] τὸν πλοῦτον ἐποίησεν C.

748. ἔχεις] ἔχει V.

755. Hunc versum om. R.

758. ἐκτυπεῖτο δὲ | ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν] Verba gravitate tragica composita. De passivo κτυπεῖσθαι dictum ad Thesm. 995.

760. ἅπαξ ἅπαντες divisim more suo R.

762. ὑμῖν R. V. aliique. ἡμῖν Ald.

764. κἀγὼ δ' R. Vulgo κἄγωγ'.

765. Quod hic dixit ἀναδῆσαι εὐαγγέλια, id Eq. 644. vocat εὐαγγέλια στεφανοῦν, i. e. ob nuntium lætum aliquem coronare. KUST.

σε R. σ' ἐν vulgo.

κριβανωτῶν] κριβανωτῷ C. E. aliique pauci. Formam κριβανωτός ex Alcmane apud Athen. 3. p. 114 f. indicat Dobræus. Nam fuerant qui κριβανιτῶν corrigerent.

767. ἄνδρες] ἄνδρες libri.

768. καταχύσματα, *missilia*, erant *ficus*, *nuces*, et alia bellaria, quibus spargebatur servus in familiam recens introductus et illa rapiebant conservi. Illorum missilium mentionem facit Demosth. [p. 1123. Reisk.] ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐκ ὤκνησε τὴν δέσποιναν γῆμαι, καὶ ᾗ τὰ καταχύσματα αὐτοῦ κατέχεε τόθ' ἡνίκα ἐωνήθη, ταύτῃ συνοικεῖν. Solebant et aliis occasionibus sparsiones missilium fieri, ut in nuptiarum solemnitatibus. V. 789. BERG.

769. Præter exspectationem pro δούλοις posuit ὀφθαλμοῖς. Intelligit autem Pluti oculos, quos νεωνήτους vocat ex contrario; non enim dant pecuniam pro oculis Pluti, verum Pluti oculi restituti pecuniam et opes ipsis dant. BERG. νεωνήτοις R.

770. ἀπαντῆσαι] ὑπαντῆσαι Mut. duo.

771. Adorat sive salutat *Solem*, cujus lucem longo post tempore jam videt, ut solemus amicos salutare, deinde *terram* Atticam, quæ eum quasi hospitio excipiat. In Eq. 156. τὴν γῆν πρόσκυσον. BERG.

772. κλεινὸν πέδον] κλεινὴν πόλιν memoriæ, ut videtur, errore Steph. Byz. in Ἀθῆναι, ἀκρόπολιν intelligens, de qua hic non cogitandum.

777. ὦ R. V. ὁ vulgo.

779. ἐγὼ] ἐρῶ R, ut videtur: unde explicandum τε, quod pro τὸ v. 780. scriptum est in eodem libro.

781. πονηροῖς ἐνεδίδουν (ἐπεδίδουν V.)] πονηροῖσιν ἐδίδουν codex Paris. 2787.

784. φλῶσι τἀντικνήμια] Adulatores, ut suis regibus gratum facerent, solebant illis genua etiam fricare. Hinc ap. Plaut. Asin. 3, 3, 80. cum servus blanditiis et adulationibus vellet a se impetrari argentum, quod hero promiserat, inter alia dicit: *Atqui pol hodie non feres, ni genua fricentur.* Cui herus: *Quidvis egestas imperat; fricentur;* qui mox delusus dicit: *Furcifer etiam me delusisti?* cui servus: *Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.* Hoc officium erat quandoque necessarium, si vel *flemina invasissent in genua lassitudine,* ut loquitur Plautus Epid. 5, 2, 5. vel ardore ignis φῷδες atque papulæ essent exortæ, senibus maxime, qui tempore hiberno numquam satis accedere ad ignem et ibi morari sessitando possunt, si tibiæ ipsis vel semitostæ sint. In Eq. etiam Arist. v. 906, adulator populi personæ dat medicamentum ad inungenda τὰ 'ν τοῖσιν ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια. Chremylum etiam nostrum fricationis officio demereri studuerunt amici quidam, sed is eorum nimio studio offensus dicit: νύττουσι καὶ φλῶσι τἀντικν. *pungunt et frangunt tibias.* At illi tantum *fricuerant,* περιέψησαν, sed ita est ingenium fastidiosorum hominum: obtundi se statim putant. Locum hunc egregie imitatus est Plautus Capt. 2, 2, 2. *Ubi quisque vident, eunt obviam gratulanturque eam rem: ita me miserum restitando retinendoque lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam.* Putares hominem ex mediis fluctibus maris cupide emersisse et ereptum esse. BERG.

785. ἐνδεικνύμενος R. V. et Cantabrig. tres. Legebatur ἐνδεικνύμενοι.

788. χαίρετον C. Vulgo χαίρετε, quod revocandum.

790. καταχέω] Subjunctivus aoristi.

791. ἐς] εἰς libri.

793. ἐσφέρειν] εἰσφέρειν libri.

794. δῆτα A. C. D. R. δὴ V. ταῦτα Ald.

796. Citat Suidas in φόρτος, qui interpretatur χλεύην, at scholiastes rectius φορτικὸν γέλωτα. Φορτικὸν autem ap. Atticos

significat *ineptum*, *frigidum*, *affectatum*, et omne id, quod spectatoribus vel lectoribus tædium creat. Sensus igitur hujus loci est: nam et minus inepti videbimur, si non ex re tam frivola captemus risum vel applausum plebis, cordatioribus et modestioribus molestum, quod alii comici facere solent. Notandum enim est, hæc ad personam ipsius Arist. referenda esse, ut schol. etiam monet. KUST. Glossæ, *ψόγον*, *χλεύην*, *μέμψιν*. Significat *molestas*, *odiosas ineptias*, ut Pac. 748. Hinc *φορτικὴ κωμῳδία* Vesp. 66. BRUNCK.

799. *τούτοις εἶτ'* R. *τούτοις* V. *τούτοισιν* vulgo.

ἀναγκάζειν R. V. Codices reliqui et Ald. *ἐπαναγκάζειν*.

800. *δεξίνικος* A. D. V. *δεξίνικός γ'* R. Aliorum librorum corruptelæ sunt *δὲ ξίνικος*, *δὲ ξένικος* (ut Ald.), *δεξήνικος*, *δεξύνοικος*. Est autem Dexinicus unus ex spectatoribus, ut Amynias, Sosias, Dercylus, Nicostratus in Vesp. 74–81.

801. Post hunc versum Ald. addit *χοροῦ*. Recte.

802. *ὡς ἡδὺ*] Plaut. Capt. 3, 2, 1. *Quid est suavius, quam bene rem gerere?* Narrat servus, quantis bonis cumulaverit Plutus Chremyli domum. Est autem hic catastrophe dramatis et rerum mutatio. Nam boni deinceps ditescunt, mali ad paupertatem rediguntur, vidente jam Pluto. BERG.

804. *ἐς*] *εἰς* libri.

805. *ἐπεσπέπαικεν*] *ἐπεισπέπαικεν* libri.

ἐπεισπέπαικεν] Vi se intulit. Xenarchus apud Athen. 2. p. 63 f. *ἀλάστωρ τ' εἰσπέπαικε*. Scholiastes: *εἰσεπήδησεν*, *insiliit*, *invasit*, *irrupit*, ut est in Glossis. Schol. addit: *κυρίως ἐπὶ στρατείας πολεμίων* (*de irruptione hostili*): etiam de illis, qui invocati se ingerunt in convivia, exstat proverbium: *Μυκονίων δίκην εἰσπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια*. Dicit ergo Plutum cum suis bonis, tamquam cum hostili exercitu ipsis ingruisse (Virg. Æn. 12, 628. ingruit Æneas Italis et prælia miscet). Hoc vere est, *κοπιᾶν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν*, ut est Av. 735. *laborare et premi multitudine bonorum*. Ita Chremylus paulo ante dicebat, quum multi benevolo animo fricuissent ipsi leviter genua, eos sibi tibias compugisse et contudisse. *οὐδὲν ἠδικηκόσιν*, duplex est sensus; primo iste: quamvis non læserimus ipsum, nec alium quemquam, tamen tali modo in nos irruit et nos oppressit: deinde et iste: quamvis nemini injuste bona sua abstulerimus, tamen supra modum facti sumus divites: quum alii

plerique multa bona possideant, *ἀδικῶς αὐτὰ ξυλλεξάμενοι* (503.) sive *οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι* (755). Lucianus hunc locum imitatus est in Timone c. 39, ubi iste dicit: *χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας.* Sed ibi alia de causa inique secum agi dicit Timon, si Plutus ipsi obtrudatur invito, nempe quia potiorem ducebat paupertatem divitiis. BERG. Post hunc versum additur in libris *οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι* (*πρᾶγμα δή* R. V: *πρᾶγμά που* alii). Delevit Bentleius.

807. *ἀμφορῆς*] *ἀμφορεῖς* A. C. D. E. V. et Mut. tres.

ἀνθοσμίου] Vid. ad Eccles. 1119.

812. Acetabula dicit esse facta ærea. Atqui melius erat, alias res in æs conferri, quibus ex ære factis uti possumus; nam acetabula statim æruginem s. rubiginem æream contrahunt, si sint ex ære facta et infundatur acetum. Paullo post etiam dicit *τὸν ἰπνὸν* esse factum eburneum; per quam vocem sive *furnum* intelligat sive *laternam* (nam utrumque illa significat) non nimiam felicitatem prædicat; nam et furnus utilior est cæmentitius aut ferreus, et laterna cornea pellucidior. Etiam puteum *oleo* impletum esse dicit; aqua ergo aliunde quærenda erit. Videtur alludere ad fabulam Midæ, cui omnia in aurum convertebantur, etiam quæ minime voluisset, cibus et potus. BERG.

813. *σαπροὺς*] impuros, immundos.

815. *ὁ δ' ἰπνὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης* R. V. Aberat *γέγον'*. Apud Athenæum 6. p. 229 f. *ὁ δ' ἰπνὸς* (codex *ὁ δεῖπνος*, i. e. *ὁ δὲ ἰπνὸς*) *γέγονεν ἐξαπίνης*. *εἶπον* ex hac fabula affert Pollux 10, 155. sive memoriæ errore sive codicis vitio deceptus. Interpretationes vocabuli *ἰπνός* scholiasta plures proponit, *τὸ μαγειρεῖον, ἡ καπνοδόχη, ἢ ὁ χυτρόπους, ἢ ὁ δίφρος, ἢ ὁ λεγόμενος φανός· καὶ ἐν Εἰρήνῃ* (v. 841.) *ἰπνοὺς ἔχοντες ἔν τε τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ.* Probabilior ceteris videtur illa *ὁ δίφρος* (latrina), cujus exemplum Pollux 5, 91. attulit, *τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἰπνὸν Ἀριστοφάνης καλεῖ.* Quod ex Cocalo (fragm. 132.) sumptum esse ex Hesychio constat. His addam Brunckii annotationem, cui quæ falsa insunt ex nostra corrigi possunt. Illud vero vix opus moneri, quod Brunckio videbatur *εἶπος* (vel *ἶπος*) in prima, *ἰπνὸς* in secunda Pluti editione lectum esse, ne minimam quidem habere veri speciem.

ὁ δ' ἶπος ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος] Vulgo legitur *ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν*. Utraque lectio *ἶπος* et *ἰπνὸς* ab Aristophane est. Illud erat in priore fabulæ editione, hoc in posteriore. Qui priore Pluto usus est Jul. Pollux, ut v. 513. pro *τροχοποιεῖν* legebat *ζυγοποιεῖν*, quod in nullo codice nunc comparet, ita hoc in versu *ἶπος* habebat, non *ἰπνός*. [De illo *ζυγοποιεῖν* rectius judicat Dobræus. Vid. ad v. 513.] Vide eum p. 1340. et interpretes. *ἶπος* seu *ἰπὸς*, utroque enim modo notatur accentu, primam producit, quapropter sæpe occurrit *εἰπὸς*, e librariorum more, qui pro *ι* longo solebant *ει* scribere: significat autem instrumentum omne, quo *stipatur*, *comprimitur*, *exprimitur*, *opprimitur*. Hinc *ἶπος* vocatur fullonum instrumentum, quo premuntur, stipantur vestes. Pollux p. 1317. *καὶ ἰπὸς, τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· κέαται δ' ἐν ἰπῷ*. Hic autem *muscipulam* significat. Pollux priore loco: *καὶ μυάγρα. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέχρηται τῷ ὀνόματι· ἐν δὲ Πλούτῳ εἰπὸν τὴν μυάγραν καλεῖ*. Idem p. 715. *καὶ ἶπος δὲ τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον. ἔστι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη*. Auctor Etym. M. p. 473. *ἶπος σημαίνει τὴν παγίδα τῶν μυῶν, καὶ τὸ πραισσόριον. παρὰ τὸ ἴπτω τὸ βλάπτω, γίνεται ἶπος. καὶ γὰρ τοῦτο εἶδος φθαρτικόν ἐστι τῶν μυῶν. καὶ παρὰ τὸ ἶπος γίνεται ἰπῶ ῥῆμα, σημαῖνον τὸ θλίβω. καὶ Ἀριστοφάνης, ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς*. (lege *εἰσφοραῖς* ex Equit. 924.) *ὡς κόπτω κόπος, οὕτω ἴπτω ἶπος*. Perperam vulgo initio hujus notæ legitur *καὶ τὸ πραιτώριον*. Infimæ Græcitatis vox est *πραισσόριον*. Vide Car. Du Fresne Glossarium p. 1218. Veteres glossæ: *ἶπος, prensurium*. Corrigendum forte *pressorium*. Quod autem supra dixi, in posteriore Pluti editione *ἰπνὸς* repositum fuisse, id hoc solo nititur argumento, quod hanc lectionem exhibent codd. qui nunc exstant omnes, agnoscuntque eam etiam Grammatici aliquot veteres. Sed facile fieri potuit, ut ante horum ætatem menda irrepserit, *ἰπνὸς* pro *ἰπὸς*, ut et apud Æschylum in Prometheo *ἰπνούμενος* pro *ἰπούμενος*, quod observavi ad Lys. 291. Sane apud Athenæum p. 229. F. ubi profertur hic versus, istoque modo legitur: *ὁ δ' ἰπνὸς γέγονεν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος*. in veteri Athenæi codice scriptum reperi *ὁ δεῖπνος*, quod mendosum quidem est, sed antiquæ scripturæ indicium dare possit, *ὁ δ' εἰπός*. Nam si *ἰπνὸς* prior librarius legisset, nulla erat causa cur *εἰπνὸς* scriberet. Utut hæc sunt, vere, meo judicio, ve-

terem lectionem ἴπος revocandam censuit Bentleius, cujus argumentis si quæ opponi possint, non sane illa sunt quæ obmovet Dawesius. ἰπνὸν ille tuetur, *laternam*que significare contendit, ut exponunt scholiastes et Suidas, φανός. Laternis utebantur veteres e cornu vel e vesica factis. Notus est ille Plauti versus in Amphitr.

Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu conclusum geris?

Sed ebur translucidum non est, proindeque eburnea laterna res est plane inepta et absurda. Quod autem ait ‘ Bentleii com‘ mento perquam incommode accidere,’ genus scilicet nominis ἴπος femininum, id nullius est momenti. Nam substantiva sunt multa quæ utroque genere efferuntur; neque, si apud Pindarum ἴπος femininum occurrit, inde conficitur femininum etiam Atticis fuisse. Sane Polluci masculinum est, cujus hæc sunt verba p. 1317. καὶ περιστροφίδα δ' ἂν εἴποις τὸ ξύλον τὸ τὸν ἰπὸν περιστρέφον. Non itaque Bentleii *rationes profligavit Dawesius*. ἰπνὸν si concederem poetam scripsisse, probarem potius Toupii interpretationem ad Suidam 2, 36. *latrinam*, sive *sellam familiarem*, *une chaise perçée d'ivoire*, intelligentis. Pollux p. 527. τὸν δὲ κοπρῶνα καὶ ἴπνον 'Αριστοφάνης καλεῖ. Eo sensu posita erat hæc vox in Cocalo, cujus ultimum fragm. vide. Quominus autem eam sic a Poeta hoc loco adhibitam fuisse credam, obstat prioris syllabæ modulus, quam ille semper corripit. Vide Pac. 536. Av. 436. Vesp. 139. Nec objiciendus est ejusd. fabulæ v. 837. quem protuli supra in nota ad v. 98. Manifestum est enim legi debere: ὁ κυὼν παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνὸν, ἐξαρπάσας—. Dawesius autem, ne sibi e manibus laterna sua eriperetur, lectionem prorsus immutare coactus fuit, novamque ex ea quam codices exhibent, et misere depravata illa, quæ ap. Athen. legitur, concinnare, cujus parum suaves sunt numeri: ὁ δ' ἰπνὸς γέγον' ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφαντίνος. Quanto satius erat optima in lectione acquiescere, quam commendabant sententiæ et metri venustas, tuebaturque doctissimi Grammatici fides. Sed virum ingeniosum abripiebat livor et Bentleii laudum obtrectatio. BRUNCK.

816. ἀρτιάζομεν] *Ludere par impar* Horat. Sat. 2, 3, 248. Suet. Aug. 71. *micare* Cic. Off. 3, 19. Nam ludentes sumtis in manum talis, fabis, nucibus, amygdalis, etiam numis, interrogantes collusorem jubebant divinare, ἄρτια ἢ περιττὰ, paria

an imparia, haberent? v. Meurs. Græc. ludib. p. 5. FISCHER.

817. *ἀποψώμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι*] Delicatissimum fastidium: nam allio jam abstergent culum, quod antea esitare solebant, non lapidibus. Solitos autem fuisse tunc lapidibus tergere podicem patet ex Pac. 1229. ubi vid. schol. BERG. Macho ap. Athen. 13. p. 578. *Εἰ δὲ λίθον εἶχες, ὑπολαβοῦσ' ἡ Μανία, Ἔδωκ' ἄν, ἵν' ἔχῃς, φησ', ἀποψᾶσθαι τάλαν.* et p. 584. *εἰ δὲ λίθον, ἔφη, εἶχες, ἀποψήσασθαι ἄν σοι ἔδωκα.* SPANH.

818. *σκοροδίοις*] *σκορόδοις* V.

821. *οὐχ*] *οὐχ'* Ald.

823. ΔΙΚΑΙΟΣ] *ἀνὴρ δίκαιος* R.

ἕπου] *δὲ* addit R. Verba *ἕπου μετ' ἐμοῦ* affert grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 368. ubi de constructione et hujus verbi et *ἀκολουθεῖν* cum *μετά* agit.

824. *ἴωμεν*] *ἔλθωμεν* V.

Scholiasta, *ᾧ (δικαίῳ) διαλέγεται ἢ ὁ Χρέμυλος ἢ ὁ οἰκέτης.* Manifestum est, quæ per hanc scenam Carion eloquitur, in aliis exemplaribus Chremyli, sacrificio jam facto prodeuntis, personæ fuisse adtributa: clarius idem docuit ad v. 802, simul admonens absurdum videri atque indecorum, ut cum servulo vir probus et justus sermocinetur. Ex vett. libris, quorum collationes Kustero fuerunt ad manum, nihil excerptum invenio: ad cod. Dorv. semoto Carione Chremyli personam huic scenæ solam inseruit: quam ego rationem temere repudiandam non putem; nam joci, qui hic occurrunt, Carioni in edd. adscripti, nihil habent sane vernilis dicacitatis, aut nequitiæ, talesque sunt, ut Chremylum, senem facetum, et nunc ex recenti divitiarum gaudio libenter argutantem, minime dedeceant. HEMST. Personam hic et deinceps in toto hoc colloquio Chremyli pono, ubi vulgo persona est Carionis, idque ex trium codd. auctoritate. Solus B. famulo tribuit, quæ manifesto heri esse, nemo non sentit, certissimisque argumentis ostendit Hemst., qui pravam priorum edd. personarum distinctionem retinere non debuerat. Etiam in quinto codice interlocutores hujus scenæ notati sunt Justus et Chremylus. Minus bonum est, quod versui 860. Chremyli, 863. Carionis præfixa sit persona. V. 864. adscripta persona: *ἕτερος συκοφάντης*, ut etiam est in B. et in meo. Melius ceteri codd. unicum sycophantam agnoscunt. BRUNCK.

824. XP.] οἰκέτης R, sed θερ, v. 826.

826. δῆλον ὅτι] δηλονότι E.

828. μοὐστὶν] μο 'στὶν R. Pauci μοι 'στίν.

832. XP.] θερ, R. et sic usque ad v. 866.

ἐπέλιπεν] ἐπέλειπεν V. Ald. et codd. pauci ἀπέλιπε vel ἀπέλιπεν.

833. 834. οὐκοῦν — οὖν om. R.

834. τέως] τότε V.

835. εὐηργέτησα] εὐεργέτησα R. et Dorvill.

837. κοὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔτι] Pac. 1051. μὴ νῦν ὁρᾶν δοκῶμεν αὐτόν. BRUNCK.

838. δ' R. γ' vulgo. Pauci codd. σ'.

εὖ om. V.

839. αὐχμὸς τῶν σκευαρίων, quum squalent exinanita vasa nihilque in iis superest, quod mensam luculenter instruat: illam rerum bonarum penuriam ait se perdidisse, i. e. effecisse, ut, qui prius amicos se gesserant, nunc, dilapsis opibus et siccatis cum fæce cadis, diffugerent sibique insuper insultarent. HEMST.

842. πρὸς τὸν θεὸν Hemsterhusius. Legebatur πρὸς τῶν θεῶν. In Cantabrig. 1. fuit πρὸς τὸν θεὸν, sed ab eadem manu in πρὸς τῶν θεῶν est mutatum: nam scriptum ab librario fuit aberrante ad v. 840. vel 844.

845. μῶν ἐνεμυήθης R. μῶν ἐμυήθης V. Vulgo μῶν οὖν ἐμυήθης.

ἐμυήθης—τὰ μεγάλα] Solebant vestes, in quibus essent initiati, dedicare. Scholiastes ejus rei testimonium affert ex Melanthio. Quia autem dixerat vir justus, se velle pallium suum dedicare deo, Chremylus dicit, alludens ad istum ritum: *num ergo in illis es initiatus?* Quasi dicat, *num Pluti mysteriis initiatus ei vis pallium dedicare, ut solet in Eleusiniis sacris fieri?* τὰ μεγάλα subauditur μυστήρια, quod infra 1014. additum. Dicuntur autem *magna* ad distinctionem *minorum* mysteriorum: prius enim initiari oportebat *minoribus* mysteriis, deinde ire ad *majora*. Æneas Sophista p. 17. ubi quemdam suorum discipulorum ad majora adspirantem commendat Dionysio Sophistæ: διὰ ταῦτα καλὴν ἐλπίζω τὴν εὐπορίαν γενέσθαι τῷ νέῳ· ἄλλως τε ὅτι προτετελεσμένος, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν ἐν παρασκευῇ γενόμενος, ἀπῆρεν, ὡς 'Αθήνησιν οἱ τὰ μικρὰ μυστήρια προτελούμενοι τῶν μεγάλων. BERG.

847. ταῦτα] τάδε Atticista in Maii Auctor. class. vol. 4. p. 528.

849. δῶρα τῷ θεῷ] τῷ θεῷ δῶρα R.

850. ΣΥΚ.] ἄδικος συκοφάντης R.

δείλαιος] δείλαος R.

851. τρὶς κακοδαίμων] τρισκακοδαίμων Ald. et aliquot codd. Conf. ad Pac. 242.

853. πολυφόρῳ, *valido, vehementi*, metaphora a robusto vino, quod multum aquæ admistum ferre potest, nec amittit bonitatem, ut si duobus vini poculis tria aquæ pocula misceantur, et tunc dicitur vinum τὰ τρία φέρειν καλῶς, ut in Eq. 1184. BERG.

854. In hujus scenæ personis ordinandis editi consentiunt, Chremylo penitus exturbato, cui tamen non videntur nullæ partes hic concedendæ. Ex codd. mss. quos Kust. consuluit, nihil esse variationis adnotatum deprehendi, nisi quod Vatic. v. 860. Justi personæ Chremylum substituat. Verum longe aliter cod. Dorv. qui summo jure suas Chremylo partes adsignans ab illa, quam Edd. sequuntur, personarum distributione multum discrepat. Primum enim Carion hic nusquam comparet ante v. 872; priora, quæ Carionis nomine vulgo sunt signata, in hoc codice Chremylo cedunt, qui servuli locum occupat 885. 889. 896. 931. 933. Contra Carion pro Δικαίῳ supponitur 896. Deinde pleraque noster codex, quæ publicati libri Justo viro tribuunt, in Chremylum transscripsit, non tantum 891; sed et totum illud cum sycophanta colloquium 901—927. quæ fere cuncta jamdiu, antequam ipsum codicem inspexissem, conjectura fueram assequutus. HEMST. Carioni tributa hæc vulgo, Chremylo adsignant tres codd., ut supra 824. BRUNCK.

855. ἅνθρωπος] ἄνθρωπος libri.

859. μὴ 'λλίπωσιν Dawesius. μὴ λίπωσιν (λείπωσιν V.) libri.

860. ΔΙ.] Χρ. A. C. D. Vat.

ἐγὼ σχεδὸν] Conjecturam facit vir justus, quis ille sit, qui hic lamentatur fortunam suam, ex ejus statu et oratione. Concludit ergo illum esse oportere primo malum hominem, quia hoc tempore redactus sit ad paupertatem, quum omnes boni ditentur; deinde et sycophantam, quia minatur se velle efficere, ut Plutus denuo fiat cœcus, si jura non deficiant. Sycophantæ autem illo tempore suis delationibus, calumniis et falsis criminationibus multum valebant, reip. statu corrupto. BERG.

862. πονηροῦ κόμματος] Sic et infra 957. Latine possis dicere: *malæ monetæ;* simili metaphora, quæ semel iterumque occurrit apud nostrum. Videndus præcipue ille locus in Ran. 724, ubi dicit, Athenienses, sicuti non utantur veteri pecunia, quæ proba est, ita nec probis viris uti ad remp., et spectatæ fidei, sed contra. BERG. 862. servo, 863. justo dat R.

864. ΣΥ.] ἕτερος ἄδικος R. ἕτερος συκοφάντης Dorvill.

868. δῆτα τοῦτ' R. δῆτα ταῦτ' vulgo. ταῦτα δῆτ' Dorvill.

869. ΧΡ.] δικ, R.

870. ΣΥ] ἄδικ, R.

οὐ μὲν οὖν] οὐμενουν Ald.

οὐδενὸς] οὐδ' ἑνὸς R.

871. πράγματα (γρ. χρήματα) V.

872. ὦ Δάματερ, licet forma Dorica, comicis usurpatum fuisse observat Eustathius ad Odyss. p. 1385, 53. ubi de θάτερος et θατέρα mira quædam tradit ab aliorum grammaticorum placitis discrepantia. εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα Δωρικὰ, καὶ ἡ λοιπὴ τούτων ἀνάλογος κίνησις, 'Αττικοῖς γέγονε φίλα, καινὸν οὐδὲν εἴ τις ἐνθυμοῖτο καὶ τὸ, ὦ Δάματερ, τὸ θαυμαστικὸν, ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ, Δωρικὸν μὲν ὂν, φιληθὲν δὲ εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς 'Αττικοῖς. Occurrit jam supra vers. 555. BRUNCK.

873. δῆλον] Justi personam præponunt E. B. V.

874. ΣΥ.] ἄδικ, R.

876. οἰμώξἄρα] Legebatur οἴμωζ' ἄρα. Correctum ex R, qui οἴμωξ' ἄρα. Comparandum κλαύσἄρα Pac. 532.

878. In tribus codd. [et R.] scriptum ὁ θεὸς ἔσθ' οὑτοσὶ εἰ τοὺς συκοφάντας. Quartus B. in eo tantum differt quod habet οὑτοσὶν—. Inde apparet sinceram lectionem sic reconcinnandam esse, ejecto verbo substantivo: ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ | τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς. BRUNCK. Recepi Brunckii emendationem. ὁ θεὸς ἔσθ' ὅτι | τοὺς V. et Ald.

881. ἱμάτιον est *pallium* integrum, recens, candidum. Opponitur ei τριβώνιον *palliastrum*, pallium detritum et lacerum (842.). FISCHER.

882. ἔχοντ'] ἔχων V.

884. Anulos *physicos* dictos gestabant veteres, quibus inesse putabant vim sanandi aut avertendi morbos, et quævis mala. Vide Casaubonum in Athenæum 3, 34. ad hos Antiphanis versus 3. p. 123 b. ἐν χύτρᾳ δ' ἐμοὶ | ὅπως ὕδωρ ἔψοντα μηδέν'

ὄψομαι. | οὐ γὰρ κακὸν ἔχω, μηδ' ἔχοιμ'. ἐὰν δ' ἄρα | στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ', ἢ τὸν ὀμφαλὸν, | παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστ' ἐμοὶ δραχμῆς. BRUNCK.

885. ΧΡ. om. R.

οὐκ ἔνεστι] Non inest vis contra morsum sycophantæ.

886. ΣΥ.] ἕτερος ἄδικος R.

ταῦτ' ἐστὶ πολλή R.V. aliique. πολλὴ ταῦτ' ἐστί Ald.

889. ΧΡ.] δικ, R.

890. δειπνήσετον] δειπνήσατον R.

891. μετὰ τοῦ μάρτυρος] Nempe κατὰ τὸ σιωπώμενον testem adduxerat sycophanta ut hos ad judices citare posset: qui testis eum deinde deserit 934. Sic Vesp. 1405. femina quædam, in jus vocatura quemdam senem, secum adducens testem, dicit: προσκαλοῦμαί σ' ὅστις εἶ—κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί. BERG.

892. γ' addunt A. R. om. Ald. τ' V.

ἐμπλήμενος] Brunckius. ἐμπλησμένος R.V. ἐμπεπλησμένος vulgo. Dobræus "μηδενός γ' ἐμπλημένος conjicit Brunckius, "quod memini probare Porsonum ita fere vertentem, *May you* "*burst—but not with eating.* Nempe διαρραγῆναι per hyper- "bolen aliquando ponitur, ut Equit. 698. κἀπεκροφήσας αὐτὸς "ἐπιδιαρραγῶ. Alexis Athen. 6. p. 258. E. F. εὐδαίμων ἐγώ· "μὰ τὸν Δία | τὸν 'Ολύμπιον καὶ τὴν 'Αθηνᾶν, οὐχ ὅτι | ἐν τοῖς "γάμοισιν, ἄνδρες, εὐωχήσομαι, | ἀλλ' ὅτι διαρραγήσομ' ἂν θεὸς "θέλῃ. | τούτου δέ μοι γένοιτο τοῦ θανάτου τυχεῖν. Phœnicides "10. p. 415. E. ἐσθίει | μέχρις ἂν διδῷ τις ἢ λάθῃ διαρραγείς. "Anaxilas p. 416. E. διαρραγήτω χἄτερος δειπνῶν τις εὖ, | μὴ "Κτησίας μόνος. Quæ loca indicat Porsonus in mss. Eustath. "'Ιλ. p. 1121, 50. οὕτω παράσιτος νῆστις θνήσκων εὔξαιτ' ἂν "κόρῳ διαρραγῆναι. Demosthenes Thrax apud eundem 'Οδ. "p. 1833, 51. κακόν τι πάνδημον, οἷος ἐσθίων ῥαγῆναι δι' ἡμέρας. "Nempe ne bene precari Sycophantæ videri possit Chremylus, "hanc ἐπιδιόρθωσιν addit. De ἐμπλημένος vide ad Eccl. 56. "Cum Luciani loco confer Simocattam Ep. 27. ἢ ἄλλως λιμοῦ "μοι πεπλήρωται."

893. ἔνδον] ἔνδον δ' V.

895. Assentior Is. Vossio de poem. cantu et vir. rhythm. p. 53. ubi postquam dixerat "lepide Aristophanem inducere "sycophantam olfacientem sacrificiorum nidorem, qui totum

" senarium naribus absolvit, ὖ ὖ etc." notandum esse monet, " priorem cujusque pedis syllabam scribi debere spiritu tenui, " sequentem denso, ipsa id exigente rei natura." Hoc nisi verum sit, iambi numerus pessumdatus, quem tamen legitimis pedibus explere voluit Aristoph. In cod. Dorv. singulis υ ψιλοῖς lineola sola est superducta, ad oram vero ὐ ῦ scribitur. HEMST. Sexies repetita olfaciendi interjectio ὖ ὖ perperam vulgo et contra metri rationem duplici circumflexo notatur; prima brevis est, altera longa. BRUNCK.

896. γ' om. V.

897. et 901. γ' additum ex A. R.

901—924. XP.] δικ, R, ut Ald. Chremyli personam restituit Brunckius ex C. E. Vid. ad v. 854.

904. A muneribus publicis mercatores Athenis immunes erant, ob operam quam præstabant invehendo frumento. Ideo sycophanta hic dicit mercaturam se causari, si quando usus veniat. Facete adolescens in Concion. quem anus ut secum concumbat cogere vult, ait v. 1027. ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι. BRUNCK.

912. εὐεργετεῖν] μ' vulgo additum om. F. R. Dorvill.

913. πολυπραγμονεῖν, male curiosum, ardelionem esse: idem ac πολλὰ πράττειν Ran. 749. BRUNCK.

914. Alterum τοῖς om. R.V.

915. ἐάν codex Borg. Dorvill. et fortasse V. ἤν R. et Mut. duo. ποτ' ἤν Ald.

920. τἄρα] Libri γ' ἄρα (γ' ἄρα Ald.) γ' om. Barocc. 34.

925. Βάττου σίλφιον] Battus, alio nomine dictus Aristoteles, Theræus (quia in Africam venit e Thera, insula maris Ægæi de numero Cycladum) fuit Cyrenarum, urbis Africæ, conditor. Ejus in honorem signarunt Cyrenæi numos, quorum in parte adversa cerneretur imago Batti, altera manu regnum a civibus, altera silphium s. laserpitium accipientis. v. Strab. 17. p. 837. Fuit autem laserpitium Cyrenaicum (unde laserpiciferæ Cyrenæ Catull. 7, 4.) planta præstantissima, ita ut Romani legantur in ærario recondita habuisse multa ejus pondo. v. Plin. H. N, 19, 3. qui est locus de silphio ejusque generibus classicus, Theophr. Hist. plant. 6. 3. et ibi Bodæus p. 589. ubi species ejus exstat. Hinc verba Βάττου σίλφιον abiere in consuetudinem proverbii, quod usurparetur de amplissimo et pre-

tiosissimo munere, de singulari et exquisito honore. v. Apostol. 5, 40. (e schol. h. l.) et Erasm. Adag. p. 182. Sycophanta igitur ostendit, se nolle suum vitæ genus commutare alio, nec si ipsum acciperet Plutum, amplissima et pretiosissima munera. FISCHER.

926. 927. XP.—KA.] *θερ,—δικ,* R.

927. *πάντα ταῦτα*] *ταῦτα πάντα* A. et Mut. unus.

931. Chremylo tribuit Dorvill. Vid. ad v. 854.

932. *ποιεῖ* Hemsterhusius. Libri *ποιεῖς*.

933. Chremylo tribuit Dorvill. Ka. Ald.

ἦγες] *εἶχες* R.

935. *οἴμοι μάλ' αὖθις*] Scholiasta, *τὸ ἡμιστίχιον ἐξ Ἠλέκτρας Σοφοκλέους* (1416.) *τὸ οἴμοι μάλ' αὖθις, ὅτε τὴν Κλυταιμνήστραν οἱ περὶ Ὀρέστην φονεύουσιν.*

937. ΔΙ.] *συκο,* R.

946. *σύκινον*] Intelligit sycophantam, qualis ipse est: alludit autem ad etymologiam; nam voc. *συκοφάντης* componitur ex *σῦκον* et *φαίνω*, *ostendo ficus*, nempe illas quæ exportantur ex Attica, sive, defero illos qui ficus exportant apud magistratum. Sic Vesp. 145. *καπνὸς ξύλου συκίνου*, ubi v. not. Aliquando alludit ad verbum *φαίνω*, ut Ach. 726. *μήτ' ἄλλος ὅστις φασιανὸς ἔστ' ἀνήρ*, et alibi. Avv. 1693. *ἔστι δ' ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ κλεψύδρᾳ* etc. BERG. Respicit ad proverbium *συκίνη ἐπικουρία*, de quo dictum ad Lys. 100. Hinc oppositum est *τοῦτον τὸν ἰσχυρὸν θεόν*.

948. *ὁτιὴ*] *ὅτι* vulgo. *ὅτι ἢ* V. Vid. ad Pac. 211.

951. *πανοπλίαν*] Pallium et calceos.

952. *ἐς*] *εἰς* libri.

955. Χρ. E. Vulgo Carioni tribuuntur hi versus.

957. *ὅτι*] *ὅτ'* R.V. Ald.

958. *προσεύξῃ*] *προσδέξῃ* R. Post hunc versum in Ald. Χοροῦ. Recte.

959. *ἆρ, ὦ φίλοι*] Ita solent percontari locorum ignari, quum ædes alicujus quærunt. Soph. El. 1104. *ἆρ', ὦ γυναῖκες, ὀρθά τ' εἰσηκούσαμεν, ὀρθῶς τ' ὁδοιποροῦμεν, ἔνθα χρῄζομεν*; Idem Œd. Tyr. 934. *ἆρ' ἂν παρ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, μάθοιμ' ὅπου τὰ τοῦ τυράννου δώματ' ἐστὶν Οἰδίπου*; Vide nostr. infra 1172. BERG.

962. XO.] Χρ. C.

964. *ἔνδοθεν* codices. *ἔνδοθε* Ald.

965. et 974. χρεμύλου οἰκέτης R.

966. μάλιστ' ἐλήλυθας] μάλ' ἐξελήλυθας V.

σ' ἐχρῆν C. R. ἐχρῆν vulgo. σε χρὴ D.

969. μοι πεποίηκε] πεποίηκέ μοι V.

970. συκοφάντρια vox videtur esse ab Aristophane ficta, ut σοφίστρια a Platone Euthyd. p. 297 c. DOBRÆUS.

971. μὰ Δί' om. V.

972. Alludit ad sortitionem judicum, qui, ut sors ferebat, in illo vel illo dicasterio judicia exercebant: distinguebantur autem dicasteria inscriptionibus certarum litterarum, unde ἐν τῷ γράμματι idem est, quod ἐν τῷ δικαστηρίῳ· et videbatur dicturus ἐδίκαζες, sed ex inopinato dixit ἔπινες, ut mulierum bibacitatem perstringeret; nam τὸ φιλόδικον virorum est. In Lysistrata, ubi mulieres apud craterem vini conjurant, una earum vult bibendo prima jurare, sed altera non sinit, nisi prius sortiatur v. 208. μὰ τὴν 'Αφροδίτην οὐκ, ἐάν γε μὴ λάχῃς. Ut autem hic ἐν τῷ γράμματι πίνειν, ita Eccles. 683. ἐν τῷ γράμματι δειπνεῖν. Vid. 277. BERG.

973. κατακέκνησμαι, et v. seq. κνησμόν. Scripturam hanc alteri per ι prætuli ad codicis A. fidem, itemque Eustathii. Sic ille ad 'Ιλ. λ'. pag. 872, 5. τοῦ δέ γε κνίζειν χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ, ἔνθα παίζων παρηχεῖ τὸν διὰ τοῦ ἦτα γραφόμενον κνησμὸν ἐκ τοῦ κνίζειν. Hunc locum respicit, ubi saltem κνησμὸν legebat. Utro modo scribatur, parum interest. BRUNCK. Revocavi κατακέκνισμαι et κνισμόν, et sic legit Eustathius, cujus verba non intellexit Brunckius.

975. ἦν Kusterus. ἦν δή libri. δή om. Dorvill. in quo scriptum νῦν γ' ἦν μοι—.

979. ταὐτὰ πάνθ' ὑπηρέτουν Brunckius. ταῦτα πάνθ' ὑπηρέτουν A. R. πάντα ταῦθ' ὑπηρέτουν vulgo. ταυτὰ ταῦθ' ὑπηρέτουν Elmsleius ad Soph. Œd. T. 1522. πάντα γ' ἀνθυπηρέτουν Hemsterhusius. Probabilius Dobræus πάντ' ἂν ἀνθυπηρέτουν.

983. ἱμάτιον] γ' addunt Ald. et aliquot codd. Positum ab librario, qui ἱμάτιον correpto ι pronunciaret.

984. χιτώνιον] χιτώνια C.

985. μητρί θ' ἱματίδιον Dawesius. μητρί τε θοἰματίδιον vulgo, consentiente R. μητρί τε θοιμάτιον Mut. unus. μητρί τ' εἰς ἱμάτιον V.

989. οὐχ] οὐχ' Ald.

οὐχ ἕνεκεν μισητίας] In quattuor codd. [et tribus Mut.] scriptum *μισγητίας*; Gl. *μίξεως, πορνείας*: quod ineptum est. *μισητίας* legebat Eustathius, sed perperam interpretabatur, significationem huic nomini tribuens, quam non admittit hujus loci sententia. Sic ille ad Odyss. κ. p. 1650. extrema. *αὐτὸ δέ γε τὸ μισεῖν, κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθὲν, ἡ κωμικὴ σεμνότης ἐπὶ μίξεων ἔθετο ἀσέμνων. Ἀριστοφάνης γοῦν μισητίαν ἐπὶ κατωφερείας ἔφη, ἤγουν ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεις.* Rursus occurrit istud nomen in Av. v. 1620. *ἐάν τις ἄνθρωπος ἱερεῖόν τῳ θεῶν | εὐξάμενος, εἶτα διασοφίζηται λέγων, | μενετοὶ θεοὶ, καὶ μὴ 'ποδιδῷ, μισητίαν, | ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα.* ubi scholiastes, post inepta quædam, ex Eustathii loco citato supplenda, veram dubitabundus profert interpretationem: *μήποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν ἀπληστία, ὃ καὶ νῦν ἐμφαίνεται.* Hoc etiam in loco *ἀπληστίαν* significat. Propter Veneris *ἀπληστίαν* libidinosæ mulieres *μισῆται* appellantur, ut in hoc versu quem profert Eustathius: *περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη* [*μισητὴ*] *γυνή*. Et in hoc Cratini, qui est apud Hesychium: *μισῆται* [*μισηταὶ*] *δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισι χρήσονται.* Nihil hoc nomen cum verbo *μίσγειν* commune habet, nec ab eo derivatur. *μισγητία* vox est nihili, ab imperitis librariis conficta, quamque non agnoscit Græcus sermo. De postremo *μισήτη* vide Valckenarii elegantes in Ammonium animadversiones 2, 18. BRUNCK.

991. *μεμνῇτο*] *μεμνῆτο* Ald. et codd. plerique. *μεμνοῖτο* B. *μεμνῷτο* Mut. duo. *μεμνῇτο* schol. Hom. Il. ψ, 361. et Horti Adon. fol. 186 a.

993. *οὐχὶ νῦν ἔθ' ὁ βδελυρὸς τὸν* Elmsleius ad Acharn. 1213. *οὐχὶ τοίνυν ὁ βδ. τὸν* R. *οὐχὶ νῦν γ' ὁ βδ. τὸν* C. E. Mut. duo et omisso *γ'* A. D. Dorvill. et Mut. unus. *οὐχὶ νυνί γ' ὁ βδ. τὸν* Ald. Nunc mihi præferendum videtur quod Brunckius posuit *οὐχὶ νῦν γ' ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν*, omittenda tamen *γ'* particula.

996. *τοῦ πίνακος*] *τοὺς πίνακας* R.

997. *ὑπειπούσης*] Recte Budæus et Stephanus "*quum prædixissem.*" Vesp. 55. *ὀλίγ' ἄτθ' ὑπειπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί.* Thucyd. 1, 35. Demosth. p. 245, 12. 639, 10. DOBRÆUS.

999. *ἄμητα προσαπέπεμψεν* R. V. et Etym. M. p. 83, 20. *ἄμητα τε* (*τε* om. A. B. C. D. Mut. tres) *προσέπεμψεν* Ald.

1002. et 1075. *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι*] Proverbium hoc occurrit et ap. Synesium Epist. 80. De pristina feli-

citate Milesiorum Herodotus 5, 28. *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡ Μίλητος αὐτή τε ἑωϋτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίας ἦν πρόσχημα.* Alludit ad hoc proverbium in Vesp. 1060. *ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις.* BERG.

1003. *τις* om. V.

1004. Mulieri dat R.

1005. *ἅπαντ' ἐπήσθιεν*] *ἅπαντα κατήσθιεν* vulgo. *ἅπαντ' ὑπηίσθιεν* R. *ἅπαντά γ' ἤσθιεν* V. Veram scripturam servavit Athenæus 4. p. 170. ubi de verbo *ἐπεσθίειν* agit. Male tamen Athenæi codex *ἅπαντ' ἐπήσθιον.* Brunckius, "*ἐπὶ* conjungitur cum "verbis comedendi nominibusque cibi et obsonii. Pac. 123. "*κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ.* Acharn. 835. "*παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῷ.* Supra 628. *μεμυστι-* "*λημένοι ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.* Eadem hic vis est præposi- "tionis in composito *ἐπήσθιε.*"

1006. *γ'*] *δ'* V.

1007. *ἀεὶ*] *αἰεὶ* Ald.

1008. *ἐπ' ἐκφορὰν*] Vel, ad efferenda bona tua, vel ad te efferendam si mortua forte fueris; nam annosa quum sis, morti es vicina. In Eccles. 926, ubi vetula itidem ut hæc pruriens dicit ad adolescentulam: *οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ,* hæc respondet: *οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν;* BERG. Cod. Dorv. [et V.] *ἐπ' ἐκφορᾷ· ἤγουν ἐπ' ἐξαγωγῇ τινὸς πράγματος.* Ferri posset *ἐπ' ἐκφορᾷ,* quippe ingenio linguæ Græcæ non repugnans: sed vulgatum communis loquendi usus tuetur: *βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν·* Synes. Ep. 3. *ἐπ. ἐκφορὰν ἥκειν τοῦ τεθνειῶτος* Lys. ap. Athen. 13. p. 613 D. *ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν ἀπαντᾶν* Lucian. Demon. p. 1017. C. *exequias* ire. Hic sensus Aristoph. loci quum sit perspicuus, et legenti statim in oculos incurrat, jure mireris, quid moverit interpretem cod. Dorv. ut in aliam longe partem vocabulum illud acciperet: nisi eo ducere putavit, quod Chremylus mox respondet, *τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν.* Non equidem inficior, *ἐκφορὰν* ap. Plutarch. Moral. p. 660. A. et *ἐκφορεῖν* sæpe de rebus et supellectile sumi, quæ domo efferuntur, aut per vim etiam exportantur: sed eum a tali explicationi debuerat revocare vetula capularis, funeri magis tempestiva, quam deliciis amatoriis. Eadem tamen oberrant chorda Eccles. 926. *Οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε.* Ibi schol. no-

tat: *ὅτι τῶν γραϊδίων ἐκφέρουσι τὴν οὐσίαν οἱ ἐρώμενοι.* Tu Tan. Fabro ausculta, qui longe rectius intellexit. HEMST.

1010. *λυπουμένην* R. *λυπουμένην γ'* vulgo.

1011. *νησσάριον* (debebat *νηττάριον*) Faber ad Lucret. 4, 1164. *νιτάριον* vulgo, consentientibus R. et (qui *νιτάριόν γ'* habet) V. *νιττάριον* E. et Mut. tres, Suidas in *νιττάριον* et Thomas Mag. in *ὑποκορίζομαι· αἴσθοιτο μὲν ἠτάριον* D.

φάττιον Bentleius. *βάτιον* vulgo, consentientibus R.V. *βάττιον* Mut. tres aliique nonnulli cum Suida et Thoma Mag. De anapæsto post tribrachum posito v. ad Acharn. 47. Male Porsonus *νηττάριον ὑπεκορίζετ' ἂν καὶ φάττιον.*

νιτάριον ἂν καὶ βάτιον ὑπεκορίζετο] *Nitarion appellabat aut Batium suum.* Nempe si credimus Symmacho, grammatico passim a scholiaste laudato, *Nitarus* quidam et *Batus* erant mollitie infames. Ergo *ἀπὸ* Νιτάρου, Νιτάριον· *ἀπὸ* Βάτου, Βάτιον. Atqui (ut condonemus ei cinædos suos Νίταρον et Βάτον, quos nemo alius memorat, quique a Symmacho conficti videntur, ne nihil dicendo ignorantiam suam fateretur) qui, sodes, fieri potest, ut nominum virilium diminutiva tribuantur mulieri? Σωκρατίδιον est diminutivum Socratis, at nullius alterius: sic Νιτάριον solius *Nitari* fuerit; Βάτιον, solius *Bati*. Sed cum hæc interpretatio plane sit absurda, aliam infit: *καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας, βατύλους ἔλεγον.* Quæ primo corrigenda erunt, deinde expendenda. Suidas habet *μικρὰς καὶ θηλείας*: unde sic lego, *καὶ τοὺς μικροὺς καὶ θήλεας, βατάλους ἔλεγον. Viros pumilos et effœminatos Batalos vocabant.* Vide Βάταλος apud Hesychium, Harpocrationem, Suidam, Etymologum, Plutarchum in Vita Demosth. c. 4. cui ob mollitiem cognomen *Batalus* adhæsit. Certa est hæc emendatio; et fortassis insuper legendum est, *τοὺς μαλακοὺς*, pro *μικρούς*: etsi et hoc tolerari potest. Jam vero quid *βάταλος* facit ad *βάτιον*? quibus fidiculis extorquebunt, ut ex *Batalo, Bation* diminutivum prodeat? A *βάταλος* certe *βατάλιον* fuerit, non *βάτιον*. Tamen et alter scholiastes significare ait, *βάταλον, τὴν ἕδραν· παρ' ὃ καὶ βάτιον. Batalum* sc. esse *sedem* (i. e. *podicem*) a qua voce *βάτιον* venire. Et quidem *βάταλον* notare *πρωκτὸν*, testantur Plutarchus, Etymologus, Harpocration: sed inde *βάτιον* deducere ineptum est. Ergo alius, sed nihilo sapientior, *νιτάριον*

et *βάτιον* ait esse plantarum nomina, et interpretatur, *ὑπεκορί-ζετο νιτάριον καὶ βάτιον*; quasi dixerit, *ὡς ἄνθη με εἶχεν*, *florum loco me habuit*. Bellorum me hercule florum! cum *βάτος*, non rosam, non lilium, sed *sentem*, *spinam* significet: *νιτάριον* autem de flore vel planta dici sit inauditum et falsum. At tandem, opinor, ad rem ipsam devenimus. Nam *βάτος*, ait alter, est pisciculi genus; unde mollis et luxuriosus, qualis iste est pisciculus, *βάτιον* dici potest. *Βάτος* quidem piscis est, hoc vere; sed satius fuerit pisce mutiorem esse, quam tam lepidum *ὑποκόρισμα* nobis obtrudere. Restat adhuc Didymus, qui *νιτάριον* exponit, *νεόττιον* [*νήττιον* Faber], *οἱονεὶ κοράσιον*: sed cum nemo omnium grammaticorum hoc memoret, cras ei credemus, hodie nihil: utpote qui hoc confingere potius voluerit, quam ignorantiam suam candide fateri. Quid ergo? Ipsa certe tot interpretationum varietas satis per se ostendit, quantum ad *ἀφασίαν καὶ ἀμηχανίαν* redacti fuerint miselli scholiastæ. Nobis autem si locum a multis jam seculis in mendo cubantem, et ab ipsis Græcis Magistris frustra tentatum, certa conjectura restituere poterimus, et extra omnem dubitationis aleam ponere; ecquid erit pretii, *προσφιλέστατε* Kustere? Gratiam sat scio, a te magnam inibimus, et ab omnibus *φιλαριστοφάνεσι*, qui tua opera id olim possunt resciscere. Faciamus igitur periculum: et primo illud percommode accidit, quod apud Suidam ista nomina cum duplice *ταυ* efferuntur, *νιττάριον*, et *βάττιον*: cui scripturæ astipulatur scholiastes ille ad locum, qui *βάταλον δὲ*, ait, *τὴν ἕδραν, παρ' ὃ καὶ τὸ βάτιον· τὸ δὲ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν, ἀνόητον*. Hoc est, *stultum est correpte verbum illud pronunciare*. Scripsit ergo iste, syllaba per geminam consonantem producta, *βάτταλος*, et *βάττιον*; ut profecto apud Etymologum hodie habetur, *βάτταλος, καὶ βατταλίζειν*. Jam igitur sic locum refingo, minima mutatione, *Νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο*. *Anaticulam et palumbulam me blande vocabat*. Non dubitaveram consueta quædam *ὑποκορίσματα* amatoria sub mendosis illis delitescere; et proinde tentanti quiddam ejus generis ex iis extundere, statim successit. A *νῆσσα*, Attice, *νῆττα*, diminutiva exstant, *νήττιον* et *νηττάριον*; a *φάσσα*, *φάττα*, est *φάττιον*. Onomasticum Latino-Græcum Labbæi: *Palumbes, φάττα*. *Palumbula, φάττιον*. Porro inter blanditias amantium,

anaticulas, *palumbulas*, sive, quod idem est, *columbulas* (nam palumbes est genus columbæ) vel primum locum obtinere, ex notissimo Plauti loco constat, Asinar. 3, 3, 103. *Dic igitur me anaticulam, columbulam, catellum,* | *Hirundinem, monedulam, putillum, passerillum.* Sic corrigenda sunt ista, nam in editis mendose habentur contra legem metri. Sed et illa ibidem sic scribe, *Dic igitur me passerculum, gallinam, coturnicem,* | *Agnellum, hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.* BENTLEIUS. Appuleius Metam. 10. p. 249. Teneo te meum palumbulum, meum passerem. KUST. Schol. Dionysii Thracis in Bekkeri Anecd. p. 857. *τὸ ὑποκοριστικὸν—εἴρηται παρὰ τοὺς κόρους—ἢ τὰς κόρας· τούτους γὰρ πολλάκις ἢ ταύτας ὑποθωπεύοντες τοιούτοις κεχρήμεθα ὀνόμασιν ὡς παρὰ Μενάνδρῳ νηττάριον.* Ita Bekker. *νητάριον* ms. a pr. m. apud Bast. Epist. crit. p. 195. DOBRÆUS.

1012. *ᾔτησ' ἂν εἰς* C. D. R. V. Dorvill. *ᾔτησεν ἄν σ'* Ald. *ᾔτησεν ἂν εἰς* E. *ᾔτησεν εἰς* A.

εἰς] Evangelus apud Athen. 14. p. 644 e. *εἰς τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες.* Theocr. 5, 98. *ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον—δωρήσομαι.* HEMST. Adde Valck. ad Herodot. 2, 98. *Ἄνθυλλα—ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται—τῇ γυναικί.* Lysiæ locum p. 905. ed. Reisk. subministravit amicus; *οὐκ ἔχων ὅπου στρέψειε* (malim *ὅποι τρέψειε*, vide Vesp. 663.) *τὰ χρήματα, εἰς ὄψον μὲν δυοῖν παιδίοιν καὶ ἀδελφῇ πέντε ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἐλογίζετο· εἰς ὑποδήματα δὲ καὶ εἰς γναφεῖον [ἱμάτια] καὶ εἰς κουρεῖον οὐκ ἦν αὐτῷ κατὰ μῆνα οὐδὲ κατ' ἐνιαυτὸν γεγραμμένα.* Ubi delendum videtur *ἱμάτια* cum Reiskio et Valckenærio in adversariis. DOBRÆUS.

1013. *μεγάλοις ὀχουμένην*] *μεγάλοισι νὴ δία* V.

ὀχουμένην] Demosth. c. Mid. (p. 565, 27.) *γυναῖκα εἰς τὰ μυστήρια ἄγει ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος.* SPANH.

1017. Stobæus 10. p. 132, 22. *Διογένης ὁ κύων θεασάμενός τινα πλουσίας γραίας προσποιούμενον ἐρᾶν, ἔφη, Ταύτῃ οὐ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ τὸν ὀδόντα ἀποβέβληκε.* Margo *ἐπιβέβηκε*, i. e. *ἐπιβέβληκε*, recte. Bekkeri Antiatt. p. 110, 15. *Ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν: τὸ περιέργως θεᾶσθαι. Ἄλεξις Τροφωνίῳ.* DOBRÆUS.

1018. *παγκάλους*] *παγκάλας* A. R. V.

ἔχειν μ'] μ' ἔχειν aliquot codd. μ' om. V.

1019. προτείνοιεν] προτείνειαν A. προτείνειεν C. et Mut. unus.

δαρχμὰς] Libri δραχμάς. Vid. ad Vesp. 691.

1020. χρόας] χροιᾶς R.

ὄζειν τε τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ με] Vulgo constructione admodum intricata, si modo aliqua est, ἡδύ μου. Si pronomen in genitivo sit, nomen a quo pendet debet esse in accusativo, quod diu ante Hemsterhusium intellexit librarius, cujus manu descriptus fuit cod. D. In eo enim exstat: ὄζειν δὲ τὰς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου. Sed ad aliam lectionem refertur glossa, ὀσμὴν ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ σώματος, scilicet ad eam, quam reposuimus: καὶ ἔφασκεν ὄζειν με ἡδὺ τῆς χρόας. [Ex glossa potius colligas τὰς χρόας, quod habet codex in textu, merum esse errorem. ἐξιέναι est *exire*, non *emittere*. DOBRÆUS.] Verbum ὄζω neutrum construitur cum genitivo partis illius quæ odorem emittit, per ellipsin præpositionis ἀπό. Acharn. 852. ὄζων κακὸν τῶν μασχάλων. Ineptum fuisset addere ἑαυτοῦ, ut nec additur in his Pherecratis versibus apud Athenæum p. 159 F. μή μοι φάκους μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ ἥδομαι. | ἢν γὰρ τράγῃ τις, τοῦ στόματος ὄζει κακόν. Concion. 524. εἰ τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου. Non vero τῆς κεφαλῆς μου. Quo in exemplo vides ὄζειν construi etiam cum altero genitivo odoris, seu nominis quod odoris speciem definit. Confer Lys. 616. 663. 687. Alibi ὄζει impersonale est, itidemque cum duobus genitivis construitur, ut Pace 529. Vesp. 1058. BRUNCK. Vulgatam scripturam Schweigh. ad Athen. 14. p. 661 e. ita defendit ut ὄζειν impersonale sit, μου autem cum χρόας conjungatur. Quæ parum probabilis ratio est. Recte Hemsterhusius με videtur correxisse. Et sic scriptum citat H. Stephanus in Thesauro vol. 4. p. 628 e.: sed μου ibid. p. 1193 f.

1021. Θάσιον] Hermippus apud Athen. 1. p. 29 e. καὶ Θάσιον, τῷ δὲ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή. Vide p. 32 a. DOBRÆUS.

1022. θ'] δ' A. C. E.

1023. ἄνθρωπος] ἄνθρωπος libri.

1024. καπρώσης] καπρᾶν, καπριᾶν, καπρίζειν est *prurire*, amore uri: proprie dicitur de *apris*, et maribus et feminis; sed deinde etiam de *verribus* et suibus feminis, quum libidine exci-

tantur, ita ut sit ἔχειν πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμητικῶς, interprete ipso Aristotele Hist. An. 6, 18. h. e. vel *surire*, vel *subare*. v. Leopard. Emend. 2, 10. H. l. transfertur a Chremylo ad aniculam *prurientem*, quæ supra 974. κατακεκνίσθαι dicta est. FISCHER.

τἀφόδια (i. e. τὰ ἐφόδια)] Schol. Dorv. ostendit, de industria Aristoph. adhibuisse τἀφόδια, quod æque resolvi possit in τὰ ἀφόδια quam τὰ ἐφόδια, ut duplicem sensum simul in auditorum animos insinuaret. Ἀφόδια quæ sint, si quis non meminerit, ab H. Steph. Thes. L. Gr. 2. p. 1165. C discat. Quam bene de comico nostro sit meritus commenti immundioris auctor, judicent alii: sine illo credo haud temere quemquam in eam cogitationem fuisse venturum. HEMST.

1025. ὦ φίλ' ἄνερ] Hunc locum ante oculos habuit Suidas, quum in v. ἄνερ e Pluto laudat φίλτατ' ἄνερ, subjicitque voc. ἄνερ non reperiri in vocat. casu pro marito uxoris. DUCKER.

1026. Rideri suspicor solennem adulationis cantilenam, quam a poetis et oratoribus, præsertim bellum suasuris, nimis libenter audiebat populus Atheniensis. Isocrates Paneg. p. 51. HSt. apud Musgrav. ad Eurip. Suppl. 323=332. Gaisford. διετέλεσαν (οἱ πρόγονοι ἡμῶν) κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν. Demosth. pro Rhod. p. 196. οὐ γὰρ ἂν ὑμᾶς βουλοίμην, δόξαν ἔχοντας τοῦ σώζειν τοὺς ἀτυχοῦντας ἀεὶ, χείρους Ἀργείων ἐν ταύτῃ τῇ πράξει φανῆναι. Pro Megalop. p. 205. Λακεδαιμονίους—ἔσωσεν ἡ πόλις —ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ βουλομένη πράττειν. ἔσται δὲ τοῦτο τί; τοὺς ἀδικουμένους σώζειν. DOBRÆUS.

1027. ποιήσει] Scribendum ποιήσῃ cum Bekkero. Signum interrogandi om. Ald.

1029. μ' om. R.V. et Mut. unus. γ' Dorvill.

ἀντευποιεῖν] ἀντ' εὖ ποεῖν R. et Dorvill.

1030. Sic vulgo legitur hic versus: ἢ μηδ' ὁτιοῦν δίκαιον ἀγαθὸν ἔστ' ἔχειν. Intricatior obscuriorque structura, quam ut in ea poetæ manum agnoscas. Nil tamen discrepabant quos contuleram tres codd. Vero propius accedit Hemsterhusii conjectura: ἢ μηδ' ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιον ἔστ' ἔχειν. Quam verborum collocationem vulgata meliorem demum reperio in D. [Et sic R.] Sed pro δίκαιόν dubium non est quin scripserit poeta

multo elegantius δίκαιος: ἢ μηδ' ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιος ἔστ' ἔχειν. Nub. 1283. πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ; 1434. —ἐπεὶ σὲ μὲν δίκαιός εἰμ' ἐγὼ κολάζειν. BRUNCK.

1031. Hunc versum om. R.

1032. ἔφη] ἔτι C.

1033. νυνδί σ' οὐκέτι ζῆν οἴεται] Legebatur νῦν δέ γ' (γ' om. Mut. duo aliique nonnulli) οὐκέτι ζῆν σ' (σε ζῆν R.) οἴεται. De νυνδί dictum ad Eq. 1357.

1034. ὑπὸ] ἀπὸ R.

1035. ὥς γ' ἐμοὶ Cantabrig. 2. Dorvill. Vulgo ὥς γέ μοι. Quod defendi potest.

1036. δακτυλίου] δακτύλιον V.

1037. τυγχάνοι C. D. et fortasse V. Vulgo τυγχάνει.

γ'] δ' D. Dorvill. Mut. unus.

τηλία] Etymol. M. p. 756. Ὦρος τηλίαν λέγει τὴν περιφέρειαν τοῦ κοσκίνου· παρὰ τὸ σῶ, τὸ δηλοῦν τὸ σείω καὶ κινῶ, τὸ σήθω. Glossæ σήθω, *cribro*. Unde σηλία et Attice τηλία, ut σήμερον et τήμερον. Glossæ: Τηλίαι *Incernicula*. Sunt et aliæ significationes hujus voc., sed nulla huic loco magis apta. Dicit autem anus: *Ita sum macie confecta ut me per annulum trahere possis:* sed alter videns eam satis adhuc crassam dicit, oportere *annulum illum esse cribri circulum*. BERG. τηλίας R.

1038. τοδὶ] τὸ δὴ V.

1041. στεφάνους R. V. et schol. ad 1039. Legebatur στέφανον. Vid. v. 1089.

δᾶδ'] δᾶιδας R.

1042. ΓΡ. om. R. et σέ pro τί præbet. Dobræus "Si φημί "ponerent Attici ut λέγω v. 1099. posses Χρ. σὲ φησίν. Sed "σέ ex glossa irrepsit, ut ex Cant. 4. liquet, in quo ἀσπάζομαί "σε scriptum."

ΝΕ. om. R.

1044. ἐγὼ] ἔγωγε R.

ὕβρεος] ὕβρεως R. V. aliique non pauci. Vid. ad Nub. 1075.

ὑβρίζομαι] αἰσχύνομαι V.

1045. ἑορακέναι R. Libri reliqui ἑωρακέναι.

1047. πολλοῖς] ἄλλοις V.

1049. ἀεὶ] αἰεὶ Ald.

τοὺς τρόποις] τοῖς τρόποις R.

1050. Ποντοπόσειδον] Respicit Suidas v. πόντος. Comparat in mss. Hemsterhusius Hipponactem Athen. 15. p. 698. C. ubi recte, quod ad literas, ms. A. μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα, τὴν ποντοχάρυβδιν. Phrynichus Bekkeri p. 58. Ποντοφάρυξ: εἴ τις βούλοιτο σκώπτειν τινὰ ἄπληστον καὶ φάγον, ὅτι ἡ φάρυξ διὰ μέγεθος πελάγει ἔοικεν. DOBRÆUS.

1052. ἃ ἆ] Operæ pretium est audire, quæ Suidas ex vetustioribus vel scholiis ad h. l. vel grammaticis exposuit: Ἃ ἅ παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Ἃ ἅ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. Τὸ ἅ ἅ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν· ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. Εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν, καὶ κατὰ σύναψιν ἀνεγινώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν· καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται· τὸ δὲ ἂ ἂ θαυμαστικὸν δασύνεται. HEMST. Præstat fortasse ἀᾶ scribi.

1054. εἰρεσιώνην] Erat ramus olivæ, ἐρίῳ, *lana*, unde et nomen accepit, comptus. Qualis erat supplicum ramus, quem prætendebant, ἱκετῶν ἐριόστεπτος κλάδος, ut cum Æsch. dicam ex Suppl. 22. vel ex Eumen. 43. ἐλαίας κλάδος λήνει ἐστεμμένος, ἀργῆτι μαλλῷ, *olivæ ramus, lana coronatus, albo villo.* Exponebatur autem Athenis pro foribus ædium in memoriam veteris cujusdam supplicationis publicæ. V. schol. ad h. l. et ad Eq. 724. et lexicographos Græcos et quos auctores ad Hesych. citarunt interpretes. BERG.

1055. παῖσαι] Id quod vehementer cupiebat vetula, suspicabatur etiam adolescentem de ludo Venereo loqui; itaque dicit: *Ubinam ludes? an hic ante oculos hominum?* Ut Lysistr. 908. ὦ καταγέλαστ' ἐναντίον τοῦ παιδίου. BERG. παῖξαι V. et. Dorvill. qua forma Attici non utuntur. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 240.

1056. λαβοῦσα] λαβοῦσαν R.

1057. πόσους ἔχεις (ἔχει V.) ὀδόντας] Pervertit ludum illum, qui dicitur *Par Impar*; nam non erat quærendum: *quot sint?* sed utrum *par an impar* numerus: præterea non illum interrogamus, qui nuces aut tale quid aliud, manu tenet; scit enim; sed ille nos interrogat. Quia vero edentulam anum vult ridere, ipse interrogat, quot illa habeat, non *nuces*, sed *dentes*; sciebat enim ipsammet numquam se daturam fuisse ludibrio ita, ut interrogaret: *quot habeo dentes?* ut quæ nec interro-

gata deinde vult respondere. BERG. Plato Euthyd. p. 294 c. *οἶσθα Εὐθύδημον ὁπόσους ὀδόντας ἔχει καὶ ὁ Εὐθύδημος ὁπόσους σύ;* Lysias apud Athen. 13. extr. *οὕτως ἐρωτικῶς τὸ κόριον μετεχειρίζετο, τῆς ἡλικίας αὐτῆς ἀπολαύων, ἧς ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους.* ubi Toupii et Schweighæuseri judicium desidero. Aristot. Rhet. 3. p. 126, 15. Sylb. indicante Hemst. in mss. *τύχοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς, ἄρτια ἢ περισσὰ εἰπὼν μᾶλλον ἢ πόσα ἔχει, καὶ τὸ ὅτι ἔσται, ἢ τὸ πότε.* DOBRÆUS.

1059. *ἀπότισον*] Qui interrogatus non divinaverat, solvit totidem nuces, quot ille manu tenebat, qui interrogaverat; quum ergo Chremylus non divinaverit, quot habeat dentes vetula, quæ unum tantum habebat, unus dens Chremylo elidendus erit, ut solvere possit. Talis est sal Atticus. BERG.

γόμφιον μόνον] Pollux 4, 151. ubi describit personas comicas, dicit inter vetulas fuisse, et *τὸ οἰκουρὸν γραΐδιον* *domesticam* sive *umbraticam vetulam*; et ita describit: *τὸ δὲ οἰκουρὸν γραΐδιον, σιμὸν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ σιαγόνι ἑκατέρωθεν ἀνὰ δύο ἔχει γομφίους.* Nempe et hinc patet, hanc comœdiam proxime accedere ad novam, de qua ibi Pollux agit. BERG. *μόνον γομφίον* R.

1061. *πλυνόν*] Citat Magister v. *πλυνεύς*, respiciunt Pollux 7, 38. Eustath. p. 1550, 22. Scholiastes, *πλυνόν με ποιῶν: ἐφύβριστον πλῦμα. πλυνὸς δὲ ὀξυτόνως τὸ ἀγγεῖον αὐτό. παροξυτόνως δὲ τὸ πλυνόμενον:*—Contracte in Dorv. *πλυνόν: ἐφύβριστον. πλυνὸς ἡ λεκάνη.* Lege *πλύνον*. Si vera est hæc regula, etiam in Aristophane mutandus accentus, obstante licet, ut videtur, Polluce; *πλυνέας δὲ ἂν αὐτοὺς εἴποις, καὶ τὸν τόπον, πλυνούς. ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν. καὶ τὸ, πλύνον με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησίν.* Jungermanni quidem ms. *πλοῖνόν με ποιεῖς*, i. e. *πλύνον*, ut recte ille, quamvis ad Hesychium frustra provocans. Etiam §. 37. 39. accentum retrahit ms. nisi 37. vox corrupta aut spuria. Sed egregie scholiastæ tum prosodiam, tum interpretationem confirmat Phrynichus Bekkeri p. 58, 27. *Πλύνον, πλύνεσθαι: σημαίνει μὲν τὴν ὕβριν, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν πλυνομένων ἱματίων καὶ πατουμένων· καὶ γὰρ οὔροις καὶ τοῖς* (malim *τοιούτοις*) *ἄλλοις ταῦτα ῥύπτεται, καὶ πλυνόμενα περιυβρίζεται καὶ πατούμενα:*—Dio (Cassius) 46. p. 296. C. ed. 1606. apud Brodæum Misc. 4, 32. *οὐ γάρ που καὶ ὁ πατὴρ*

αὐτῷ κναφεὺς, ὁ τάς τε σταφυλὰς καὶ τὰς ἐλαίας ἀεί ποτε ἐργολαβῶν, ἢ γένος ἢ πλοῦτον κατέλιπεν, ἄνθρωπος ἀγαπητῶς ἔκ τε τούτων καὶ ἐκ τῶν πλυνῶν διατρεφόμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα τῶν αἰσχίστων ἀναπιμπλάμενος· ἐν οἷς αὐτὸς τραφεὶς οὐκ ἀπεικότως τοὺς κρείσσονας αὐτοῦ καὶ πατεῖ καὶ πλύνει, λοιδορίαις τισὶν ἐξ ἐργαστηρίων καὶ τριόδων ἐπιτετηδευμένως χρώμενος. Ubi malim, ὁ πατὴρ αὐτῷ, κναφεὺς ὢν, τάς τε στ. (Vide Porson. ad Hecub. 782.) nisi mavis, ὁ κναφεὺς, ὁ τάς τε. Deinde ἀναπιμπλάμενος verte, inquinatus, collato Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 31. Porro in his perlucet imitatio Demosthenis, quem mox manifesto compilat, F. L. p. 403, 19. et paulo ante Æschinem Ctesiph. p. 66, 26. unde profecit et alter Dio, Orat. 64. p. 595, 25. Lex. SG. Bekkeri p. 404. Ἄνθρωπος Εὔριπος, τύχη Εὔριπος: ὄνομα Εὔριπος· ἐπὶ τῶν—Ita distinguendum. De πλύνειν videndi Stephanus, Spanhem. ad h. l. Toupius Em. T. 3. pp. 101—3. et Porsonus p. 502. His scriptis video πλύνον paroxytonon esse in Cant. 3. oxyt. in 1. 2. 4. DOBRÆUS.

1062. μέντἂν] μέντ' ἂν A. B. V. aliique. Vulgo μέν γ' ἂν, quod est in R. Nub. 1237. ἅλσὶν διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσί.

1063. καπηλικῶς ἔχει] Quia hæc vetula erat ψιμυθίῳ καταπεπλασμένη, ut illa anus Eccles. 875. *fuco oblita;* comparat illam cum *fucosis*, ut Cicero loquitur, et *fallacibus mercibus mangonum*. BERG. νῦν μὲν A. C. D. E. R. V. aliique. μὲν νῦν Ald.

1064. ψιμύθιον] Deteriorum librorum vitia sunt ψιμμύθιον et ψιμμίθιον. "Syllabam secundam produci poetarum exem-"plis constat. Primam natura longam fuisse ex eo colligi "potest, quod Æoles ψήμυθον et ψημύθιον dixerint, teste Ety-"mol. p. 603, 54. apud quem præterea p. 103, 25. pro τροπῇ "Ἰωνικῇ reponendum est τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ ι εἰς η. Contra "veterem auctoritatem utramque syllabam corripere non ve-"riti sunt recentiores poetæ." HEMST.

1065. τὰ codices. γε τὰ Ald.

1067. καὶ τῶν] κᾆτα τῶν Ald. Correctum ex codd. plurimis.

1070. γὰρ] γ' V.

1078. τοῦτό γ' Brunckius. τοῦτ' libri.

ἐπέτρεπον ποιεῖν] ἐπέτρεψ' ἐγὼ ποεῖν V.

1081. ΓΡ.] νε, R. "Dubitat scholiasta anusne, Chremyli, an "juvenis verba sint. ἐπιτρέπειν illustrat Hemst. in mss. ex

" Œnom. Eusebii Præpar. 6. p. 260. D. ed. Colon. Platon. " Epist. 2. fin. p. 1271. B. Fft. Clem. Alex. Str. 2. p. 505, 26. " Potter. Phalar. Ep. 81. (114.) Solon. Laertii 1, 65. et ibi " Kuhn. Machon. Athenæi 13. p. 580. D. Timocl. 6. p. 237. D. " Demosth. p. 175, 26. Machonis locus est, τίς δ' ὑπιτρέψων " ἔστι σοι, φησὶν, τάλαν;" DOBRÆUS. ἐπιτρέπων V. et. Mut. unus.

1082. διαλεχθείην] Gl. ὁμιλήσαιμι. Pollux 2, 125. Ὑπερίδης δὲ, διειλεγμένος ἐπὶ ἀφροδισίων. Ἀριστοφάνης δὲ, διαλέξασθαι ἔφη. Hic διαλεχθῆναι, pro ὁμιλῆσαι, μιχθῆναι accipi quidem possit. Non tamen alium sensum comici animo obversatum fuisse credo, ac Nub. 425. ubi de diis, quos vulgus hominum colebat, Strepsiades ait:

οὐδ' ἂν διαλεχθείην ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν.

διεσπλεκωμένη. [Sic R. V. aliique nonnulli.] Perperam vulgo legitur διεσπεκλωμένη. Σπλεκοῦν agnoscit Pollux 5, 93. Hesych. σπλεκοῦν, πλησιάζειν, συνουσιάζειν, περαίνειν. In Lys. v. 152. στύοιντ' ἂν ἄνδρες, κἀπιθυμοῖεν πλεκοῦν. Sic ibi scriptum est in codd. Glossa in C. συνουσιάζειν, ἤτοι πλέκεσθαι. Eandem scripturam exhibet princeps editio, πλεκοῦν. Zanettus vero, nescio qua auctoritate edidit σπεκλοῦν. Si codicis alicujus fidem secutus est, in eo librarii errore, ut in hoc loco, transpositæ erant literæ; debebat scribere σπλεκοῦν. Idem autem est πλεκοῦν et σπλεκοῦν, ut μικρὸς et σμικρὸς, μίλαξ et σμίλαξ, aliaque multa. Glossa ad hunc locum in D. συνουσιασμένη, διεφθαρμένη. BRUNCK.

1083. τε] Legebatur γε. τρεῖς τε καὶ δέκα dixit Pindarus Ol. 1, 127.

1084. δ' om. R.

1085. ξυνεκποτέ' A. συνεκποτέ' vulgo. συνεκποτέον C. D. E. aliique. οὕνεκά ποτε R.

ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα σε V. a. pr. m. ἐστί σε καὶ τὴν τρύγα V. corr.

1086. καὶ] τε καὶ V. γε καὶ Mut. unus.

τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά] Allegorice significat ipsam *vetulam*, ad quam supra etiam v. 1035. dicebatur κατασέσηπας· σαπρὰ autem derivatur a σήπω. In Eccles. etiam juvencula dicit ad vetulam: ὦ σαπρά, v. 882. In Vesp. 1378. aliquis ad Senem

dicit: *ἄγειν ταύτην λαβὼν (μέλλω) ἀφελόμενός σε καὶ νομίσας εἶναι σαπρὸν κοὐδὲν δύνασθαι δρᾶν.* BERG.

1087. *τρύγοιπος*] Id est *ὑλιστήρ*. V. Phrynich. p. 303.

ταῦτα πάντ'] *πάντα ταῦτ'* V. et. Mut. unus.

1088. *γὰρ*] *γ' οὖν* R. *γοῦν* V.

1089. *οὓς*] *ὡς* R. Non male.

1092. *γὰρ*] *γάρ τι* V.

βιάσεται] *σε* addit Mut. unus.

1093. *ὑπεπίττουν*] Tres Regii [aliique et Suidas in *ἐπίττουν*] claudicante metro *ἐπίττουν*. Sic etiam in meo e prima manu: sed omissam syllabam *ὑπ* idem librarius superne reposuit. Glossa: *ἐγάμουν*. In Scholiis cod. D. licet contextus exhibeat *ἐπίττουν*, legitur: *ἐπίττων· τουτέστιν ἐφίλουν, ἐμιγνύμην. πιττῶ δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ τὰς νῆας πίσσῃ χρίω, καὶ τὸ τὰ διερρωγότα τῶν ξύλων ἑνοῦν.* Formam *πιττοῦν* Atticis scriptoribus usitatam fuisse ostendit Hemst., altera *πιττᾶν* e solis Grammaticis nota. BRUNCK. *ὑπέπιττον* R. V. *γρ. ὑπεπείρων* V.

1096. *λεπὰς*] Est genus conchæ marinæ, quæ delata ad rupes adhærescit his ita, ut avelli non possit, quam in rem vid. Ælian. de N. A. 6, 55. FISCHER.

προσίσχεται] *προσείχετο* R. V. Post hunc versum Ald. addit *χοροῦ*. Recte.

1099. *κλαυσιᾷ*] Eustath. p. 1901, 17. *ἐν τούτοις δὲ μνηστέον τοῦ, κλαυσιᾷ τὸ θυρίον· ὃ κεῖται παρὰ τῷ κωμικῷ. ἐκεῖνος μὲν γὰρ παίζων πρὸς ἦχον θυρίδος λεῖον καὶ ἄρροιζον οὕτως ἔφρασεν, ἰσχάνας τὴν προφορὰν τοῦ νοήματος, διά τε τοῦ ἀφώνου κάππα, καὶ τοῦ ὑγροτάτου λάμβδα. ἐπεὶ καὶ δοκοῦσι τὰ τοιαῦτα θυρία ἐθέλειν κλαίειν, ὡσεὶ νεογιλὰ σκυλάκια.* Subtiliter admodum philosophatur, ipsarumque literarum *κ* et *λ* sonum adcommodatissimum expendit Eustath. quo scilicet januæ gementis strepitus ille *λεῖος* et *ἄρροιζος* leniter indicetur, contra ac fecit Homerus, cui—*ἔβραχε καλὰ θύρετρα Πληγέντα κληῗδι*—ut asperitate verbi vivide redderet *μεγάλης θύρας εὖ ἀραρυίας τρισμὸν τραχύν*. Ibi vides, sicut in scholio, januæ memorari *τρισμόν*. Sic Nilus de octo vitiis c. 6. *ἔτριξεν ἡ θύρα κἀκεῖνος ἐξήλατο·* perbene vetus Interpres: *Stridorem janua dedit et ille protinus exiluit.* Pari modo de calceis inter ingrediendum crepitantibus ponitur, velut Momus, quum Venerem ipsam criminari non posset, reprehensione dignum censuit *ὅτι τρύζοι αὐτῆς τὸ ὑπόδημα*, ap. Philostr.

Ep. 21. Quod autem ad illustrandam rem præterea Eustathius adjecit, *ἐπεὶ καὶ δοκοῦσι—σκυλάκια*, tale jam est, ut prope a ridiculo distet. Protulit hæc Arist. verba Suidas in *κλαυσιᾶν*, *κυρίως τὸ ἠχεῖν αὐτοματὶ τὸ θύριον·* quæ interpretatio commoda est et tenenda. HEMST.

σέ τοι λέγω, | ὦ Καρίων] *σέ τοι σέ τοι | λέγω Καρίων* Ald. Correctum ex A. R. V. aliisque codicibus.

1100. *ὦ*] *ὁ* A.

1101. *ἔκοπτες οὑτωσὶ σφόδρα*] Nub. 133. Ran. 38. *τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς Κενταυρικῶς ἐνήλαθ' ὅστις· εἰπέ μοι, τοῦτο τί ἦν;* et alibi. Apud Plautum etiam multa sunt loca, ubi miseris illis foribus exitium comicum affertur: ubi toto convelluntur cardine, ubi nullum compendium fit pulsandi. BERG.

1102. *ἀλλ'* om. V.

με φθάσας] *μ' ἔφθασας* V.

1105. *τὴν*] *τὸν* A.

1108. *τρυβλίον* Brunckii editio. *τρύβλιον* Ald. Et sic R. aliique haud dubie codices. Qui accentus ubique restituendus: de quo semel monemus. Arcadius p. 119, 16. *τὰ διὰ τοῦ ιον τρισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τοῦ ι ρ ἢ λ, μὴ ὄντα ὑποκοριστικὰ, προπαροξύνεται, ἴκριον τὸ σανίδωμα, ἴτριον, ὄσπριον, ἔριον, μείλιον τὸ δῶρον, τρύβλιον.*

1109. *ἅπαξ ἅπαντας* R.

ἐς] *εἰς* libri.

1110. *γλῶττα—τέμνεται*] Vid. ad Pac. 1060.

κήρυκι] De linguarum victimis, vulgo Mercurio deorum nuntio mactari solitis, hic in scholiis agitur. Athenæus 1. p. 16. de Mercurio: *σπένδουσι δὲ αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες· προσνέμονται δὲ αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν·* quæ voce Græca ab Ἑρμῆς deducta *ἑρμηνεία* dicitur. De linguis cæteroquin victimarum, Mercurio sacris, in quas vinum profundebatur, unde *σπένδουσι ἐπὶ γλώσσαις*, *libant supra linguas*, modo ap. Athenæum dicitur, consuli potest Apollonii Rh. scholiastes ad 1, 517. SPANH.

τέμνεται] *γίνεται* R. et *γρ.* V. et Eustath. p. 1471, 3. Quod restituendum, *γίγνεται* scriptum. *τέμνεται* ab interprete positum. De usu illo verbi *γίγνεσθαι* dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 626 d.

1111. *δὴ* R. et Dorvill. Vulgo *γε*, quod om. V. et Mut. unus.

1113. εἴργασθ'] ἐργάσασθ' V.

1114. οὐ λιβανωτὸν, οὐ] οὐδεὶς λιβανωτὸν ἢ R.

1115. ψαιστὸν] Vid. ad v. 138.

οὐδεὲν] οὐδὲ ἓν vulgo.

1116. ἔτι θύει V. Vulgo ἐπιθύει. Sic ἔτι πλεῖ Ran. 197. in ἐπιπλεῖ corruptum fuit.

1117. ἐπεμελεῖσθ' ἐπιμελεῖσθ' R.

1119. κἀποτέτριμμαι ex R. illatum. Vulgo κἀπιτέτριμμαι, quod revocandum.

1120. μὲν om R.V. aliique.

1121. πάντ' ἀγάθ'] πάντα τἀγάθ' V.

1122. ὅσ'] θ' ἃς R.

1123. ἀναβάδην] *Leniter porrectis pedibus.* Bene scholiasta, ἄνω ἔχω τοὺς πόδας κοιμώμενος. additque sic solitos esse servos cubare, ne ex continuo per diem cursu pedes tumescerent. Non secus intelligi debet in Acharn. 398. 409. ubi pessime schol. ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος. HEMST. ad Hesych. s. v. ἀναβάδην.

1124. ζημίαν] ζημίας V.

1126. τετράδι] Nam quartus mensis dies Mercurio sacer. Vid. schol.

1127. Proverbium de illis, qui aliquid exspectant frustra; cujus originem hanc esse volunt: quum Hercules in expeditione Argonautica Hylam amisisset, eumque assidue vocasset, *ut littus, Hyla, Hyla, omne sonaret* [Virg. Ecl. 4, 44. ubi v. interpr.]: tunc vocem ex æthere esse editam, quæ diceret: ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς. Vide parœmiographos. BERG.

1128. ἧς Dorvill. et fortasse V. ἣν vulgo, et Athen. 9. p. 368 d.

1129. ἀσκωλίαζ'] Ἀσκώλια erant sacra Bacchi: quo tempore Athenienses solebant insilire uno pede in utres hircinos unctos, nunc inanes sed inflatos, nunc vino plenos, risus captandi causa: victor erat, qui in utrem insiluisset sic, ut immotus consisteret; is, præmii loco, accipiebat utrem. Hinc ἀσκωλιάζειν propr. est *altero pede sublato insilire in utrem* unctum et inflatum vinove plenum. v. Hesych. h. v. et Pollux 9, 121. deinde omnino *saltare altero pede sublato,* ut h. l. FISCHER. Quia dixerat οἴμοι κωλῆς, paronomasiam inde fecit. BERG.

1131. πρὸς] Scribendum περὶ cum V. Pac. 175. ἤδη στροφεῖ τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν. Antiphanes apud Athen. 3. p. 123 b. ἐὰν δ' ἄρα στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ' ἢ τὸν ὀμφαλόν.

σπλάγχν'] ὡς addit V.

ἔοικ' ἐπιστρέφειν] ἔοικέ τι στρέφειν R.V. In quo veræ supersunt lectionis vestigia ἔοικέ τις στρέφειν, quæ restituenda ex Mut. primo. στρέφειν σε significat στρόφον σοι παρέχειν. Conf. Galeni Glossar. Hipp. p. 566. ed. Franz.

1132. κύλιξ ἴσον ἴσῳ κεκραμένη est quum æquæ miscentur vini et aquæ partes: quam mixturam meraciorem esse scribit schol. Solebant enim plerumque plus infundere aquæ quam vini. v. Athen. 10. p. 426. Eustath. p. 1624. et ex his Spanhem. ad Call. in Pallad. 46. DUCKER.

1136. πορίσας] πορίσαις V.

1137. νεανικὸν] Magnum.

1138. οὐκ ἔκφορα] *Non efferenda*, in neutro plurali. Potest etiam scribi: οὐκ ἐκφορά· *non est exportatio illarum rerum*, ut sit substantivum feminini generis. Schol. dicit, in quibusdam sacrificiis hanc formulam adhiberi solitam, et citat versum Theopompi: εἴσω δραμὼν αἴτησον· ἀλλ' οὐκ ἐκφορά. Euphron comicus Athen. 9. p. 380 a. πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι Πολιοὶ γέροντες, πλοῦν πολὺν πεπλευκότες, λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν· οὐκ ἦν ἔκφορα. BERG. Scribendum ἐκφορά ex V. et scholiasta.

1139. ὁπότε τι] ὅτε γε R.

1140. ὑφέλοι' Dawesius et fortasse V. ὑφέλοις A. R. ὑφέλου C. D. ὑφείλου Ald. et codices multi.

σε] Scribendum σ' ἂν cum R.

1141. τε] γε R. om. V.

καὐτὸς A. B. C. D. R. V. aliique. Vulgo αὐτός.

1143. γ'] κ' V.

1144. Respicit ad amnestiam quæ Athenis instituta fuit post expulsos triginta tyrannos, de qua Justinus lib. 5, 10, 11. *discordiarum oblivionem fore*. Andocides de Mysteriis: καὶ κατέστησαν οἱ τριάκοντα—ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν etc. [p. 38. Reisk.] Φυλὴν κατέλαβες. Demosthenes contra Timocr. [p. 742. Reisk.] Μυρωνίδης ὁ 'Αρχίνου υἱὸς, τοῦ καταλαβόντος Φυλὴν, καὶ μετά γε τοὺς θεοὺς αἰτιωτάτου ὄντος τῆς καθόδου τῷ δήμῳ. Alii plerique Thrasybulum illius incepti ducem faciunt. Justinus 5, 9, 6.

Erat inter exules (qui a triginta tyrannis fuerant pulsi) *Thrasybulus—castellum Phylen Atticorum finium occupat.* Demosthenes autem in eadem oratione hunc tantum unum illorum fuisse dicit: Θρασύβουλος τῶν ἐκ Πειραιῶς καὶ ἀπὸ Φυλῆς ἦν. Debent autem verba comici allegorice accipi hoc modo: *Si tu Phylen occupasti, noli reminisci illarum injuriarum, quas perpessus es, ab illis, qui favebant dominatui triginta virorum,* i. e. *si tu dives factus es, noli reminisci injuriarum, quæ tibi adhuc pauperi a me illatæ sunt.* BERG. Phyle occupata Olymp. 94, 1.

κατέλαβες] κατέβαλες R. Ex Equitibus hunc versum citat Steph. Byz. in Φυλή.

1147. ἀλλὰ ξύνοικον R. et Dorvill. ἀλλὰ σύνοικον B. C. ἀλλ' οὖν σύνοικον Ald.

1148. ἐνθάδε] ἐνταυθοῖ R. aliique nonnulli.

1150. τί δέ; ταὐτομολεῖν] τί δέ γ' αὐτομολεῖν Ald. Correctum ex A. C. D. R. V. aliisque.

δοκεῖ] δοκεῖς V.

1151. πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ] Lysias [p. 872. Reisk.] καὶ γὰρ οἱ φύσει μὲν πολῖταί εἰσι, γνώμῃ δὲ χρῶνται, ὡς πᾶσα γῆ πατρὶς αὐτοῖς ἐστιν, ἐν ᾗ ἂν τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσιν· οὗτοι δῆλοί εἰσιν, ὅτι ἂν παρέντες τὸ τῆς πόλεως κοινὸν ἀγαθὸν, ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδος ἔλθοιεν. Ita plane noster etiam Mercurius, qui nunc dicit, ubique esse patriam, ubi bene sit; superius dicebat: καὶ τῶν μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἧττον μέλει v. 1119. BERG. Hic versus tragicum nescio quid et Euripideum spirat, cui plane congruit illa Teucri vox a Cicer. memorata Tusc. 5, 37.—*patria est, ubicumque est bene:* ubi Davisium locus Aristoph. non præteriit: ego Latinum poetam a Græco, quem vertebat, sumsisse arbitror. Sententia paululum inflexa ab Ovid. Fast. 1, 493. *Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor.* HEMST.

1153. Maluit στροφαῖον dicere, quam πυλαῖον, alludens ad *strophas* et *versutias*, quæ Mercurio etiam placuerunt. Idem autem significant ambæ istæ voces h. l. Cur autem πυλαῖος et aliis quibusdam cognominibus vocatus fuerit, refert Laërtius ex mente Pythagoræ, qui rem suæ metempsychosi applicat 8, 31. τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπέα λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον· ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ

τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς· ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης. BERG. Theognost. in Crameri Anecd. vol. 2. p. 53, 14. Στρεψαῖος ὁ Ἑρμῆς παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει παρὰ τὸ διεστράφθαι τὰς ὄψεις. Conf. ad fragm. 174.

1155. ἐμπολαῖον] Hujus cognominis exempla Spanhemius citat Acharn. 816. et Aristid. vol. 1. p. 14.

1159. ἡγεμόνιον] Affine est cognomen πομπός et πομπαῖος. Soph. Œd. Col. 1544. τῇδε γάρ μ' ἄγει Ἑρμῆς ὁ πομπὸς, sive πομπαῖος· Eurip. Med. 760. ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ πελάσειε δόμοις. Æsch. Eumen. 90. Ἑρμῆ φύλασσε· κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος πομπαῖος ἴσθι. Ubi scholia: ἐνόδιος γὰρ ὁ θεός· ergo et cognomen ἐνόδιος affine erit cognomini ἡγεμόνιος· Theocr. Idyll. 25, 3. Duplici autem respectu pleraque hæc cognomina Mercurio tribuuntur, quia et animas ducat et viatores: quum animas ducit, idem est πομπαῖος et χθόνιος· apud Sophoclem quum Ajax mortem meditatur, dicit Aj. 838. καλῶ δ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κομίσαι, ubi scholia: ψυχοπομπόν. BERG.

1161. ἐναγώνιος] Simonides ap. Athen. 9. Ἑρμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλοκάμοιο παῖς. Pind. Pyth. 2, 18. ubi schol. ἐναγώνιος δὲ Ἑρμῆς, ὡς τῶν ἀγώνων προστάτης, ὡς καὶ Αἰσχύλος· ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ. Idem autem est ἐπαγώνιος et ἀγώνιος. Æsch. Agam. 521. νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι κἀπαγώνιος ἄναξ Ἄπολλον· τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς πάντας προσαυδῶ τόν τ' ἐμὸν τιμάορον Ἑρμῆν· ad q. l. Stanleius citat Isthm. 1, 85. πάντα δ' ἐξειπεῖν ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς Ἡροδότῳ ἔπορεν. Apparet autem ex Æsch. loco non tantum Mercurium esse Agonium, sed et Apollinem et alios deos; sane ap. Soph. in Trachin. 26. etiam Jovi tribuitur hoc epitheton: Τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς. BERG.

τοίνυν A. C. D. E. R. τοίνυν γ' V. et Ald.

καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς] τί δῆτ' ἐρεῖς V.

1163. μουσικοὺς] μουσικὰς, sed γυμνικοὺς, Dorv. Antiatticista Bekkeri p. 111, 18. Ποιεῖν ἀγῶνα τραγῳδῶν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλ' ἀγωνοθετεῖν. Pollux 3, 142. οἱ δ' Ἀττικοὶ οὐ ῥᾳδίως λέγουσιν ἀγῶνας μουσικοὺς, ἀλλὰ μουσικῆς. Unde fere mavult μουσικῆς Hemsterhusius. Plato Leg. 8. p. 835 a. τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας. 12. p. 947 e. ἀγῶνα μουσικῆς αὐτοῖς, καὶ γυμνικὸν ἱππικόν τε θήσουσι. Sed affert Porsonus Leg. 2. p. 658 a. εἴποτέ τις οὕτως

ἁπλῶς ἀγῶνα θείη ὁντινοῦν, μηδὲν ἀφορίσας, μήτε γυμνικὸν, μήθ' ἱππικὸν, μήτε μουσικόν. et 8. p. 828 c. *ἔμμηνα ἱερὰ, χορούς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς.* Addo Thucyd. 3, 104. *ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός.* sed mox *μουσικῆς ἀγὼν ἦν.* Docte Basilius de leg. Græcis p. 96, 26. ed. Grot. *ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, εἰ δὲ βούλει, τῆς μουσικῆς.* DOBRÆUS.

1166. 1167. Mercurio dat R.

1167. *ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν*] Judices quotannis sorte lecti in decem partes, quas decurias vocare licebit, dividebantur, litterarum notis ab A ad K distinctas. Hæ, quum judicia habenda essent, in sortem a thesmothetis conjectæ ex iisque totidem eductæ esse videntur, quot judicia eo die futura essent. Aristophanis igitur loci sententia hæc est: haud stulte agunt judices, qui operam dare solent ut non uni sed pluribus decuriis adscribantur, quo si forte uni ex his causa nulla judicanda obvenerit, ipsi tamen propterea triobolo ne careant, sed in alia decuria, cui felicior sors fuerit, judices sedeant. SCHOEMANN. de sortitione judicum p. 16. et 20. *ἐπὶ* pro *ἐν* Suidas in *οὐκ ἐτός.*

1170. *εἶναι* Brunckius. *εἶναί μοι* libri omnes.

1171. ʽΙΕΡΕΥΣ] *ἱερεὺς τοῦ διός* R.

μοι om. R.

1172. Hæc et quæ in sequentibus famulo vulgo tribuuntur, in heri partes transferunt tres regii [et R.V.] BRUNCK.

1173. *οὗτος* om. R.V. et Mut. duo.

βλέπειν ante *ὁ* ponit V.

1181. *ἐκαλλιερεῖτο*] Gl. Dorv. *ἑόρταζεν ἐν τῷ οἴκῳ.* Grammaticum alium non novi, qui *καλλιερεῖσθαι* eum in modum exponat: neque tamen non verum est, aliquando poni de domesticis sacris, quæ intra privatos lares, adhibitis amicis, peraguntur: velut ap. Suid. in *δεκάτην ἑστιάσαι,* quum decimus infantis nati dies decucurrit, propinquis convocatis, *καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνεληλυθότας.* Videtur ad eam explicationem inductus sequenti verbo *μετεκάλει.* HEMST.

1182. *οὐδεεὶς*] Vulgo *οὐδὲ εἶς.*

1184. *μυρίοι* Kusteri et Brunckii editiones. Priores *μύριοι.* Quod revocandum. Ran. 90. *μειρακύλλια—τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια.*

1187. καταμενεῖν] καταμένειν V. καμμένειν R.

1190. ἥκων] ἐλθὼν V.

1191. ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκ' ἀλλὰ Ald. Correctum ex codd. plurimis.

1192. οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος] Exhaustum erat diuturno bello mutatæque reip. temporibus Atheniensium ærarium penitusque dissipatum: nunc non respirare tantum, sed et lacertos movere incipiebant, pulsaque dudum tyrannide clari inter Græcos ferebantur. Auguratur itaque comicus, Plutum in sedes pristinas esse reversurum, ideoque Chremylo sacerdotem adjunxit, ut ea potentissimi numinis consecratio rite procederet. HEMST.

1193. τὸν ὀπισθόδομον] Ita vocabatur ærarium Athenis et erat a tergo fani Minervæ in arce. Demosthenes [p. 170.] ἀνέωξάν τινες πρώην δήπου τὸν ὀπισθόδομον. Lucianus in Tim. c. 53. ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. BERG. ὀπισθοδρόμον V.

1196. ἔξω τις] τις ἔξω V.

1197. τὰς χύτρας] De more illo veterum, diis in dedicatione statuarum ollas coctis leguminibus plenas libaminum loco offerendi, v. schol. ad h. l. et ad Pac. 922. Henr. Valesium in notas Maussaci ad Harpocr. v. Κτησίου Διὸς, et Selden. de Synedr. vett. Hebr. 3, 14, 3. KUST.

1199. Vult dicere, opportune adesse vetulam cum varia et forte purpurea veste, ut quæ hanc pompam, qua Plutus dedicandus erat, possit ornare; πορφυροῖς γὰρ, inquit schol., καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον. BERG.

1204. In tribus Regiis hi versus Chremylo tributi sunt; unde satis liquet librarii errore in C. positam fuisse Carionis personam ante v. 1185. Utroque in loco Hemsterhusii judicium secutus sum, probabile illud quidem, ingeniosisque suffultum rationibus. Nunc tamen video nullas in extrema fabula Carionis partes esse debere. Is cum Mercurio domum ingreditur post v. 1170. nec amplius in scenam prodit. Tollatur itaque binis in locis ejus persona, eique sufficiatur Chremylus. In meo cod. Sacerdos primum cum famulo confabulatur: inducitur herus v. 1191. tribuunturque ei rursus verba τὸν Πλοῦτον, v. 1196. τὰς χύτρας, v. seq. πάντα σοι, v. 1201. reliqua famulo. Hæc distinctio vulgata, cujus vitium scite exsecutus est

Hemsterhusius, utique est melior; sed ingenio librarii debetur: conjecturisque illis omnibus potior est trium Reg. codd. fides, præsertim antiquissimorum A. D. qui nullas prorsus famulo partes tribuunt, postquam Sacerdos scenam ingressus est. BRUNCK.

1205. *ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ*] *ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις* R. Mut. duo et quattuor codices Brunckii. *ταῖς γὰρ ἄλλαις γε* V.

1206. *ἡ γραῦς* h. l. *spuma* in coctis cibis, ut ap. Athen. 13. p. 585 c. *Μενάνδρῳ τῷ ποιητῇ δυσημερήσαντι καὶ εἰσελθόντι εἰς τὴν οἰκίαν Γλυκέρα προσενέγκασα γάλα, παρεκάλει ῥοφῆσαι· ὁ δὲ, οὐ θέλω, εἶπεν· ἦν γὰρ ἐφεστηκυῖα γραῦς αὐτῷ· ἡ δὲ, ἀποφύσα καὶ τῷ κάτω χρῶ.* BERG.

1207. *ἔπεισιν* R. V. *ἔνεισιν* vulgo. Herodotus 2, 62. ab Hemst. comparatus, *τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου. ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον.*

1208. *τοίνυν* codices plurimi. *τοίνυν γ'* Ald.

1209. *ἐς*] *εἰς* libri.

NUBES.

HÆC est omnium Aristophanis comœdiarum nobilissima et artificiosissima, cujus in inveniundo argumento et disponendis partibus vim comicam exseruit admirabilem. Sed ingenii laudem pæne exstinxit invidia, quam auctori apud bonos multos conflavit Socratis derisio, cum præteritis ætatibus, tum maxime hac nostra, qua tam multi perhibentur sapientes, quia nihil magis quam sapientiam crepant. Scilicet imperitis hominibus persuasum est ab accusatoribus Socratis Anyto et Melito [Meleto], periculum suæ in illum calumniæ facere cupientibus, pretio subornatum fuisse comicum, ut sophistam in scena exagitaret, ejusque maledictis populi odium in Socratem, iramque judicum ita exarsisse, ut statim postea capitali judicio condemnatus fuerit. Ineptam historiolam nescio cujus fide in farraginem suam retulit Ælianus 2, 13, cum aliis quibusdam ad hujus comœdiæ fata pertinentibus, quæ itidem falsi arguuntur[a]. Ignorant quoque boni isti Aristophanis obtrectatores, exstitisse illius ætate acerrima jurgia inter philosophos, scenicosque poetas, maxime vero Comicos: Sophistas plurimos in scena traductos fuisse a diversis poetis, ipsumque in primis Socratem. Fabulæ, quam contra eum fecerat Amipsias, memini ad Ran. 13. Bis commissæ fuerunt Nubes. Primo olymp. 89, 1. archonte Isarcho. Aspere acceptæ fuerunt: iis prætulere judices chororum Cratini *Pytinam* et Amipsiæ *Connum*, quam Menagius admodum probabiliter eam esse autumat fabulam, in qua Socratem traducebat, ita ut bis uno die a duobus poetis comico sale defricatus fuerit Socrates. Quocirca miror egregium illum scriptorem, e quo sua hausit Ælianus, non potius de Amipsia victore cogitasse, quam de Aristophane

[a] Inter hæc illud est, Socratem in conspicuo Theatri loco sedentem, quum Nubes agerentur, surrexisse et peregrinis se ostendisse quærentibus quis ille esset Socrates Aristophaneus. Duas alias hujusmodi narratiunculas vide apud scriptorem libelli de educatione puerorum p. 10 c. et Musonium in Stobæi Floril. 20, 16. vol. 1. p. 377. ed. Gaisford. G. DINDORF.

victo, ut in eum crimen conferret præparatæ Socratis condemnationis. Sequenti anno archonte Aminia Pronapi filio, Nubes emendatas iterum docuit, verum eventu haud feliciori[b]: nec amplius postmodo eas produxit, licet subinde eas expolivisse videatur. Jam vero Socratis accusatio et mors incidit in 95, 1. quo Laches fuit archon. Itaque inter primam hujus fabulæ commissionem et Socratis condemnationem intercessere anni 23. Quo tempore vero actæ fuerunt Nubes, hominem natum Athenis non exstitisse credo, cui præsagire animus potuerit fore, ut post 23. annos impietatis reus ageretur Socrates. Sane si tum illas cum eo simultates gessissent ejus accusatores, statim eodem anno diem ei dixissent, nec populi et judicum exasperassent animos in hominem post 23. annos demum deferendum. Sed quid pluribus calumniam istam confutem, quam sua satis refellit absurditas? Et hæc tamen ratio est, cur tot hodie sapientiæ amatores infensi sint comico nostro, quem Socratis condemnationis vel causam vel instrumentum fuisse opinantur, qua de re ne cogitare quidem potuit unquam. Euripidem eodem quo Socratem defricuit sale, quod ad Thesm. 451. observavi, nec tamen eum unquam in capitis periculum adducere voluit. Comicorum procacitatem, obscenam lasciviam vituperabant sophistæ: horum comici deridebant exiles disputationes; inde eorum jurgia et perpetuæ concertationes, ab ira tamen et odio longe remotæ[c]. Singuli, ut solent agyrtæ, artem suam præ aliorum arte laudibus evehebant, quod apparet ex hoc comici loco in Ran. 1491.

χαρίεν οὖν, μὴ Σωκράτει
παρακαθήμενον λαλεῖν,
ἀποβαλόντα μουσικὴν,
τά τε μέγιστα παραλιπόντα
τῆς τραγῳδικῆς τέχνης.
τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι
καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων

[b] Sequitur Brunckius errorem novitii cujusdam grammatici, qui argumentum quartum (ed. nostræ p. 42.) scripsit. Nubes semel tantum actas, alteram autem eamque correctam editionem nunquam in scenam prodiisse gravissimo constat testimonio Eratosthenis, de quo dixi ad fragmenta p. 507, 508. De parabasi in secunda editione addita dicetur ad v. 518. G. DINDORF.

[c] Similiter judicat schol. ad Nub. v. 96. G. DINDORF.



διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι,
παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Ranæ eodem anno exhibitæ fuere, quo Socrates, prytanis quum esset, pro optimo cive se gessit in cognitione causæ præfectorum classis ad Arginusas: quod ob factum Aristophani carus esse debuit: nihilo tamen minus eum sugillavit ob disserendi de rebus subtilibus consuetudinem, et quia auditores suos a spectandis scenicis ludis avertebat. Sed non obstabat hæc sophistarum et poetarum æmulatio, quin una conversarentur, officiisque sibi responderent mutue.

Ni vera ista sunt, philosophos istius ævi eorum quos hodie videmus longe dissimiles fuisse oportet, prorsusque immutatam exinde fuisse hominis indolem. Quis enim animum inducat, Platonem in Symposio comicum nostrum cum Socrate eidem mensæ accumbentem repræsentaturum fuisse, si credidisset Aristophanem aliquid momenti ad Socratis condemnationem adtulisse, idque *pretio subornatum?* Si Socratis morte gavisus fuisset Aristophanes, quis non miraretur eundem Platonem epigramma hoc fecisse comici inscribendum sepulchro?

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Plato enim, ut refert Olympiodorus in ejus vita, ἔχαιρε πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα. BRUNCK. Socratem in hac fabula non solum suam ipsius, sed aliorum quoque sophistarum personam sustinere recte animadvertit Brunckius in annotatione ad v. 98. 255.

---

1. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον | ἀπέραντον.] Similiter Ran. 1278. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον. Hic autem ἀπέραντον adjectum est exaggerandæ rei caussa, quasi Latine dicas *quantum infinitum*, quod aliquanto gravius est quam quod dici mos est *quam infinitum*. Attulerunt hæc verba Suidas in ἀπέρατον, et, qui ἀπέραντον omiserunt, Themistius in paraphrasi Aristotelis Physic. 4. p. 45. Ald., Poly-

bius Sardianus in Iriartii Catalogo p. 148, Atticista codicis Ambrosiani in Maii Auctoribus classicis vol. 4. p. 526. Quos non mirandum est integro uti maluisse trimetro quam ex alterius versus initio adjungere quo ad demonstrandum id quod vellent opus non esset. Ceterum cum *ὅσον ἀπέραντον* non comparanda sunt, quorum ratio alia est, *ὅσον αἰσχρὸν* apud Procopium B. Gotth. p. 430 a. *ἀνέπειθον ὅσον αἰσχρὸν εἴη τῷ τῶν ἀπορρήτων βασιλεῖ κοινωνοῦντι μὴ οὐχὶ αὐτοκράτορα τοῦ στρατοῦ εἶναι, ἀλλὰ στρατηγῷ ἀνδρὶ ὑπακούειν.* et *πόσον εὐήθης* in epigrammate Anthol. Palat. 9, 592. et quæ alia hujusmodi apud scriptores recentiores leguntur.

3. *ἀπέραντον*] *ἀπέρατον* V. Ald. scholiasta et Suidas. Vitiose.

ἀπέραντον] Quemadmodum hic de longa nocte queritur Strepsiades, ita Sosia apud Plaut. in *Amphitr.* I. 1.

Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo:
nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem.

Nec mirum Strepsiadem hunc noctes insomnes ducere: hoc enim evenire solet iis, qui in magno ære alieno sunt. Apud Plautum Menæ. V. 5. rogat medicus Menæchmum:

Perdormiscin' usque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?

Cui ille respondet:

Perdormisco, si resolvi argentum, quoi debeo.

Ex Lamb. Bos Observat. critt. p. 61. BRUNCK.

4. *ἀλεκτρυόνος*] *ἀλεκτρυόνων* Simplicius ad Aristot. Phys. 4. p. 167.

6. Hoc versu utitur Libanius epist. 144. p. 73.

7. *ὅτ' οὐδὲ*] Pac. 196. *ἰή, ὅτ' οὐδὲ μέλλεις ἐγγὺς εἶναι τῶν θεῶν.*

κολάσ'] *κολάσαι* R. V. aliique nonnulli. Sic in Pace 392. *ἀλλὰ χάρισ', ὦ φιλανθρωπότατε,* iidem libri *χάρισαι.* Male Brunckius *κολάσαι 'ξεστι.* Quod non potest defendi Vesparum v. 501. exemplo *κελητίσαι 'κέλευον,* ubi crasin elisioni prætulit poeta propter metri necessitatem.

τοὺς οἰκέτας] In bellum imprecatur, quod non sinat servos castigare, qui, quum prope hostes essent, ab heris male habiti facile transfugiebant. Idcirco inter eos, quibus bellum commodum est, servos recenset, Pac. 451. Male hæc unus e scholiastis refert ad libertatis promissionem factam servis ante pug-

nam ad Arginusas, quæ contigit, a. 3. olymp. 93. diu post editam hanc fabulam. BRUNCK.

10. *ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος*] Inepte imitatur Theophylactus Simocatta Histor. p. 47 b. *ἐγκεκορδυλημένοι τοῖς ἄλγεσιν.*

13. *ὑπὸ τῆς δαπάνης*] Demosthenes p. 1046. ab Spanhemio citatus, *ἱπποτρόφος ἐστὶ καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος καὶ πλούσιος καὶ ἰσχυρὸς ὤν.* et Xenoph. Hipparch. 1, 11.

15. *ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωρικεύεται*] Theophylactus Simocatta epist. 65. p. 71. ed. Boisson. a Berglero citatus, *ξυνωρικεύεται γὰρ ἱππαζόμενος ὁ παμμίαρος.* Adde ex ejusdem Histor. p. 206 d. *ἱππάζεσθαί τε καὶ ξυνωρικεύεσθαι τὸν Μαυρικίου τοῦ Καίσαρος υἱόν.*

16. *ὀνειροπολεῖ*] Hunc locum in mente habuisse videtur Basilius M. vol. 1. p. 33 c. *ἤδη δέ τινες τῶν ἱππομανούντων καὶ ὄναρ ὑπὲρ τῶν ἵππων μάχονται, ἅρματα μεταζευγνύντες καὶ ἡνιόχους μετατιθέντες, καὶ ὅλως τῆς μεθημερινῆς ἀφροσύνης οὐδὲ ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις ἀφίστανται.*

17. *εἰκάδας*] Quum non nisi decem dies restant, et reddendum est fœnus, aut summa. Nam in mensem locabant fœneratores argentum. Infra 754. et alibi. BERG.

21. *ἴδω*] *εἴδω* R.

22. *τί*] Cur, i. e. ad quid.

23. *ὅτ' ἐπριάμην*] In recentioribus codicibus præmissum *συνῆκα* vel *συνῆχ'* ex glossemate.

24. *ἐξεκόπην*] Scribendum *ἐξεκόπη* cum Kustero. Equo si elisus fuisset oculus, non emendus fuisset Strepsiadi.

25. In somnis loquitur.

ἔλαυνε τὸν σαυτοῦ δρόμον] Nempe quod periculosum esset in curulibus agonibus ab orbita recedere: unde proverbii vice *ἔξω δρόμου* dictum apud Æschylum Choeph. 511. et *ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω* Agam. 1254. SPANHEM.

26. *τουτὶ* R. Scribebatur *τοῦτο.* Pac. 64. *τοῦτ' ἔστι τουτὶ τὸ κακὸν αὔθ' οὑγὼ 'λεγον.*

28. *τὰ πολεμιστήρια*] *ἅρματα* recte intelligit scholiasta. Quocum Stephanus in Thesauro comparavit Xenophontem Cyrop. 8, 8, 26. *οἷα σφίσι τὰ πολεμιστήρια ὑπάρχει.* ubi *ἅρματα* præcessit sect. 24. Πολεμιστήρια autem dicuntur quia *οἱ ἡνίοχοι καθωπλισμένοι ἤλαυνον,* ut ait scholiasta.

30. *τί χρέος ἔβα με*] Phrynichus p. 391. ed. Lobeck. 'Αττικὸς

ἂν φαίνοιο καὶ ἐπιμελὴς, εἰ διὰ τοῦ ω χρέως λέγεις. (Sequuntur verba Aristophanis.) ἔοικε δὲ παρῳδηκὼς εἰρηκέναι, διόπερ οὐ χρηστέον αὐτῷ. Non videntur Phrynicho in promptu fuisse verba Euripidis ab scholiasta memorata τί χρέος ἔβα δῶμα. Idem Hippol. 581. τί ποτ' ἔβα κακόν;

31. Ἀμυνίᾳ] ἀμεινίαι V.

32. ἐξαλίσας] In pulvere volutans: quod διακονίεσθαι dicit Hippocrates epist. p. 1293, 22 de equo Eurylochi, ὁπότε διακονίεσθαι ἤθελεν. Xenophon a Berglero citatus Œcon. 11. 18. ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει. Vide eundem de re eq. 5, 3. cum annotatione Schneideri.

33. μέλ'] μέλε' cum apostropho libri plurimi: de quo in posterum plerumque tacebo.

ἐξήλικας] Locutionem Latinam *evolvi bonis* comparavit Kusterus.

35. ἐνεχυράσασθαι] Scribendum ἐνεχυράσεσθαι, quod Kusterus tacite posuit. Futurum præbet codex unus Mutinensis, in quo ἐνεχυρίσεσθαι scriptum, fortasse pro ἐνεχυριάσεσθαι. Conf. ad v. 1141. ἐνεχυράσεσθαι forma media, *pignora ablaturos*. Gl. ἐνέχυρον ἐξ ἐμοῦ λαβεῖν. At infra v. 241. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι significatione passiva, *pignora a me capiuntur*. V. Salmas. de modo Usur. p. 549. BRUNCK.

37. δήμαρχός τις] τις δήμαρχος V. et sex septemve codices recentiores. Quod præferendum videtur. Ceterum recte scholiasta, παίζων τὸν κόριν ἢ τὴν ψύλλαν καλεῖ. Idem de demarchorum officio copiose exposuit. Theodorus Hyrtacenus in Notit. MSS. vol. 7. p. 740. a Boissonadio citatus, δάκνει μέ τις δήμαρχος ἐκ τῶν γραμμάτων. Plutarch. Moral. p. 1044 d. οἱ κόρεις ἐξυπνίζουσιν ἡμᾶς.

39. δ'] μὲν libri deteriores.

40. τρέψεται] στρέψαι R. στρέψεται V. Acharn. 833. πολυπραγμοσύνη νυν ἐς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.

41. Euripidis Medeæ initium contulit scholiasta, εἴθ' ὤφελ' Ἄργους μὴ διαπτάσθαι σκάφος.

44. εὐρωτιῶν] ἐξήγησίς ἐστι τοῦ εἰκῇ κείμενος. τοῖς γὰρ εἰκῇ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἱδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος· ὥσπερ αὖ ἐπιμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν ποιητῶν τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται, ὥς φησι Μένανδρος· ὡς εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται. Suidas.



ἀκόρητος] Gl. ἀκαλλώπιστος. Eustathius ad Il. p. 951, 41. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἀκόρητόν φασι τὸ ἀκαλλώπιστον καὶ ἀφιλοκάλητον, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ κωμικὸς ἐν τῷ, βίον ἀκόρητον, εἰκῇ κείμενον. τοῦ δὲ τοιούτου ἀκορήτου θέμα τὸ κορῶ. ἐξ οὗ ἐκκορεῖν Ἑλλάδα ἡ κωμῳδία λέγει, τὸ ἐκκενοῦν καὶ καθαίρειν ὡσεὶ καὶ ἐσαροῦτο κατὰ τὰς φιλοκαλουμένας οἰκίας. Respicit versum Pacis 59. BRUNCK.

45. στεμφύλων] Gl. τεταριχευμέναις σταφύλαις. Falso. Phrynichus [p. 505. ed. Lob.] στέμφυλα. οἱ μὲν πολλοί, τὰ τῶν βοτρύων ἐκπιέσματα, ἀμαθῶς· οἱ δ' Ἀττικοί, στέμφυλα τὰ τῶν ἐλαῶν. Thomas M. p. 809. στέμφυλα οἱ πολλοί, τὰ τῶν βοτρύων μετὰ τὸ ἐκπιεσθῆναι· οἱ δ' Ἀττικοί, στέμφυλα τὰ τῶν ἐλαῶν. BRUNCK.

46. Μεγακλέους τοῦ Μεγακλέους] Non ab nominativo Μεγακλέης τοῦ Μεγακλέους, sed Μεγακλέης ὁ Μεγακλέους. Alcmeonidas autem, e quibus fuit Megacles, nominat ut familiam generis et antiquitate in nobilitate insignem; de qua vide Boeckh. in commentario ad Pindarum p. 303.

48. ἐγκεκοισυρωμένην] Etym. M. p. 310, 44. ἐγκεκοισυρωμένος: ὑπερήφανος, κεκαλλωπισμένος.—εἴρηται παρὰ τὴν Κοισύραν, ἥτις ἦν μήτηρ Μεγακλέους καὶ Ἀλκμαίωνος γυνή, ὑπερήφανος καὶ καλλωπίσμασι πολλοῖς χαίρουσα. εἰς δὲ τὸ λεξικὸν κεῖται ἀντὶ τοῦ τρυφῶσαν. In ἐγκεκριωρωμένην corruptum apud Hesychium. Infra v. 800. de Phidippide, κᾆτ' ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων τῆς Κοισύρας. Conf. Elmslei. ad Acharn. 614.

52. Κωλιάδος, Γενετυλλίδος] Eadem Veneris epitheta conjunxit Lys. 2.

53. ἐσπάθα] Citat locum hunc Harpocratio in ἐσπαθᾶτο. Aristænetus epist. 2, 12. Ἐγὼ δὲ θοἰμάτιον αὐτῇ δεικνὺς, ὅπερ ἂν τύχω φορῶν, κωμικῶς τὴν ἄσωτον ὑπαινίττομαι φάσκων· ὦν γύναι, λίαν σπαθᾷς. Cæterum jocus loci hujus latet in ambiguitate vocis σπαθᾶν, quæ tam *texere* vel *telam densare*, quam *dilapidare* et *prodigere* ap. Græcos significat, ut schol. recte monet. KUST. Hesych. σπαθᾷ: τρυφᾷ, ἀναλίσκει, ἀσώτως καὶ ἀφειδῶς ἀλαζονεύεται. Libanius vol. 4. p. 143, 13. ἤνεγκα γυναῖκα σπαθῶσαν, ὀλεσίοικον. Similis lusus in ambiguitate vocabuli ἱστός est apud Strabon. 8. p. 378. ubi de meretrice Corinthum navigante agitur, καὶ δὴ καὶ μνημονεύεταί τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φιλεργὸς εἴη οὐδ' ἐρίων ἀπ-

τοιτο, εἰπεῖν, ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ.

56. ἔλαιον] In Av. 1588. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ. BERG.

57. τὸν πότην ἧπτες λύχνον] Lucernam, quæ multum olei bibit propter crassa ellychnia. Lucianus dixit ex contrario, *siticulosum ellychnium*, cui non satis olei affunditur: πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις, in Timone c. 14. BERG. Vid. Valcken. ad Callimachi fragm. p. 191.

58. ἔλθ'] Codices quidam deteriores ἴθ', quod Suidas quoque habet in δεῦρο, ex interpretatione. Conf. ad v. 822. et Eq. v. 150. Contra scholiasta Sophoclis Antig. 742. ἰὼν explicat per ἐλθών.

59. θρυαλλίδων] θρυαλίδων R. Pro ὅτι τῶν apud Suidam in θρυαλλίς scriptum τῶν γάρ.

60. οὑτοσὶ] οὑτοσὶν aliquot codices.

61. τἀγαθῇ A. C. R. V. aliique. τὴγαθῇ Ald.

62. δὴ 'ντεῦθεν] δ' ἠντεῦθεν R. δῆν ἐντεῦθεν V. Vulgo δὴ ταῦτ'. Quod ex δὴ 'νταῦθ' corruptum videtur.

64. Ξάνθιππον] Xanthippi plures fuerunt in familia Alcmeonidarum.

Χαίριππον V. Scribebatur Χάριππον. Utraque nominis forma usitata. Vide Athenæum 10. p. 415 e. 14. p. 644 f. Andoeidem p. 5, 39. Differunt autem sic ut Χαιρεκλῆς et Χαρικλῆς, Χαιρέδημος et Χαρίδημος, Χαιρεμένης et Χαριμένης, Χαιρέλεως et Χαρίλεως. In R. librarii errore κάλλιππον.

Καλλιππίδην] καλιππίδης R. Sic apud Athen. 12. p. 535 d. apographum Florentinum καλιππίδης ὁ τραγῳδός.

65. τοῦ πάππου] Quæ usitata Græcis ratio fuit, abs qua raro discesserunt. Sic Περικλέης Περικλέους, Δημοσθένης Δημοσθένους.

Φειδωνίδην] Infra v. 134. Φείδωνος υἱὸν se dicit Strepsiades, ut solent variari nominum propriorum terminationes. Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 996.

66. ἐκρινόμεθ'] *Litigabamus*. Cum verbis Euripidis Med. 596. ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα comparavit Elmsleius.

67. Φειδιππίδην] Phidippi nomen jam apud Homerum legitur: Phidippidis antiquiora exempla nulla sunt. Nam suspectum est exemplum Herodoti 6, 105. ubi qui memoratur Phidippides ab aliis scriptoribus pluribus Philippides vocatur.

70. ξυστίδα nominat, quia hoc ἱππικὸν ἔνδυμα erat, ut Harpocratio aliique grammatici annotarunt. Eadem ἁρματηλάτας usos esse tradunt scholiastæ ad hunc locum et ad Theocrit. 2, 74. Porro scholiasta, ξύστιδα προπαροξύνουσιν. Hoc accentu ξύστις in lexico rhetorico in Bekk. Anecd. p. 284, 14. et ξύστιν in verbis Diphili apud Pollucem 10, 62. λήκυθον ξύστιν (adde τ') ἔχεις.

71. Φελλέως] φυλλέως R. Vid. ad Acharn. 273.

73. ἐπίθετο R. aliique pauci. Vulgo ἐπείθετο.

74. ἵππερον] ἵππερος scholiastæ dictum videtur ut ἴκτερον. Photius p. 111, 3. ἱππέρων: τὸν ἐφ' ἵπποις ἔρωτα. Recte Photius, nisi quod mos Atticorum postulat ut ἵππερων scribatur retracto accentu.

μου κατέχεεν] Editiones veteres et pars codicum κατέχεε. Quod Salmasius in Exerc. Plinianis p. 398. posuit κατέχεέ μου, memoriæ errore posuit, quæ eum tripliciter fefellit scribentem τὸν ἵππερον κατέχεέ μου τῶν πραγμάτων.

75. φροντίζων, ὁδοῦ | μίαν] Male in Ald. distinctum φροντίζων ὁδοῦ, μίαν —.

76. εὗρον ἀτραπὸν] ἀτραπὸν εὗρον V.

78. τουτονὶ] οὑτοσὶ V.

82. εἰπέ μοι Phidippidi continuat R.

83. τουτονὶ] Male scholiasta de signo aliquo Neptuni cogitat. οὗτος etiam de absentibus dicitur majoris ἐναργείας caussa. Acharn. 427. ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί. Ran. 429. Καλλίαν τοῦτον τὸν Ἱπποβίνου, quod scholiasta explicat ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι. Plato Gorg. p. 470 d. Ἀρχέλαον τοῦτον τὸν Περδίκκου. Similiter Latini *hic* pronomine utuntur.

87. πιθοῦ] πιθοῦ μοι R. πιθοῦμαι V.

πίθωμαι Dawesius. Libri antiqui πείθομαι, recentes πιθοῦμαι. Vesp. 760. Βδελ. ἐμοὶ πιθοῦ. Φιλ. τί σοι πίθωμαι. Hic quoque in libris scriptum πείθομαι, quod emendavit Porsonus. Av. 164. Πεισθ. εἰ πίθοισθέ μοι. Ἔποψ. τί σοι πιθώμεσθα;

91. Διόνυσον] διόνυσσον R. Vid. ad Acharn. 525.

νυν] *νύν γ'* codices recentes.

92. *θύριον*] *θυρίδιον* R. V. Thesm. 26. *ὁρᾷς τὸ θύριον τοῦτο;* *τῳκίδιον*] *τῳκίδιον* R. *τόκίδιον* V.

94. *φροντιστήριον*] Vocibus *φροντιστοῦ* et *φροντιστῶν* de Socrate et ejus discipulis, unde *φροντιστήριον* hic dicitur Socratis schola, non solum Aristophanes aliquot in hac fabula locis, sed etiam Plato et Xenophon usi sunt. SPANH.

96. *ὡς ἔστιν πνιγεὺς*] Hoc inventum Hipponi philosopho tribuerat Cratinus in *Πανόπταις*, ut refert scholiasta. Metoni geometræ tribuitur in Avibus 1001.

97. *κἄστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος*] Euripides Bacch. 292. *τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος.* BERG.

98. *ἀργύριον ἤν τις διδῷ*] De Socrate vere dici hoc non potuit, qui nunquam ab auditoribus suis mercedem accepit. [Vid. Xenoph. Memor. 1, 2, 6.] Sed hoc faciebant plerique alii sophistæ. Hac autem fabula sub persona Socratis philosophos omnes traducit Aristophanes, et quæ singulis in ratione vitæ et doctrina inerant ridicula, ea simul omnia in Socratem confert. Sic solent etiamnum comici nostri, qui in personam aliquam fictam vitia et ridicula congerunt in multis hominibus observata. Hoc non ignorabant Athenienses, quorum nulli non notus erat Socrates. Hujus observationis meminisse lectorem velim ad omnes locos, ubi Socrati, qui philosophorum omnium personam sustinet, vel dogmata vel actiones tribuuntur, a quibus eum scimus fuisse alienissimum. BRUNCK.

99. *λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα*] Quod rhetorum quidem vel sophistarum proprium exstitit, non vero Socratis, de quibus ab eo dicitur apud Platonem in Euthydemo p. 272. *οὕτω δεινὼ γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως ἐάν τε ψεῦδος ἐάν τ' ἀληθὲς ᾖ.* SPANH.

101. *μεριμνοφροντισταὶ*] Euripides philosophos vocat *μεριμνητὰς λόγων* Medea v. 1228. BERG.

103. *τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους*] Citat hunc locum Athenæus 5. p. 188. C. Eodem respexisse videtur Theocritus 14, 3. *ἀφίκετο Πυθαγοριστής, ὠχρὸς κἀνυπόδατος.* Color nempe pallidus in philosophis præcipue notari solebat. Hinc Lucianus init. Jov. Tragœd. *ὠχρὸς περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων.* Idem in Icarom. c. 5. philosophis tribuit *προσώπου τε σκυθρωπότητα καὶ χρόας ὠχρότητα.* Vide eumdem in Bis accus.

c. 16. Cum pallore philosophorum comicus hic conjungit *ἀνυποδησίαν*. Solebant enim philosophi austeriores et adstrictioris vitæ discalceati incedere: quod Socratem fecisse discimus ex v. 362. itemque ex Xen. Mem. 1, 6, 2. Sic ap. Athen. 4. p. 163 e. Diodorus Aspendius philosophus dicitur *ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν*. Alciphron Epist. 1, 3. *ἤκουσά τινος τῶν ἐν τῇ Ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων*. Intelligit philosophos Stoicos. Lucianus in Icaro-Menippo c. 31. philosophum describens, præter alia ait: *αὐχμῶ καὶ ψυχρολουτῶ καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι.* Cynici præcipue, qui aliis philosophis austeriores videri volebant, nudis pedibus incedere solebant. Hinc apud Lucianum in Dialogo Cynici et Lycini c. 1. Lycinus alteri inter alia objicit *τὸ ἀνυποδητεῖν*. Lucillius in epigr. Anthol. [Palat. 11, 153.] Menestratum Cynicum vocat *ἀνυπόδητον καὶ ῥιγοῦντα*. Interdum tamen viros etiam splendidioris fortunæ et dignitate conspicuos discalceatos incessisse legimus, ut aliis patientiæ et adstrictioris vitæ exemplum præberent. Sic de Catone Uticensi testatur Plutarchus in ejus vita c. 6. eum, etiam quum prætor esset, *sine calceis et tunica* sæpe ad tribunal accessisse: *ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προσερχόμενος*. Idem de Phocione c. 4. tradit: *ὅτι κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας ἀνυπόδητος ἀεὶ καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν*. Photius in Bibliotheca p. 1485. de Lycurgo oratore: *ἀνυπόδετος τὰ πολλὰ διῆγε, εἰ μὴ τὸ πρέπον αὐτὸν ἐβιάζετο πρὸς τὴν τῶν ὑποδημάτων κατελθεῖν χρείαν*. Vide etiam Philostratum in epist. ad *μειράκιον ἀνυπόδητον* [p. 922. ed. Olear.] ubi *τὴν ἀνυποδησίαν* laudat, eamque heroibus et philosophis convenire ait. Agesilaus jam senex *ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προῄει* teste Æliano V. H. 7. 13. ubi vide Periz. KUST.

104. Hunc versum om. R.

Χαιρεφῶν] Qui Socrati fuit *ἑταῖρος ἐκ νέου*, ut ait Plato Apol. p. 21. Comicorum in Chærephontem dicteria collegit scholiasta ad locum Platonicum.

105. *ἢ ἤ*] Præstat *ἠή* scribi.

106. *ἀλλ' εἴ τι κήδει*] Acharn. 1028. *ἀλλ' εἴ τι κήδει Δερκέτου Φυλασίου*. BERG.

107. *σχασάμενος τὴν ἱππικήν*] Synesius epist. 128. *τοῖς Φυκουντίων κωπεῦσι διείλεγμαι, σχασάμενος ἱππικήν*. BERG.

108. *οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι*] Acharn. 966. *οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα.*

109. *τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας*] Dubitatum ab grammaticis esse refert scholiasta, utrum equi an aves intelligendi sint *Φασιανοί*. De Leogora, Andocidis oratoris patre, tantum constat, hominem fuisse luxuriosæ deditum vitæ, cui non solum mensæ lautiores, sed etiam rei equestris studium apprime conveniunt; ut hoc quidem argumento dijudicari nequeat quo sensu *φασιανοὺς* dixerit Aristophanes. Nihilominus certissimum est equos esse intelligendos, quam interpretationem non solum mores Phidippidis postulant, sed etiam usus loquendi exigit. Nam *φασιανοὶ ἵπποι* dici solent, *φασιανικοὶ δὲ ὄρνεις*, ut Herodianus præcepit, in appendice ad Phrynichum p. 459. ed. Lobeck., Atticorum veterum linguam, non Aristotelis et recentiorum scriptorum consuetudinem respiciens, qui plurima dixerunt veteribus inaudita. Lepide autem Phidippides ab equitandi studio ne tum quidem destiturum se esse dicit si præstantissimi equi Leogoræ sibi offerantur, cujusmodi fere *ὑπερβολῇ* Chremylus in Pluto v. 600. utitur, *οὐ γὰρ πείσεις*, inquiens, *οὐδ' ἢν πείσῃς*. Equos Phasianos, ex Colchide, regione tam dissita, Athenas adductos non erat quod miraretur Kusterus, quum hodie quoque viri ditiores interdum equis utantur ex Arabia adductis. Ceterum quod Athenæus 9. p. 387 a. alteram illam de avibus interpretationem probasse creditur, injuria fit viro eruditissimo. Nam totum illum locum, *καὶ τὸ ἐν Νεφέλαις δ' ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἔγωγε ἀκούω καὶ οὐκ ἐπὶ ἵππων ὡς πολλοί, τοὺς φασιανοὺς, οὓς τρέφει Λεωγόρας. δύναται γὰρ ὁ Λεωγόρας καὶ ἵππους τρέφειν καὶ ὄρνεις φασιανούς. κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιαλγεῖ*, ipsum genus dicendi manifeste prodit non ab Athenæo scriptum, sed ab lectore aliquo vel librario esse insertum, qui Platonis comici testimonium ex scholiasta Aristophanis petivit.

112. *ἄμφω τὼ λόγω*] Vide infra v. 886. Isocrates in encomio Helenæ sub initium, *δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν*. BERG.

113. *τὸν κρείττον' ὅστις ἐστὶ καὶ τὸν ἥττονα*] Socrati ab accusatoribus objectum fuit, ut apud Platonem legitur Apolog. p. 19. *ὅτι περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆν καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ καὶ ἄλλους ταῦτα διδάσκει.* Istud autem

non in philosophorum quidem, sed in rhetorum scholis agitatum, et quid proprie denotet, ab Aristotele traditur Rhetor. 2, 24. Ibi enim duo adponit verisimilia: unum quidem vere tale, alterum vero non simpliciter; ut, si quis de illatis verberibus accusatus, paratam habeat defensionem, quod sit debilis nec proinde illo crimine teneatur; seu, si sit robustus, non esse verisimile, eum esse illi culpæ obnoxium, quia verisimile futurum erat, ut videretur. Quibus addit continuo philosophus: *καὶ τὸ τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν τοῦτ' ἔστι.* Nec dissimulat, moleste tulisse homines *illam Protagoræ professionem*, seu *τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα.* Hic enim *Protagoras* (non autem Socrates ejusve discipuli) *sophistarum acerrimus*, ingenti pecunia, ut de eo Gellius N. A. 5, 3. extr. docere pollicebatur, *quanam verborum industria causa inferior fieret potior. Quam rem Græce ita dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.* Idem *ἥττων λόγος* s. *inferior causa, χείρων λόγος* s. *pejor causa* dicitur ap. Lucian. Vit. Auct. c. 27. ubi mercator ad emtum modo a se servum ait, eum a se mox in pistrinum conjectum iri, *quo illum sat certum reddam, me herum ejus esse secundum pejorem causam, πείσω εἶναι δεσπότης, κατὰ τὸν χείρω λόγον.* SPANH. V. Perizon. ad Ælian. V. H. 2, 13.

114. om. R.V.

115. *τἀδικώτερα*] *τἀδικώτατα* Ald. et aliquot codices.

118. Idem versus 1250.

121. *Δήμητρα*] *δήμητραν* V. aliique, vitio solemni. Vid. ad Thesm. 289.

ἔδει] Persona secunda futuri *ἔδομαι.* Vid. Eccles. 595. BRUNCK.

122. *σαμφόρας*] *σαπφόρας* codices deteriores: quæ recentior est vocabuli forma, de qua vide annotationem ad scholia. *συμφόρας* apud Athenæum xi. p. 467 b.

123. *ἐξελῶ*] *ἐξολῶ* R. Qui *ἐξελῶν* pro *ἐξολῶν* recte præbuit Eq. 143.

126. *πεσὼν γε κείσομαι*] Metaphora ducta a luctatoribus, qui victi jacent. Æsch. Eumen. 592. *ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.* Apud comicum Eccl. 962. *τὴν θύραν ἄνοιξον τήνδ'· εἰ δὲ μή, καταπεσὼν κείσομαι.* BERG.

127. *διδάξομαι*] I. e. *ipse me docendum alteri præbebo.*

Verba enim media plerumque passionem significant cum actione conjunctam: veluti λούσομαι, *lavabor* i. e. *me ipsum lavabo*, vel, *me lavandum aliis præbebo:* κείρομαι *me ipse tondeo*, vel, *tondendum me alteri præbeo:* et similia. Solent enim Græci de hominibus, qui vel a se ipsi, vel ab aliis volentes quid patiuntur, loquentes adhibere verba media, quæ ideo etiam ἀντιπεπονθότα, vel αὐτοπεπονθότα vocant. Egregius est hanc in rem locus ap. Philon. de Caino [vol. 1. p. 153.], ubi de verbo κείρεσθαι agens, in significatione ejus sic distinguit, ut dicat oves, pelles et alia inanimata, sive actione carentia, sensu passivo dici κείρεσθαι; at hominem, qui sponte se tondendum præbeat, et sic actionem aliquam passioni admisceat, sensu medio κείρεσθαι. Ὥσπερ γὰρ, inquit, τὸ κείρεσθαι διττόν· τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν, τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν. Πρόβατον μὲν γὰρ ἢ δέρμα ἢ τὸ λεγόμενον κῴδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν καὶ σχηματίζων καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν. Vide etiam Menag. ad Diog. L. 7, 64. KUST.

128. ἐς] εἰς libri.

130. σχινδαλάμους, formam Atticam, de qua vid. ad Ran. 819, restituit Brunckius. σκινδαλάμους codices recentiores et Suidas in σκινδάλαμος. σκινδάλμους R. V. σκινδαλμοὺς Ald. et scholiasta ad v. 855.

131. στραγγεύομαι] στραγεύομαι R. V. Qui scribendi modus ferit ut hoc verbum sæpissime in στρατεύομαι corrumperetur. Vide Hesychii interpretes ad στρατεύομαι.

133. βάλλ'] βάλ' V. et codex unus Dobræi.

134. Κικυννόθεν] κικυνόθεν et v. 210. κικυνεῖς R, scriptura vitiosa. Vide exempla inscriptionum apud Boeckhium Corp. Inscr. vol. 1. p. 328. 346.

136. ἀπεριμερίμνως] Hoc adverbio non raro utuntur scriptores recentiores. Vide, ut his utar, Synesium p. 38 b. Nicephorum Gregoram Hist. Byz. p. 69 a. Georgium Pachym. Michael. Pal. p. 320 b.

137. ἐξήμβλωκας] Gl. ἡμιτελῆ ἐποίησας διαφθείρας. Allusio ad Socratis matrem quæ obstetrix erat: ipse autem dicere solebat se eandem artem exercere, ὅτι τέχνην ἔχω τὴν μαιευτικὴν, καὶ διὰ ταύτης ποιῶ τοὺς νέους ἀποτίκτειν τὰ νοήματα ἐν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ. Schol. BRUNCK. Vide Platon. Theæt. p. 149.

ἐξευρημένην] Scribendum ἐξηυρημένην ex Etym. M. p. 80, 9. De augmento hujus ceterorumque ejusdem generis verborum jam veteres grammaticos in diversas partes abisse scimus, aliis ηυ, aliis ευ probantibus, aliis utrumque admittentibus. ευ qui probarunt quæritur unde resciverint, quod veteres scribebant ΕΥΡΟΝ, id εὗρον potius quam ηὗρον esse. Recte Elmsleius ad Eurip. Heracl. 305. et Med. 191. ubique ηυ restituendum esse præcipit. ἐξηυρέθη codices præbent Aristophanis Pac. 129. Eadem est ratio verborum ab οι diphthongo incipientium, velut οἰμώζειν οἰνοῦν οἴχεσθαι, quorum augmentum non raro servarunt libri antiquiores.

138. οἰκῶ] ἥκω codex Cantabrigiensis unus.

141. νυν] νῦν R, ut solent libri vetustiores, de quo in posterum non monebo.

142. ἐς] εἰς libri præter codicem Mutinensem unum.

143. δὲ ταῦτα] δέ σε ταῦτα libri deteriores.

μυστήρια] Aristænetus 2, 5. μυστήριά σοι ταῦτα γεγράφθω. Ælianus epist. 1. ταῦτά σοι, πρὸς τοῦ Πανὸς, μυστήρια τὰ μεγάλα ἔστω. BERG.

145. ψύλλαν] Prom. c. 6. ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσαι καὶ Νεφέλαις ξυνόντας, ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας κ. τ. λ. Item [scriptor recentissimus] in Philopatr. c. 12. σίγα τὰ νέρθε καὶ τὰ σιγῆς ἄξια· οὐκ ἔσθ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Xenophon. Symp. 6, 8. ubi Syracusanus ad Socratem: ταῦτα μὲν ἔα· ἀλλ' εἰπέ μοι, πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει. ταῦτα γάρ σε φασὶ γεωμετρεῖν. KUST. Apud Xenophontem scribendum cum Jacobsio πόσους ψύλλης πόδας ἐμοῦ ἀπέχεις. Quod ab Aristophane sumpsit Xenophon.

ἅλλοιτο] ἅλοιτο R. V.

147. τὴν σωκράτους R. Legebatur τοῦ Σωκράτους.

148. τοῦτ' ἐμέτρησε] τοῦτο διεμέτρησεν R, et sic (vel τοῦτο διεμέτρησε) alii pauci cum grammatico Hermanni p. 383. Hinc in recentioribus quibusdam codicibus, qui ipsi quoque διεμέτρησε præbent, τοῦτο pronomen est ejectum, quo multo magis opus est quam διά præpositione, quæ fortasse ex διατήξας est repetita.

150. ἐς] εἰς libri.

τὼ πόδε] Sic numero duali τοῖν ποδοῖν de scarabæo utitur Pac. 7.

151. ψυγείσῃ] ψυχείσῃ codex Cantabrigiensis unus, recte. Mœris p. 421. ψυχῆναι Ἀττικῶς, ψυγῆναι Ἑλληνικῶς. ἀπεψύχη ex Æschylo servavit Hesychius. Apud Aristidem vol. 1. p. 321, 8. ubi ψυχθὲν legebatur, vetusti codices Laurentiani ψυχὲν servarunt. ψυγῆναι frustra defendunt Buttmannus gramm. vol. 1. p. 450, et Lobeckius ad Phrynich. p. 318. Vera ratio non fugerat Elmsleium, quem vide ad Eurip. Suppl. 543. in diario classico Londinensi fasc. 16. p. 439.

Περσικαί] Vile genus calceamenti, de quo vid. Brisson. de regno Pers. p. 253. περσικά V, male: vid. ad Lys. 229. Περσικαί ex hoc loco citat Pollux 10, 168. male ἀναξυρίδας interpretatus.

152. ὑπολύσας] ἀπολύσας Synesius p. 40 b.

161. διὰ λεπτοῦ V. et Dorvillianus. Plerique libri διαλέπτου, vocabulum aliunde non cognitum, præbent, quod ex διαλεπτοῦ ortum, quæ est paucorum codicum scriptura.

163. κοῖλον] Ad πρωκτὸν referri animadvertit scholiasta.

166. τρισμακάριος] τρισμακάριοι aliquot libri non optimi.

168. δίοιδε] διοῖδε R.

170. ὑπ' ἀσκαλαβώτου] *Stellio lacerti genus est, quo Galli, Germani, Anglique carent; cujus proinde nomen ii nullum habent.* Harduinus ad Plinium vol. 1. p. 606. Quin juxta Plinium vol. 2. p. 508. stellio, quem Græci coloten vocant, et ascalaboten, et galeoten, in Italia non nascitur. BRUNCK.

178. 179. Demetrius περὶ ἑρμηνείας 153. *ἔστι δέ τις καὶ ἡ παρὰ τὴν προσδοκίαν χάρις, ὡς ἡ τοῦ Κύκλωπος, ὅτι ὕστατον ἔδομαι Οὖτιν. οὐ γὰρ προσεδόκα τοιοῦτο ξένιον οὔτε Ὀδυσσεὺς οὔτε ὁ ἀναγινώσκων. καὶ ὁ Ἀριστοφάνης ἐπὶ τοῦ Σωκράτους, κάμψας— θοἰμάτιον ὑφείλετο.* Recte Demetrius hoc παρὰ προσδοκίαν dictum censet eamque ipsam ob caussam locum quoque, ubi acta res est, in postremis demum verbis nominat discipulus non, ut alioqui oportebat, in principio narrationis.

178. κάμψας] κάψας R.

διαβήτην λαβὼν] ὡς optime gl. cod. Harleiani, quum sensus sit διαβήτῃ χρώμενος. DOBRÆUS ad Pluti v. 314.

179. ἐκ τῆς παλαίστρας] Id est ex ἀποδυτηρίῳ τῆς παλαίστρας. Sic in ἀποδυτηρίῳ Lycei versatur Socrates apud Platonem Euthyd. p. 272. extr. *κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα, οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ μόνος, καὶ ἤδη ἐν νῷ εἶχον*

ἀναστῆναι· ἀνισταμένου δ' ἐμοῦ ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. πάλιν οὖν ἐκαθεζόμην, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτω, ὅ τ' Εὐθύδημος καὶ ὁ Διονυσόδωρος καὶ ἄλλοι μαθηταὶ ἅμα πολλοί, ἐμοὶ δοκεῖν.

θοἰμάτιον] Epictet. dissert. 4, 2, 20. p. 658. *ἀλλὰ λέγει Ἀριστοφάνης* (v. 103.) *τοὺς ὠχριῶντας τοὺς ἀνυποδήτους λέγω. λέγει γὰρ καὶ ἀεροβατεῖν αὐτὸν* (v. 225.) *καὶ ἐκ τῆς παλαίστρας κλέπτειν τὰ ἱμάτια. θοἰμάτιον* cum articulo dicit pallium intelligens ejus cui problema geometricum, adstantibus discipulis, explicabat Socrates animi avertendi caussa: quemadmodum in Ranis v. 148. dixit *ἢ παῖδα βινῶν τἀργύριον ὑφείλετο.* Frequens autem illud fuisse furti genus ex eo colligi potest quod summa legum severitate opus fuit ad fures ab gymnasiis arcendos. De quo Demosthenes in Timocr. p. 736. *καὶ εἴ τίς γ' ἐκ Λυκείου ἢ ἐξ Ἀκαδημείας ἢ ἐκ Κυνοσάργους ἱμάτιον ἢ ληκύθιον ἢ ἄλλο τι φαυλότατον ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν* (ὁ Σόλων) *εἶναι τὴν ζημίαν.* Aristoteles Problem. 29, 14. *ἐὰν μέν τις ἐκ βαλανείου κλέψῃ ἢ ἐκ παλαίστρας—θανάτῳ ζημιοῦται.* Quos duos locos attulit Suevernius in commentatione de Nubibus p. 17. Simile commentum de trulla ab Socrate surrepta ex Eupolide memorat scholiasta, *δεξάμενος δὲ Σωκράτης Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.* Cujusmodi criminationes non est dubitandum quin spectatoribus non ignominiosæ, sed ridiculæ visæ sint. Ceterum quod ad pecuniam attinet pallio vendito paratam, comparandus Themistii locus or. 1. p. 12 d. *οἱ δὲ πολλοὶ* (*βασιλεῖς*) *ἀνθρώπων μὲν ἄρχουσι, χρυσίου δὲ ἐπιμελοῦνται, καὶ πλουτεῖν μὲν ἐπιθυμοῦσι καὶ οἴονται, πένονται δὲ χαλεπώτερον τῶν οὐδὲ σμικρὸν εὐπορούντων. οἱ μὲν γὰρ θαἰμάτια πολλάκις δι' ἔνδειαν ἀποδίδονται, οἱ δὲ τὴν ἀγαθὴν εὔκλειαν ἀνταλλάττονται ἀργυρίου.* Magistri exemplum imitantes discipuli postmodum Strepsiadem ipsum in *φροντιστήριον* ingressum pallio et calceis exuunt: vide v. 856, 858, 1498.

180. *Θαλῆν*] Plautus Capt. 2, 2, 24. *Eugepæ! Thalem talento non emam Milesium; Nam ad hujus sapientiam* [*sapientiam hujus*] *ille nimius nugator fuit.* Contra Av. 1010. ille, qui se simulat admirari sapientiam Metonis, dicit: *ἄνθρωπος Θαλῆς.* BERG. *θαλῆν* R.

182. *Σωκράτη*] *σωκράτην* libri scripti plerique omnes contra

Atticorum veterum consuetudinem, de qua verissime præcepit Elmsleius ad Euripidis Supplices ex edit. Marklandi v. 928. (*Quarterly Review* 14. p. 453.) Infra v. 355. καὶ νῦν γ' ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες. Hic quoque κλεισθένην R. V. aliique libri plurimi.

185. εἰκέναι] Perperam vulgo ἐοικέναι. Mœris εἰκὼς, Ἀττικῶς, ἐοικὼς, Ἑλληνικῶς. In Conc. impressi etiam exhibebant v. 1161. προσεικέναι. In Vesp. 1321. εἰκότας. Quibus in locis altera forma metro non repugnabat. Sic etiam Av. 1298. Ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ εἶκεν ὄρτυγι. Ad hæc aliaque exempla εἰκέναι, εἰκότες ubique scribendum, ni metri lex obstet, ut Vesp. 1309. ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγί. 1413. γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ. Eandem medelam feci Euripidi in Bac. 1273. μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι; Sic Sophocles Philoct. 903. ὅταν λιπών τις, δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα. BRUNCK.

186. τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς] Vid. ad Eq. 55.

189. τουτογὶ Porsonus. τοῦτό γε libri plerique, inter quos R. V. Pauci τοῦτ' ἔτι.

192. δ'] γ' A. C. D. et duo codices Dobræi. δ' R. Particulam om. V.

ἐρεβοδιφῶσιν] Verbum Aristophaneum ad se transtulerunt Theophylactus Simoc. epist. 24. et Anna Comnena Alex. 1. p. 19 b. LOBECK. ad Phrynich. p. 629.

195. ἐπιτύχῃ] περιτύχῃ codex Dorvillianus, ex glossemate, quod superscriptum in codice Cantabrigiensi uno.

201. ἀστρονομία μὲν αὑτηί] Astronomiæ deditum fuisse Socratem, vel ex his quæ ap. Plat. de Rep. 7. p. 517. de scientiæ illius a juvenibus addiscendæ præstantia disserit, liquere sat potest. Conf. Leg. 7. p. 809. 818. Adde quod a Xenoph. Mem. 4, 7. traditur, hortari solitum Socratem καὶ ἀστρονομίας ἐμπείρους γίγνεσθαι. SPANH.

202. γεωμετρία] Idem quoque de geometria, eaque a tenera ætate, ex scito Socratis, addiscenda tradunt Xenophon et Plato, ille Memor. 4, 7, 3. hic in Phileb. p. 56. et de Republ. 7. p. 527, ubi quum ad rei bellicæ administrationem, tum ad omnes artes geometriæ utilitatem prædicat. Apud Xen. vero, quo usque incumbendum geometriæ et a quibus abstinendum, docet Socrates. SPANH. Conspicit Strepsiades instrumenta astronomica et geometrica.

χρήσιμον] τὸ χρήσιμον V. Quod ferri posset si legeretur τούτου τί ἐστι τὸ χρήσιμον;

203. κληρουχικήν] Agros captarum urbium, qui Atheniensibus sorte distribuebantur. Vid. Harpocrat. in κληροῦχοι. SPANH.

206. γῆς περίοδος πάσης] Hoc est quod πίνακιον dicit Ælianus V. H. 3, 28. ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην—ἤγαγεν εἴς τινα τόπον ἔνθα ἀνέκειτο πινάκιον ἔχον γῆς περίοδον καὶ προσέταξε τὴν Ἀττικὴν ἐνταῦθα ἀναζητεῖν.

210. Κικυννῆς Brunckius. Libri vel κικυνεῖς, ut R, vel κικυννεῖς, ut V. Vid. ad v. 134.

212. μακρὰ] Eubœa erat oblonga insula, unde et Μάκρις dicebatur, teste Stephano Byz. et scholiasta. BERG.

213. ἡμῶν] ὑμῶν libri deteriores.

παρετάθη] Aliter accepit rusticus hanc vocem, hoc sensu, *Eubœa extensa est et prostrata*, i. e. devicta et subjecta. BERG. Vide Thucyd. 1, 114.

215. πάνυ] πάλιν V. Lectionem ab scholiasta memoratam μέγα, quæ alterius scripturæ interpretatio est, sequitur Suidas in μέγα. Utrumque conjunctum est in B. πάνυ μέγα.

218. κρεμάθρας] Per machinam ostenditur Socrates ridiculi causa, sublimis, in corbe pensili. Glossæ: κρεμάστρα *carnalium*. Schol. dicit esse *vas, in quo reliquias obsoniorum solemus reponere*. Comicus ipse mox ταρρὸν vocat. Glossæ: Ταρρὸς, *crates*. BERG. κρεμάστραν ex Nubibus memorat Pollux 10, 56. quam formam ex Aristot. Rhetor. 3, 11. indicat Spanhemius. κρεμαθρῶν producta syllaba media legitur v. 869. κρεμάθρα dialecto Atticæ, κρεμάστρα vulgari tribuit Mœris p. 242. Nec Pollux κρεμάστρα scripserat, sed, quod librorum diversitates ostendunt, κρεμάθρα.

219. αὐτὸς] Hoc pronomine discipuli magistrum (ut in notissimo illo αὐτὸς ἔφα), servi herum significare solent, ut post Casaubonum annotavit Kusterus.

221. σὺ om. V.

225. Hoc versu Strepsiades acerbe utitur in exitu fabulæ 1503.

225. ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον] Quæ hic Socrati affinguntur, de aliis sophistis, quos sub persona Socratis univer-

sos irridet comicus, vera sunt: at ille, ut ait Cicero Academ. I. a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocavit philosophiam, et ad vitam communem adduxit, ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quæreret. Cœlestia autem vel procul esse a nostra cognitione censebat, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum. BRUNCK.

227. *εἴπερ*—] Strepsiadis sermonem abrumpit Socrates: dicturus erat ille *εἴπερ ἔξεστι περιφρονεῖν τοὺς θεοὺς δηλονότι.* Sic sententiam supplet scholion ms. in A. BRUNCK. Nulla aposiopesis. Ad *εἴπερ* ex præcedentibus verbis repetendum *δεῖ περιφρονεῖν.*

230. *ἐς*] *εἰς* libri.

τὸν ὅμοιον ἀέρα] Pertinet ad opinionem Ionicorum de anima, quam inde ab Anaximene dicebant *ἀεροειδῆ* auctore Plutarcho de plac. philos. 4, 3. ERNESTI.

234. *κάρδαμα*] Nasturtium terræ humorem et vicinarum plantarum adtrahere dicitur, quod peculiarem vim exsiccandi omniumque humorem superfluum tollendi habere crederetur. Unde Persis familiarem fuisse *nasturtii* usum, e Xenoph. Cicer. Strab. viderunt jam alii, qui de hac planta egerunt viri docti; quod urinam, sputa et emunctiones narium illud comprimeret, quæ singula a Persis turpia ducebantur, ut a Xenoph. Cyrop. 1, 2, 16. traditur. Quo spectat etiam comici locus Thesm. 616. Κλ. *πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ.* Μον. *νὴ Δί', ὦ μέλε, Στραγγουριῶ γάρ· ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.* Κλ. Τί *καρδαμίζεις;* (*Quid nasturtia narras?*) Illud vero *ἔφαγον κάρδαμα* ibi dictum, juxta receptum ap. Græcos proverbium *ἔσθιε κάρδαμον,* de quo parœmiographi. Mitto alium hujus voc. usum Vesp. 453. *βλεπόντων κάρδαμα* de iis, qui *acerba* vel *aspera* vident, et Conc. 291. *βλέπων ὑπότριμμα.* SPANH. Vide interpretes Theophrasti H. P. 7, 1.

235. *τί φῄς;* extra versum positum ut in Eq. 1346.

236. *ἐς*] *εἰς* libri.

238. *ἵνα με διδάξῃς* R. et codices quattuor Dobræi. Legebatur *ἵνα μ' ἐκδιδάξῃς.*

οὕνεκ'] *εἵνεκ'* codex Harleianus unus. Scribendum *ἕνεκ'* cum Bentleio. Conf. ad v. 1217. 1236.

239. ἦλθες δὲ κατὰ τί; Pac. 192. ἥκεις δὲ κατὰ τί;

243. ἐπέτριψεν] ἔτριψεν R. V. Et sic V. in scholio quoque, ubi Venetus 475. ἐπέτρεψεν.

248. θεοὶ ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι.] Sic Euripides, qui philosophus etiam erat, et insuper poeta bonus, in Ranis ait v. 889. ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι, θεοί. Philosophorum de diis opiniones exagitat comicus, absque ullo religionis studio. Nam et ipse deos passim in fabulis suis irridet. Qui autem deos ita ridicule traduxit, non ægre ferre potuit, si quis eos nihil esse doceret. Quod autem Socrates ait νόμισμα, id alio sensu accipit Strepsiades, nimirum pro *nummo*. BRUNCK.

ὄμνυτ'] ὄμνυτε R. et ὤμνυτε V, ἢ in proximum versum translato.

249. σιδαρέοισι] Formam Doricam, qua dialecto Byzantii utebantur, Platonis ex Pisandro exemplo confirmat scholiasta, χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις, | ὅπου σιδαρέοισι χρῶνται. De numis ferreis Byzantiorum dixit Hemsterhusius ad Polluc. 10, 78. Aristides vol. 2. p. 145, 15. οὐδὲ γὰρ εἰ Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσι, τούτου χάριν εἰσὶ δίκαιοι Ἑλλήνων καταγελᾶν.

252, 253. νεφέλεσιν et ἡμετέρεσι R. νεφέλαις et ἡμετέραις V.

252. ἐς] εἰς Ald. et codices deteriores.

257. Respicit ad Sophoclis *Athamantem coronatum*, quo in dramate introducebatur Athamas caput corona redimitus, aræque admovebatur Jovis, ut immolaretur, Phrixoque, qui mortuus esse credebatur, pœnas lueret; at interventu Herculis nuntiantis Phrixum vivere et apud Colchos esse, liberabatur. BRUNCK. Vide scholiastam. Uxori Athamantis nomen fuit Νεφέλη.

ὥσπερ με] Eadem collocatio verborum Vesp. 363. ὥσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν | τηροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους.

θύσετε] θύσητε V.

258. ταῦτα πάντα R. V. aliique: πάντα ταῦτα Ald. et codices pauci.

259. ποιοῦμεν] ποοῦμεν R.

260. τρίμμα] Av. 431. τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον.

κρόταλον] *Homo nimium tinniens*, tamquam *cymbalum*, quod levi impulsu sonitum ingentem edit: *homo agilis*, *versutus*, *vafer*. Ita Ulyssem κρόταλον dicit Cyclops ap. Eurip. Cycl. 104. Idem Ulysses κρότημα dicitur Rhes. Eurip. 499. BERG.

261. ἀτρέμας vulgo. ἀτρεμί R: quæ forma etiam v. 390. fortasse est restituenda, ubi libri optimi ἀτρέμα præbent. ἀτρεμεὶ scribendum esse præcipiunt Theodosius Grammat. p. 75. et Herodianus qui dicitur Epimerism. p. 255, corrigendus ex Boissonadii Anecdotis vol. 1. p. 405. Et ita in Alexidis versu apud Athenæum 9. p. 383 d. codex Venetus. Ejusdemmodi est ἠρεμὶ, de quo ad Ran. v. 315. dicetur.

262. καταπαττόμενος παιπάλη γενήσομαι] *Dum hæc dicit, comminuit super Strepsiadis capite lapides friabiles, aut eum farina conspergit, ut victimæ solebant* mola *conspergi; nam et iste tanquam victima coronatus erat.* Ita Berglerus e scholiaste. Sed aliter hæc acceperunt veteres magistri: glossa, καταπαττόμενος ὑπὸ σοῦ ταῖς πληγαῖς διὰ τὰ μαθήματα, παιπάλη γενήσομαι. *Ita me pugnis comminues, ut facile pollen fiam.* BRUNCK. Verissima est et sacrificiorum ritui accommodata interpretatio scholiastæ veteris.

263. ὑπακούειν] ἐπακούειν R. V. Quod de diis potius dicitur preces exaudientibus quam de hominibus auscultantibus.

264. ἀμέτρητ' Ἀὴρ] Aërem et ætherem Socrates invocat tamquam Jovem. Hinc et Euripides, qui solebat Σωκράτει παρακαθήμενος λαλεῖν, ut cum comico dicam ex Ran. 1532, alicubi dixit: Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον ἀέρα | Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις· | Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. [Vid. Valcken. Diatr. p. 47.] Quod ita vertitur ap. Cicer. de nat. deor. 2, 25.: Vides sublime fusum, immoderatum æthera, Qui tenero terram circumjectu amplectitur? Hunc summum habeto divûm, hunc perhibeto Jovem. BERG.

ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον] Terram in medio universi sitam undique cœlo et aëre circumfundi, neque terram opus habere, ut aëre, quem hic invocat Socrates, fulciatur, tradit disserens cum Socrate Simmias in Plat. Phædone p. 107. Adde Aristot. de Cœlo 2, 13. SPANH.

265. Αἰθὴρ] In Ran. 793. Euripides precatur: Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα. Hic in Nub. 569. καὶ μεγαλώνυμον ἡμετέρον πατέρ' αἰθέρα σεμνότατον, βιοθρέμμονα πάντων. BERG.

267. μήπω μήπω γε] μήπω γε μήπω γε R.V.

καταβρεχθῶ] καταβραχῶ R.

268. μὴ κυνέην Salmasius ad Tertullian. p. 400. Legebatur μὴ κυνῆν (κυνὴν R.V.), consentientibus scholiasta Vesp. 443.

Avium 7. Pluti 469. et Eustathio p. 1542, 42. Verum videtur *μηδὲ κυνῆν*, quod servarunt codex Vaticanus Kusteri et a pr. manu Baroccianus 127.

κακοδαίμον'] *δύστηνον* V. et codex Vaticanus et Mutinensis unus, ex glossemate.

270. *ἱεραῖς* om. V.

271. *'Ωκεανοῦ πατρός*] Ex diversis locis vocat Nubes. Similiter Æsch. Eumen. 292. Orestes invocans Palladem: *ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς, Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου τίθησι—πόδα· εἴτε Φλεγραίαν πλάκα—ἐπισκοπεῖ. ἔλθοι· κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν, ὢν θεός.* Vocat autem *Oceanum patrem* Nubium, quia inde maxime oriuntur; proinde nemo putet hoc ita accipiendum esse, ut illud Homericum [Il. Ξ, 276.] *'Ωκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.* BERG.

Νύμφαις] Male *σὺν Νύμφαις* interpretatur scholiasta.

272. *προχοαῖς*] *προχοὰς* V. et Suidas in *ἀρύτεσθε*. Quod recipiendum.

χρυσέαις] Non cum synizesi pronunciandum est, sed anapæsti mensuram habet. Libri deteriores quidam et Suidas *χρυσέοις*. Euripides Ion. 434. *χρυσέαις | πρόχουσιν ἐλθὼν εἰς ἀπορραντήρια | δρόσον καθήσω.*

ἀρύτεσθε Suidas. Libri *ἀρύεσθε*.

πρόχουσιν] *προχόοισι* R. *προχόοισιν* V. Recentiorum codicum varietates sunt *πρόχοισιν προχοῖσιν προχόησιν προχοαῖσιν προχόοις*. Retinui dativi formam anomalam *πρόχουσιν*, quam non solum Suidæ codices optimi, partim sic partim *πρόχυσιν* exhibentes, confirmant, sed etiam loci Euripidei consensus commendat. *πρόχοισιν* probabant Porsonus et Dobræus, cui simplex *χουσίν* librarios decepisse videbatur. Idem tamen deminutivi formam *προχούδιον* ex Etym. M. p. 563, 39. memorabat. Dativi singularis exempla *χρυσείῃ προχόῳ* ex Antimacho apud Athen. 11. p. 468. et *ἀργυρέᾳ προχόῳ* ex Philoxeno ib. 15. p. 685. memoravit Berglerus.

274. *ὑπακούσατε* V. *οὑπακούσατε* R. Vulgo *ἐπακούσατε*, quod revocandum. Vide ad v. 263.

ἱεροῖσι] *ἱεροῖς* V. *ἱερεῖσι* (i. e. *ἱερεῦσι*) cum gl. *ὑπηρέταις* codex unus Cantabrigiensis Dobræi: alius *θεοῖσι*.

χαρεῖσαι] *φανεῖσαι* libri aliquot, inter quos V. et codex Cantabr. modo memoratus.

275. *ἀέναοι*] *ἀένναοι* V. aliique.

277. *εὐάγητον*] Scholiastæ duplex interpretatio est, *πανταχοῦ φερομένην ἢ λαμπράν*. Priorem qui probarunt, pro *εὐήγητον* dictum acceperunt, frigido epitheto. Recte alii *λαμπράν*: quo sensu non raro *εὐαγής* dicitur. Vid. Elmsl. ad Eurip. Bacch. 660.

278. *βαρυαχέος*] *βαρυηχέος* V. Av. 1750. *ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί.*

282. *καρπούς τ' ἀρδομέναν* A. V. et qui *ἀρδομένην* scribunt R, Harleianus et Baroccianus Porsoni. In aliis *καρπούς τ' ἀρδομέναν θ'*, vel *καρποὺς ἀρδομέναν θ'*. *καρπούς τ' ἀρδομέναν* si scripsit Aristophanes, non solum forma media pro activa usus est, sed etiam significationem ei tribuit cujus nullum aliud inventum est exemplum: nam valde dissimilia sunt quæ interpretes contulerunt. Quamobrem revocanda scriptura vulgata *καρπούς τ' ἀρδομέναν θ'*. Brunckius *καρπούς τ' ἀλδομέναν* nullis allatis hujus formæ exemplis.

286. *μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς*] *μαρμαρέαισιν αὐγαῖς* V. et libri aliquot deteriores. Alii *μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς*.

289. *ἀθανάτας ἰδέας* R, quam lectionem scholiasta memorat. Legebatur *ἀθανάταις ἰδέαις*.

294. *οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω*] *οὕτως γὰρ αὐτὰς τετραμμένω* (sic) V.

295. *νυνί γ' ἤδη*] *νῦν ἤδη* duo codices.

296. *σκώψει* Elmsleius ad Acharn. 278. Libri *σκώψῃς*. *σκώψεις* Brunckius.

μηδὲ] *οὐδὲ* V.

ποιήσεις Brunckius. Libri *ποιήσῃς*.

οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι] Id est *οἱ κακοδαίμονες οὗτοι τρυγῳδοί*. Comœdia olim *τρυγῳδία* appellabatur, nec unquam isto nomine tragœdia appellata fuit, quod videbimus ad Acharn. 400. Perperam in C. D. *τραγοδαίμονες*. BRUNCK.

300. *λιπαρὰν*] Sic *λιπαραὶ Ἀθῆναι* Eq. 1327. et Pind. Isthm. 2, 30. *λιπαραῖς ἐν Ἀθήναις*, ac Nem. 4, 29. *λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν*. Sic de Attica Eurip. Iph. T. 1131. *λιπαρὰν γᾶν*, in quibus locis *splendida urbs* vel *regio* vel *terra* dicitur, non *pinguis*; qualis utique non erat Attica, quæ contra *λεπτόγεως* ob *agri tenuitatem* a Thucyd. 1, 2. dicitur et similiter a Galeno Protrept. c. 7. non celebrata quidem Attica *διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν· λεπτόγεως γάρ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας*. SPANH.

χθόνα] ἐς χθόνα R.V.

Παλλάδος, εὔανδρον γᾶν om. R.

303. μυστοδόκος δόμος] Schol. τὴν Ἐλευσῖνα λέγει.

306. ὑψερεφεῖς] ὑψηρεφεῖς R.V. aliique. Pauci ὑψιρεφεῖς. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 685.

307. πρόσοδοι] πρόδομοι R.V.

πρόσοδοι] *Sacrificia publica et solemnes pompæ ad delubra deorum.* In Pac. 396. καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγάλαισι διαπαντὸς, ὦ δέσποτ', ἀγαλοῦμεν. Av. 854. προσόδια μεγάλα, σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν, ἅμα δὲ—πρόβατόν τι θύειν· ubi de eadem re paullo ante loquens, dicebat: ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ, ut idem sit πομπὴ quod πρόσοδος s. προσόδιον. Herodotus 2, 58. conjungit πανηγύρεις, πομπὰς et προσαγωγὰς, ubi etiam dicit, hos ritus ab Ægyptiis, primis eorum inventoribus, ad Græcos manasse. Πανηγύρις δὲ ἄρα, inquit, καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. BERG.

310. παντοδαπαῖς R.V. et quattuor codices Brunckii. παντοδαπαῖσιν Ald.

311, 312. Intelligit Dionysia magna, quæ mense Elaphebolione, id est ineunte vere, agebantur. Quo ipso tempore hæc fabula in scenam fuit producta.

312. ἐρεθίσματα] *Instigationes.* Eurip. Bacch. 148. δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων. BERG.

312. Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν] *Gravis cantus* s. *sonitus tibiarum.* Eurip. Bacch. 160. λωτὸς βρέμει. Ibid. 156. βαρύβρομα τύμπανα dixit: in Hel. 1367. βαρύβρομον αὐλόν. BERG. μοῦσσα R.

316. ἀνδράσιν ἀργοῖς] ἀργὸς et ἀργία de vita otiosa philosophorum dictum illustravit Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 857.

318. κροῦσιν καὶ κατάληψιν] Hinc rhetor quidam dicitur κρουστικὸς et καταληπτικός Equit. 1379. BERG. Photius p. 177, 17. vitiosa usus scriptura, Κρεῦσις: ἀντὶ τοῦ παραλογισμός.

320. καπνοῦ producta syllaba prima dixit, quod licuit in tetrametris anapæsticis, splendidiore genere metri. Sic ἀγρῶν et κιχλῶν spondei mensuram habent Av. 579. et 596.

323. ἐς τὴν Πάρνηθ'] Utitur his verbis Stephanus Byz. in

Πάρνης, ut ostendat non solum masculino, sed etiam feminino genere hoc nomen dici. Photius p. 398, 11. *Πάρνης: τὸ ὄρος θηλυκῶς· Ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι καὶ τὸν Λυκαβηττόν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. καὶ ἑξῆς.* De quo loco dixi ad fragmenta p. 509.

324. *ἡσυχῇ αὐτὰς*] *ἡσύχως αὐτὰς* R.V. Reliqui libri partim sic partim *ἥσυχα ταύτας*, quæ incauti librarii conjectura est non cogitantis *αὐτὰς* hic aptius dici quam *ταύτας*. Recte Elmsleius in diario classico 11. p. 138. *ἡσυχῇ αὐτάς*. *ἡσυχῇ* est in Pluto v. 692. 735.

326. *παρὰ*] *πρὸς* V. et duo codices Porsoni.

τὴν εἴσοδον] Qua chorus intrat scenam.

νυνὶ V. et alii non pauci. *νῦν* R, Ald. *νῦν καὶ* aliquot codices, inter quos A.

μόλις οὕτως R. Libri reliqui vel *μόλις ὁρῶ*, quod est in V, vel *μόλις ἀθρῶ*, quod habet A. Thucyd. 6, 23. *μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα τῶν μὲν κρατεῖν—.*

327. *νῦν γέ τοι* om. R.

κολοκύνταις] MS. Arundel. *κολοκύντας*. KUST.

329. *ᾔδης*] *ᾔδεις* R.V, ut vulgo. Correctum ex aliquot codicibus.

330. *καπνὸν* C. V. Vulgo *σκιὰν*, quod habent R. et codices plerique.

331. *οἶσθ'*] *ἀλλ' ἴσθ'* aliquot libri, particula ex superiore versu repetita.

332. *Θουριομάντεις*] Notat præcipue Lamponem vatem, quem Athenienses cum aliis quibusdam præfecerant coloniæ Sybarin, quæ postea *Thurium* dicta est, deducendæ, ut testatur Diod. Sic. 12, 10. et schol. comici ad h. l. et ad Av. 521, ubi addit, quod præcipue ad hanc rem facit, *ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως*. BERG.

ἰατροτέχνας] Medicos videtur intelligere eos, qui vel publice conducerentur, ut Democedes ante hæc tempora conductus fuerat ab Atheniensibus, teste Herodoto 3, 131: vel qui in prytaneo etiam alerentur, ut Hippocrates et ejus posteri. Soranus in vita Hippocratis: *καὶ παρ' Ἀθηναίοις (ἔτυχε τιμῶν), οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν καὶ πολίτην ἔγραψαν καὶ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους.* Pertinet autem ad medicos etiam meteorologia.

Hippocrates de Aëre, Aquis et Locis [c. 1. §. 8.] *οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν.* BERG.

σφραγιδονυχαργοκομήτας] Vocem hanc Etym. M. p. 739. sic explicat: *ὁ ἄσωτος, παρὰ Ἀριστοφάνει· ἀπὸ τοῦ σφραγὶς καὶ ὄνυξ καὶ ἀργὸς καὶ κόμη, οἱονεὶ ὃς φέρει τοὺς δακτυλίους μέχρι τῶν ὀνύχων καὶ ὃς ἀεργός ἐστι καὶ κομᾶται.* KUST.

333. *κυκλίων τε χορῶν*] Schol. recte de choris dithyrambicorum locum hunc interpretatur. Illorum enim chori dicebantur *κύκλιοι*, uti ipsi poetæ dithyrambici *κυκλιοδιδάσκαλοι.* v. Av. 1403. et ibi schol. KUST.

ᾀσματοκάμπτας] *ἀσματοκάμπας* V.

334. *ἀργοὺς*] *ἀργῶς* V.

ὅτι ταύτας μουσοποιοῦσιν] Conf. Pac. 831.

335. *ἐποίουν*] *ἐπόουν* R.

στρεπταιγλᾶν] *στρεπταίγλασ* R. Libri reliqui partim *στρεπταίγλαν* partim *στρεπταιγλᾶν.* Utramque scripturam memorat scholiasta; qui Philoxenum dithyramborum poetam his verbis rideri annotavit. *στρεπταίγλαν* Bentleius recte interpretatur *tortum fulgur emittentem.*

336. *ἑκατογκεφάλα*] *ἑκατοντακεφάλα* aliquot codices.

Τυφῶ] *Τυφὼς* est ventus vehemens, qui in vorticem, contortus intra densam nubem luctatur; qui si ibi accendatur, fit *πρηστήρ*, et aërem igne inficit, ut docet Aristoteles Meteor. 3, 1. Veteres, qui res naturales fabulis involvere solebant, unum ex gigantibus, qui diis bellum intulerint, faciunt hoc nomine. Æsch. Prom. 352. *δάϊον τέρας ἑκατοντακάρηνον Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς—ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας.* BERG.

337. *ἀερίας διερὰς*] *Νεφέλας* dicit. *ἀερίους διερὰς* A. *ἀερίους διεροὺς* C.

338. *θ'*] *δ'* V.

κατέπινον] Lucianus in Asino c. 28. *μάζας ὅλας ποιοῦσα κατέπινεν.* Plato in Euthyphr. c. 6. *καὶ τοῦτον (τὸν Δία) ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ.* Lucianus de eadem re in Saturn. c. 5. *ἐκείνη δὲ (ἡ Ῥέα) ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκέ σοι καταπιεῖν* (dedit tibi deglutiendum). Alciphron Ep. 1, 22. *πρὸς τὰς καταπόσεις (τοῦ πλακοῦντος) εὐτρεπιζόμενος ad absorbendam*

placentam meipsum parans; ubi videri possunt quæ annotavi. BERG.

339. μεγαλᾶν—κρέα τ'] μεγάλαν—κρέατ' libri scripti. In nonnullis formæ sunt vulgares κεστρῶν—μεγάλων ἀγαθῶν—κιχηλῶν.

ὀρνίθεια] ὀρνίθια R.

κιχηλᾶν] κιχλᾶν V. aliique. Formam trisyllabam ex hoc loco et ex Epicharmo memorat Athenæus 2. p. 64 f. et Etymol. MS. Leidense apud Kœnium ad Gregor. Cor. p. 226. Utitur formis Doricis dithyrambicorum poetarum more.

340. δή μοι] δὴ νῦν R.V.

343. δ' οὖν R. Legebatur γοῦν.

344. δὲ ῥῖνας] δέ γε ῥῖνας R.V. aliique multi.

345. ἂν] ἄν σ' R.V.

348. πάνθ'] πᾶν Vaticanus Kusteri.

ὅ τι] ὅ τι ἂν R. aliique. ὅσα V. Lectio interpolata ab librariis, quos offendit πάνθ' ὅ τι. Euripides Ion. 233. πάντα θεᾶσθ' ὅ τι καὶ θέμις ὄμμασι.

ἦν] εἰ V.

349. ἄγριον] I. e. παιδεραστὴν, ut monet schol. Idem confirmat Eustath. p. 1448, 4. Παιδοπῖπαι δὲ, οὓς ἀγρίους ἔφη σεμνότερον ὁ κωμικός. V. etiam Harpocr. in ἀγρίους. KUST.

τὸν Ξενοφάντου] Scholiastes Hieronymum, dithyrambicum poetam, dicit esse Xenophantis hujus filium; iste ergo unus est ex illis *hirsutis*. In Acharn. 389. λαβὲ—παρ' Ἱερωνύμου—κυνῆν. Ubi schol. ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν. BERG. τὸν ξενοφῶντα V.

350. ᾔκασαν] εἴκασαν R. aliique.

351. Σίμωνα] Hujus et infra 399. meminit tanquam perjuri. BERG.

355. γ' additum ex R.V.

Κλεισθένη] Vid. ad v. 182.

356. τοίνυν] τοίνυν γ' codices nonnulli hic et v. 392. 429.

357. κἀμοὶ φωνὴν] φωνὴν κἀμοί γ' codices pauci, inter quos V.

358. παλαιογενὲς] παλαιγενὲς V, unde in deterioribus libris quibusdam interpolatum παλαιγενὲς ὦ.

361. Προδίκῳ] Hoc loco quidem videtur honoris caussa nominare Prodicum: sed in Av. 692. Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν

εἴπητε τὸ λοιπόν. BERG. De Prodico vid. Xenoph. Memor. 2, 1. Platon. Hipp. maj. p. 282 c. Prodici discipulum se appellat Socrates Protag. p. 341 a.

362. *παραβάλλεις*] Libri multi, in quibus Ravennas, vitiose *παραβάλλει*: recte V. aliique *παραβάλλεις*, quod præter Suidam in *τὠφθαλμώ* et Eustathium p. 768, 10. agnoscit Philodemus in voluminibus Herculan. Oxonii editis vol. 1. p. 22. *Βρενθυόμενος καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλων* dixit Plato Sympos. p. 221 b. ad hunc locum respiciens.

364. *σεμνὸν*] *τερπνὸν* V. aliique.

365. *τοι*] *μοι* R.

367. *ποῖος Ζεύς*] *ποῖος Ζεὺς δ'* R, particula ex superiore versu illata.

ληρήσεις] *ληρήσῃς* libri plurimi.

369 *αὐτὸ*] *τοῦτο* libri aliquot deteriores.

371. *αἰθρίας*] Produxit iota, ut in hujusmodi substantivis, quæ iota breve inter duas syllabas longas positam habent, facere solent epici. Cratinus apud Ælian. N. A. 12, 10. *φέρε νυν σοι | ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος.* *αἰθρίας οὔσης* V. et Suidas in *ἀποδημεῖν*.

372. *τοῦτο*] Libri aliquot *τούτῳ*.

τῷ νυνὶ λόγῳ] *τῷ νῦν λόγῳ* Suidas ex hoc loco, ut videtur, posuit quamvis cum interpretatione inepta *ἀντὶ τοῦ ποίῳ*. Probabilis est Porsoni correctio *νὴ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γε τοι δὴ τῷ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας*. Ran. 1047. *νὴ τὸν Δία τοῦτό γέ τοι δή.*

προσέφυσας] Glossæ: *ἥρμοσας. καλῶς καὶ ὡς ἔδει προσήρμοσας.* Æschylus Suppl. 284. *καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ.* ubi schol. *προσφύσω, ἀποδείξω.* BRUNCK.

373. *οὐρεῖν*] *οὐρῆν* dici, ut *πεινῆν* et *διψῆν*, tradunt recentiores grammatici, Beza grammat. lib. 3. p. 67. et Chrysoloras *Ἐρωτημ.* p. 104. Quod parum probabile videtur.

374. *τετρεμαίνειν*] *τετραμμαίνειν* V. Conf. ad v. 294. Male recentiores aliquot codices *τοῦθ' ὅ με ποιεῖ*—.

375. *ὦ πάντα σὺ τολμῶν*] Soph. Œd. Col. 761. *ὦ πάντα τολμῶν.* BERG.

377. *εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι*] Similis Epicuri sententia de tonitru dicentis ap. Diog. Laert. 10, 100. fieri illud *κατὰ ῥήξεις δὲ νεφῶν καὶ διαστάσεις per nubium ruptiones et abscessiones.* Aristot. Meteor. 2, 19. *οὕτως γὰρ ἐν τοῖς νέφεσι γιγνομένη ἡ τοῦ*

πνεύματος ἔκκρισις πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν νεφῶν ἐμπίπτουσα ποιεῖ τὴν βροντήν. SPANH. Antiquiorum philosophorum opiniones leguntur apud Plutarchum de placitis philos. 3. 2. BECK.

380. *αἰθέριον δῖνον* quum dicit, Euripidis tangit doctrinam ab Anaxagora petitam: de qua præter eos, qui de historia philosophiæ scripserunt, quæ ad Euripidem spectant indicavit Valckenarius in diatribe de fr. Eur. p. 38. seqq. HERMANN.

ἐλελήθη Brunckius. Libri ἐλελήθει.

382. *οὐδέν* duo tresve codices, inter quos Baroccianus 127. Reliqui *οὐδέ* cum Ald.

384. *εἰς ἀλλήλας*] *ἀλλήλαισι* V. et Parisini duo.

πυκνότητα] *ὑγρότητα* V.

385. *'γώ σε*] *γ' ὥς σε* aliquot libri. Male.

387. Suidas: *διεκορκορύγησε. κορκορυγεῖν λέγουσι τὸ λαλεῖν τὴν γαστέρα. ἐμιμήσαντο δὲ τῇ φωνῇ τῶν ἐντέρων τὸν ἦχον.* Schol. *ἤχησε*. male. Verbum enim hic transitivum est: *agitatione sonitum edere fecit.* Derivatum verbum a nomine *κορκορυγὴ*, quod ab Hesychio exponitur, *κραυγὴ, βοὴ, ταραχὴ μετὰ θορύβου*. Occurrit istud nomen Lys. 491. Pace 991. BRUNCK.

390. *ἀτρέμας*] *ἀτρέμα* R.V. Vide ad v. 261.

παππὰξ παππὰξ] *παπὰξ παπὰξ* A. *παππὰξ* semel R, *παπὰξ* semel V.

παπαπαππὰξ] Sic R. Simplex *παπὰξ* est in V. Pauci *παπαπαπὰξ*. Alii aliter. Similiter versu proximo variatur.

394. *ἄρα*] *οὖν* V. Hunc versum Strepsiadi recte tribuunt aliquot codices Dobræi. Similiter Strepsiades 353. *ταῦτ' ἄρα ταῦτα Κλεώνυμον.*

βροντὴ καὶ πορδὴ] Strabo 14, p. 675. ubi agitur de Athenodoro Tarsensi, qui senex ad ordinandam civitatem accesserat: *οἱ δὲ πρῶτον μὲν κατετοιχογράφησαν αὐτοῦ τοιαῦτα, ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐν παιδιᾶς μέρει δεξάμενος ἐκέλευσε παρεπιγράψαι, βρονταὶ δὲ γερόντων, καταφρονήσας δέ τις τοῦ ἐπιεικοῦς, εὔλυτον τὸ κοιλίδιον ἔχων, προσέρρανε πολὺ τῇ θύρᾳ καὶ τῷ τοίχῳ, νύκτωρ παριὼν τὴν οἰκίαν· ὁ δὲ* (Athenodorus) *τῆς στάσεως κατηγορῶν ἐν ἐκκλησίᾳ, Τὴν νόσον τῆς πόλεως, ἔφη, καὶ τὴν καχεξίαν πολλαχόθεν σκοπεῖν ἔξεστι καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν διαχωρημάτων.* PORSON.

395. *αὖ*] *ἄρ'* V. Hoc est *ἄρα* ad *οὖν* adscriptum v. 394.

396. περιφλύει] περιφλέγει V.

398. βεκκεσέληνε] *Valde antiquum, anilem*, significat hæc vox, et est comice composita. Alludit autem ad historiam illam de rege Ægypti, qui scire volens, quinam essent primi hominum, duos infantes ita curaverat educari, ut nullius hominis vocem audirent: deinde quum fari per ætatem eos jam debere conjiceret, observavit, eos nihil potuisse dicere, nisi *beccos*, quod Phrygibus panem significat; hos itaque antiquissimos homines esse putavit, quia isti pueri, naturali instinctu, vocem Phrygiam sonarent, ut tradit Herodotus 2, 1. et schol. ad h. l. Alludit etiam ad historiam de Arcadibus, qui dicebantur esse προσέληνοι, et fuisse, antequam luna esset, vid. schol. h. l. et schol. Apoll. Rhod. 4, 264. ad verba: Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται Ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν. BERG. Imitatur Plutarchus Moral. p. 881 a. καὶ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπὼν, ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτοῦ ἐπίδειγμα, ὄζει λήρου βεκκεσελήνου, κατά γε τοὺς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητάς.

399. πῶς] Scribendum δῆτ' cum V. Legebatur πῶς δῆτ', consentiente R. Alii δῆτ' ejecerunt, omissum in A. et Vaticano Kusteri. δῆτα refertur ad πῶς versus præcedentis. Nec mirandum δῆτα post minorem interpunctionem legi, quum vel in initio senarii hanc particulam collocare non dubitaverit Sophocles Aj. 986. οὐχ ὅσον τάχος | δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο;

400. σφόδρα γ'] σφόδρ' V.

401. γε om. V.

Ἀθηνέων Porsonus ex Homeri Odyss. γ, 278. ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνέων. Libri alii ἀθηναίων, quod est in R.V, alii ἀθηνῶν, quod habent A. et Demetrius περὶ ἑρμηνείας 150, qui ipse quoque locum Homericum comparavit. Toties in libris Ἀθηνῶν in Ἀθηναίων, etiam contra manifestas metrorum leges, corruptum reperitur ut non reprehendendus videatur qui Aristophanem Ἀθηνῶν scribere quam Homerum nimia imitari diligentia maluisse credat.

τὸν αὑτοῦ—Ἀθηνῶν] Lucretius 6, 386.

Quod si Jupiter atque alii fulgentia divi
Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa,
Et jaciunt ignes, quo quoique est cumque voluptas,
Cur, quibus incautum scelus aversabile cumque est,

Non faciunt, icti flammas ut fulguris halent
Pectore perfixo, documen mortalibus acre?

Et paulo post v. 416.

Postremo cur sancta Deum delubra, suasque
Discutit infesto præclaras fulmine sedes:
Et bene facta Deum frangit simulacra? suisque
Demit imaginibus violento volnere honorem?
Altaque cur plerumque petit loca? plurimaque hujus
Montibus in summis vestigia cernimus ignis?

BRUNCK.

402. δρῦς τὰς] δρῦς γε τὰς R.

τί μαθὼν R.V. aliique. Vulgo τί παθών.

δρῦς γ' V. et duo codices Porsoni. Aberat γ'.

ἐπιορκεῖ] ἐφορκεῖ R.

403. σὺ om. R.V. aliique.

404. ἐς] εἰς libri.

ταύτας libri antiqui: αὐτὰς recentiores.

Egregia interpretatio hujus versus et duorum seqq. est ap. Lucretium 6, 124. ubi tonitrus rationem exponit:

Quum subito validi venti collecta procella
Nubibus intorsit sese conclusaque ibidem
Turbine versanti magis ac magis undique nubem
Cogit, uti fiat spisso cava corpore circum.
Post ubi commovit vis ejus et impetus acer,
Tum perterricrepo sonitu dat mista fragorem;
Nec mirum, quum plena animæ vesicula parva
Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente.

BERG.

407. Lucretius 6, 275. de fulmine:

Insinuatus ibi vortex versatur in alto
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accenditur; ipse sua nam
Mobilitate calescit, et e contagibus ignis.

BERG.

408. ἐγὼ γοῦν] ἔγωγ' V.

Διασίοισιν] Maximum Jovis apud Athenienses festum. V. Lucian. Timon. c. 7. SPANH. Ibique Hemsterh. vol. 1. p. 113.

409. ὤπτων] ὀπτῶν R.

συγγενέσιν] ξυγγενέσιν duo codices. Tum R.V. aliique plurimi ἔσχον.

410. ἄρ' ἐφυσᾶτ'] ἀνεφυσσᾶτ' codex Brunckianus.

διαλακήσασα] Syllaba tertia propter metri necessitatem producta.

412—419. Libri aliquot Socrati tribuunt perverse.

412. ἄνθρωπε] ὤνθρωπε R. ὤνθρωπε. Recte ἄνθρωπε libri reliqui et Diogenes Laert. 2, 27. qui v. 412—417. non sine pluribus memoriæ peccatis, de quibus hæc notamus, quæ non possunt imputari librariis, παρ' ἡμῶν] δικαίως 413. ἐν] παρ' Ἕλλησι γενήσει] ἄλλοισι διαζῇς 415. ψυχῇ] γνώμῃ καὶ μὴ] κοὐκ ἔτι et quater deinceps οὔτε pro μήτε 417. γυμνασίων] ἀδηφαγίας.

ἡμῶν] ἡμῖν V.

416. μήτε] Libri plures μήτ' οὖν, alii μήτε γε.

μήτ'] μήτε γ' libri aliquot interpolati propter ignoratam ab librariis mensuram verbi ἀριστᾶν.

417. ἀνοήτων] ἀνόητα apud Græcos dicitur nimius et intemperans amor voluptatum, quæ ad corpus referuntur, veluti vini, epularum et aliarum rerum. Præcipue autem amor libidinosus et nimius appetitus Veneris hac voce notatur. Etymol. p. 394, 31. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ ἀφροδίσια, ἀνόητα ἐκάλουν, ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει· Ὕπνου τ' ἀπέχεσθαι καὶ τῶν ἀνοήτων πάντων. V. etiam Suid. in ἀνόητα. Eodem sensu Philostr. Vit. Apoll. 6, 13. de Satyro, qui ante libidinosissimus fuerat, dicit: πέπαυται γὰρ τῶν ἀνοήτων, i. e. *desiit enim amori libidinoso indulgere.* Huc etiam spectat locus insignis ap. Eurip. Troad. 989. Cfr. etiam Heins. Introd. in Hesiod. Op. et D. c. 6. KUST.

420. γε om. R.

421. θυμβρεπιδείπνου] θύμβρα agrestis oleris genus: unde tenuis Strepsiadis victus designatur. SPANH. θρυμβεπιδείπνου libri multi.

422. οὕνεκα C. εἵνεκα vulgo et V. ἕνεκα R. et sex codices Dobræi.

ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν] Similem locum Aristophontis comici apud Athen. 6. p. 238. comparavit Berglerus.

423. ἄλλο τι] ἀλλ' ὅτι libri multi.

δῆτ' οὖν (οὐ libri deteriores) νομιεῖς] δήεις R.

ἤδη] εἶναι V. et alii pauci.

οὐδένα] Scribendum *οὐδὲν* cum Bentleio. Necessario hic *ἄλλο οὐδὲν* dici debuit, alienissimumque est quum omnino ab Aristophane tum præsertim ab hoc loco Platonicum illud *ἄλλο τι* pro *ἄλλο τι ἢ* dictum.

424. *γλῶτταν*] Euripides *σωκρατίζων* in Ranis 892. *αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα καὶ γλώττης στρόφιγξ*. BERG.

425. *γ'* additum ex R. V. Quod Brunckius miratur cur poeta noluerit numeris elegantioribus scribere *ἀτεχνῶς οὐδ' ἂν διαλεχθείην*, non videtur sensisse tam perversam hanc esse collocationem verborum ut si in libris legeretur, alter ille ordo verborum de conjectura restituendus foret *οὐδ' ἂν διαλεχθείην ἀτεχνῶς*.

430. *σταδίοισι*] Ridicule, quasi stadiis metiremur eloquentiam. In Ran. 90. *Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα*. Similiter Synesius jocatur epist. 134. *ὥστε μοι δοκεῖν πλεῖν ἢ παλαιστῇ καὶ δακτύλῳ γεγονέναι σοφώτερος*. BERG.

431. *γ'* om. V.

432. *γνώμας*] *γνώμας μεγάλας* R. et alii quidam, adjectivo ex versu proximo illato.

πλείονας] *πλέον* R.

433. *γνώμας μεγάλας*] *μεγάλας* dicit Strepsiades, quia chorus dixerat *ἐν τῷ δήμῳ*.

434. *στρεψοδικῆσαι*] Id est *στρέψαι τὰς δίκας*. *στρεψοδικοπανουργίαν* dixit Av. 1468.

436. *παράδος θαρρῶν*] *θαρρῶν παράδος* R.V. aliique nonnulli cum Suida in *πρόπολος*.

437. *τοῦθ'*] *ταῦθ'* R.V.

439. *χρήσθων*] Legebatur *χρήσθων ἀτεχνῶς*. Recte Brunckius delevit *ἀτεχνῶς*, quod fortasse ex v. 453. illatum fuit.

442. *ῥιγῶν*] Legebatur *ῥιγοῦν*. Formam Atticam restituit Heindorfius ad Platonis Euthydem. p. 346. Conf. ad Acharn. 1146.

ἀσκὸν] *ἀσκὸν δέρεσθαι* proverbiale fuit loquendi genus de cruciatu acerbissimo. Plato Euthydem. p. 285 c. *ἐὰν βούλωνται δέρειν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν δέρουσιν, εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου*. ubi interpretes attulerunt Solonis versus a Plutarcho citatos in ejus vita p. 86 b. et Herodot. 7, 26. ad quem vid. Valcken. et Wesseling. Hinc explicandum *δερῶ σε θύλακον κλοπῆς* Eq. 370.

δαίρειν A. et Arundelianus. Reliqui libri δέρειν, præter codicem Brunckianum, qui δέρρειν præbet, quam formam non credam placuisse Atticis. Sed fortasse præstat δείρειν, quod libri optimi conservarunt Av. 365. Alibi forma δέρω utitur Aristophanes non raro. De quo dixit L. Dindorfius ad Thesaurum Stephani in δαίρω et δέρω.

444. τοῖς ἀνθρώποις τ'] τοῖς τ' ἀνθρώποις R.V. aliique.

445—451. Multo plura convicia in φιλήδονον congessit Philo Judæus vol. 2. p. 268 seq.

447. περίτριμμα δικῶν] περίτριμμα ἀγορᾶς *fori rabulam* de Æschine dixit Demosthenes (p. 269.) SPANH. Acharn. 937. τριπτὴρ δικῶν. BERG.

451. ματτυολοιχός] In tribus codd. [et R.V.] ut vulgo, ματιολοιχὸς, quod nihili est. Glossæ, σμικρολόγος, φειδωλὸς, καὶ οὐ προϊέμενός τι τῶν αὐτοῦ. At in C. [aliisque nonnullis] scriptum ματτιολοιχὸς, quod propius ad Bentleii emendationem accedit, quam maximo suo merito recepi. υ et ι sæpissime commutarunt librarii: nec rarius iidem literam quæ geminari debebat semel tantum scripserunt, et contra. ματτύη, ματτυάζειν, quid sint docet Athenæus 14. p. 662. quem descripsit Eustathius ad Odyss. p. 1751. extrema: ubi alterum eorum, quæ modo memorabam peccata, commissum fuit: pro eo enim quod est apud Athenæum, ματτύην, Eustathius habet ματύην, quod corrigendum. Locum describere non pigebit. ματτύην ὠνόμαζον πᾶν πολυτελὲς ἔδεσμα. καὶ ματτυάζειν, τὸ σκευάζειν αὐτό. εἴτε ἰχθὺς εἴη, εἴτε ὄρνις, εἴτε λάχανον, εἴτε ἱερεῖον, εἴτε σπερμάτιον. Verbo usus est Alexis comicus in versibus, quos profert Athenæus: τοὖψον λαβοῦσαι τοῦτο τἀπεσταλμένον, | σκευάζετ', εὐωχεῖσθε, προπόσεις πίνετε, | λέπεσθε, ματτυάζετε. Nomine autem in hisce ex alia fabula: ἐγὼ δ' ἐπειδὰν ἀσχολουμένους λάβω, | ἀνέκραγον· Οὐ δώσει τις ἡμῖν ματτύην; Ineptæ sunt codd. glossæ. ματτυολοιχὸς, ut κνισσολοιχὸς, *mattyarum*, seu *lautitiarum linctorem* significat. Eustathius p. 1817, 38. κνισσολοιχός. ὃ πρὸς ὁμοιότητα εἴρηταί τινα τοῦ παρὰ τῷ 'Αριστοφάνει ματτυολοιχοῦ. Sic enim legendum, non, ut vulgo, ματωλοιχοῦ. Præcedentium nominum explicationes e glossis adponam: ἴτης, ὁρμητικός. βδελυρὸς, μιαρός. περίτριμμα δικῶν, τετριμμένος περὶ τὰς δίκας. κύρβις, νόμων πλήρης. κρόταλον, πολυλόγος. κίναδος, πανοῦργος. τρύμη, λεπτολόγος. μάσθλης, μεμαλαγμένος. γλοιὸς,

γλίσχρος. κέντρων, πλήττων. στρόφις, στρέφων τὰ πράγματα. ἀργαλέος, λυπηρός. BRUNCK. Bentleii conjecturæ ratio temporum obstat. Nam ex Athenæi verbis intelligitur *ματτύην* vocabulum esse Macedonicum, quod novæ demum comœdiæ temporibus Athenis innotuit. Itaque revocandum *ματιολοιχός,* quod legerunt veteres grammatici quamvis de interpretatione dubitantes. *ματιολοιχὸς δὲ,* inquit scholiasta, *οἱ μὲν τὸν λίχνον, οἱ δὲ τὸν μικρολόγον, ἐπεὶ μάτιον τὸ ἐλάχιστον εἰώθασι λέγειν. οἱ δὲ τὸν μάταια βουλευόμενον καὶ λοχῶντα.* (Qui *ματαιολόχος* legerunt.) *οἱ δὲ τὸν κρουσιμέτρην. μάτιον γὰρ εἶδος μέτρου. ὀξύνει δὲ Ἡρωδιανός.* Photius p. 250, 10. *ματιολοιχός: ὁ περὶ τὰ μικρὰ πανοῦργος καὶ λίχνος· μάτιον γὰρ ὡς βέλτιον τῷ τόνῳ μικρόν.* Quæ in duas glossas (*ματαιολοιχός* et *μάτιον*) divisa sunt apud Hesychium, qui post illud *τῷ τόνῳ τὸ μικρόν* addit, *καὶ ὀλίγον καὶ μάταιον· οἱ δὲ δερμάτιον.* Non poterunt hæ dubitationes componi nisi clariora accesserint testimonia grammaticorum.

452. *καλουσ'* R. *καλοῦσιν* V. Alii *λέγουσ'* vel, quæ vulgata scriptura fuit, *λέγουσιν.*

ἀπαντῶντες codex Mutinensis unus (qui *λέγουσ'*). Vulgo *ἀπαντῶντες.*

453. *ὅ τι χρῄζουσιν*] *εἴ τι χρήιζουσ'* R.

454. *κεἰ*] *ἢ εἰ* R. *καὶ* V.

455. *Δήμητρ'*] *δήμητραν* V.

ἔκ μου] Vide ad Eq. 372. Libri aliquot *ἐξ ἐμοῦ.*

χορδὴν] Farturam. In Ran. 339. schol. explicat de *farcimine, εἰλητήν. καταχορδεύειν* est *κατακρεουργεῖν,* quamquam vocem plebeiam esse ait Longinus de subl. 31, 2. Hesych. *χορδεῦσαι, τεμεῖν.* Themist. Or. 1. p. 37, 38. ed. Par. *καταχορδεύειν μειράκια.* v. Cresoll. p. 470. 481. unde licet colligere, *χορδὴν παρατιθέναι* esse *concidere verberibus* etc. ERNESTI.

457. Omnia ab hoc versu usque ad 476. *ἀλλ' ἐγχείρει* etc. in edd. Socrati tribuuntur, quæ tamen ad chorum pertinent, ut multis indiciis mihi compertum est. Nam primo Socrates non debet facere cantica, sed chorus. Deinde illud *τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ διάξεις* an de Socrate dici potest? Immo de Nubibus, quarum cultor perpetuus futurus erat Strepsiades. Jam autem, quod præcedit, *ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ,* cujus opinor causa hæc Socrati affingebantur, etiam ad Nubes pertinet, quippe quæ supra 430. hoc ei promittunt. Tum vero, quod

maxime valet, distichon illud anapæsticum ἀλλ' ἐγχείρει etc. semper fere cantica claudere solet, (si anapæstici mox sequantur, vel si trochaici, distichon trochaicum) et eidem personæ tribuitur, quæ canticum cecinerat. Distichon autem illud ad chorum pertinere, et edd. agnoscunt et sensus aperte evincit. BENTL.

τῷδέ γ' οὐκ] Libri deteriores τῷδε οὐκ vel τῷδ' οὐκ.

464. ζηλωτότατον] ζηλότατον R.

465. ἄρ'] ἆρ' V. et Suidas in ἆρά γε. ἂν C. solœce. Particulam omisit codex Mutinensis unus.

466. ὄψομαι] ἐπόψομαι Suidas. ὄψομ' R.

ταῖσι] ταῖς R. V.

470. Versus non hexameter dactylicus sed, quod spondeus in hoc et quattuor aliis hujus carminis versibus positus ostendit, ex duobus trimetris catalecticis in disyllabum compositus, ut apud Euripidem Medeæ v. 638.

μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς ἀκόρεστα τε νείκη.

ubi in stropha trochæus est admissus

οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἀνδράσιν· εἰ δ' ἅλις ἔλθοι.

λόγον] λόγους R. V. et codices plerique omnes. λόγον cum Ald. codex Cantabrigiensis unus, adscripto a correctore ους.

470. Delendum comma post ἐλθεῖν, ponendum autem post ταλάντων. Nam, quod recte animadvertit scholiasta, accusative πράγματα κἀντιγραφὰς pendent ab ἀνακοινοῦσθαι. Sic supra v. 197. ἵνα | αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγμάτιον ἐμόν.

477. διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ] Sosipater comicus apud Athen. 9. p. 378. μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος. BERG.

481. δέ] δαὶ R. aliique.

482. σου] σοι R. V.

484. ἢν—ὀφείληται] Libri multi εἰ—ὀφείλεται.

μέν γ'] μὲν γὰρ R.

489. προβάλωμαι] προβάλλωμαι R. V. aliique.

490. ὑφαρπάσει] ὑφαρπάσεις A. aliique, male. Vid. Elmsl. ad Acharn. 278.

493. δέῃ] δέει A. D. R, non V.

495. κἄπειτ'] ἔπειτ' R.

496. ἀκαρῆ] Libri aliquot ἀκαρεῖ vel ἀκαρεί. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 43.

497. κατάθου θοἰμάτιον] Supra v. 179. dicebat Socratis quidam

discipulus magistrum in palæstra surripuisse vestem quamdam. Hic etiam Socrates jubet senem vestes exuere, ut eum facilius spoliare possit, quod et factum est. Nam infra 857. apparet vestem periisse, quum filius dicat ad Strepsiadem: *διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοἰμάτιον ἀπώλεσας*, et v. 1501. quum discipulus aliquis quæreret, quis domum ipsis incendat, Strepsiades, qui id faciebat, dicit: *ἐκεῖνος, οὗπερ θοἰμάτιον εἰλήφατε*, et calceos eum amisisse patet ex 718, ubi dicit: *φρούδη ἐμβάς*, et 856. ubi ad ipsum filius: *τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροφας*; BERG.

499. *φωράσων*] Illum esse sensum vocis, quem in versione expressi (*non ingredior ad res furtivas quærendas*), patet etiam ex Ran. 1362, ubi mulier, cui gallus furto ablatus erat ab alia muliere, dicit se velle in illius domum ingredi, ut furtum deprehendat: *παράφηνον εἰς Γλύκης, ὅπως εἰσελθοῦσα φωράσω*. Cogebantur autem nudi ingredi, qui venirent ad furtum detegendum, ne aut ipsi, dum perlustrant omnia, aliquid sub veste abscondant et auferant: aut furti aliquem suspectum malo mactare cupientes, rem quæsitam forte sub veste abstrudentes ingrediantur, et deinde ibi se invenisse dicant, quam ipsi supposuerant, ut schol. docet. Dicit ergo Strepsiades: *quia non ad deprehendendum furtum veniat, nihil opus esse, ut nudus ingrediatur*. BERG. Vide Festi interpretes s. v. *lance et licio* (p. 199. ed. Dacier.) KUST.

503. *Χαιρεφῶντος*] Qui pallidus et macer erat. Vid. Vesp. 1412. Julianus epist. 1. *τὸ σῶμα τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον ἔχειν*. BERG.

504. *ἡμιθνὴς γενήσομαι*] Vox *φύσις* ambiguæ est significationis. Pro *ingenio* accipit eam Socrates: at Strepsiades pro *figura*. Ideo timet ne semimortuus esse videatur, quia Chærephon, ut philosophus, macilentus et pallidus erat. Schol. Ms. *Ἰστέον ὅτι ἰσχνὸς καὶ ὠχρὸς τὴν ἰδέαν ὁ Χαιρεφῶν ἦν, ἅτε φιλοσοφίᾳ συζῶν, καὶ ἐκ ταύτης συντετηκὸς ἔχων τὸ σῶμα. διὸ καὶ νυκτερὶς ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ἰσχνόν*. Hujus loci acumen Latine reddi non potest. BRUNCK.

507. *μελιτοῦτταν*] Sic recte scriptum in C. Perperam duo alii [et R. V.] *μελιττοῦταν*, ut est in primariis editt. Male etiam A. *μελιτοῦταν*. Vide not. ad Lys. 601. et Valckenarium ad Herod. p. 638. *αἰθαλοῦσσα* contractum ex *αἰθαλόεσσα*, est apud Æschylum Prom. 1000. *πρὸς ταῦτα, ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ*. Sic ex *μελιτόεσσα, μελιτοῦσσα, μελιτοῦττα*;

οἰνόεσσα, οἰνοῦσσα, οἰνοῦττα. Mirum quam sæpe in illius nominis scriptura peccarint et librarii et editores. De Trophonii oraculo videndus Hemsterhusius ad Lucianum vol. 1. p. 339. BRUNCK.

πρότερον] πρῶτον V.

508. ἐς] εἰς R.

510. ἀνδρείας] Libri aliquot ἀνδρίας. Ἀνδρίαν Græci veteres non aliter dixerunt quam ut ex Andro insula oriundam significaret. Fortitudinem vero ἀνδρείαν dixerunt, quam unam veram esse vocabuli formam non solum Ionica dialysis ἀνδρηίη, sed etiam poetarum usus observatio docere potuerat, quorum in scriptis nullum usquam inventum est exemplum quod alteram formam sibi postularet. Nam in Euripidis versu Herc. fur. 475. πατὴρ ἐπύργου, μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ, certissima Elmsleii emendatio est μέγα φρονῶν εὐανδρίᾳ. Accedit ad hæc disertum testimonium Etym. M. p. 461, 53. ex quo cognoscitur scripturam antiquam ἀνδρείαν, Apollonii vero inventum esse ἀνδρίαν. Τὸ ἀνδρεία, inquit, τὸ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι γράφει, ὁ δὲ Ὧρος διὰ τῆς ει διφθόγγου. εὕρηται γὰρ κατὰ διάστασιν ἀνδρεΐα, οὕτω καὶ ἡ παράδοσις. Quæ partim repetiit Chœroboscus in Crameri Anecd. vol. 2. p. 174, 7. In libris scriptis etsi non pauca inveniuntur ἀνδρίας formæ exempla, longe major tamen alterius formæ exemplorum copia est. In contrariam partem peccant ἀνανδρεία εὐανδρεία φιλανδρεία, quæ passim in codicibus inventa in —ανδρία sunt mutanda, ut ab ἄνανδρος εὔανδρος φίλανδρος formata.

511. οὕνεκα Brunckius. Vulgo εἵνεκα. ἕνεκα V.

512. γένοιτο τἀνθρώπῳ R. Legebatur γένοιτ' ἀνθρώπῳ.

513. Notandum ὅτι producto ι ante πρ.

προήκων ἐς βαθὺ τῆς ἡλικίας] Dio Chrys. vol. 1. p. 380. τὸ μὲν σῶμα ἐνδεὴς, τὴν δὲ ἡλικίαν προήκων.

515. αὑτοῦ] Libri αὐτοῦ.

518. Epitome parabaseos, in qua poeta loquitur: Quum hæc comœdia sit elegantissima omnium quas edidi, et digna quæ apud sapientes spectatores ageretur et probaretur: immerito quidem victus sum, quum primum acta est, verumtamen non alienabor a vobis propterea. Nam postquam alia quædam mearum comœdiarum, illa inquam de *Modesto* et *Luxurioso*, quam per alios edideram, vobis valde placuit, de vestro favore adhuc satis certus sum. Nunc itaque hæc comœdia iterum prodit, hac spe, ut etiam pro-

betur, quemadmodum illa de *Modesto;* nam hæc vere *modesta* est, nihil enim aliunde adscivit, quo placere possit, ut aliæ pleræque, sed venit freta naturali sua venustate. Tales comœdias quum ego faciam, tamen modestum me præbeo; nam et spectatores decipere vereor, obtrudendo illis ineptias quasdam, aut eadem inculcando: et quos perstringo, illis non insulto prostratis, ut cæteri poetæ, qui in Cleonem et Hyperbolum non cessant comœdias scribere: in quibus etiam nihil novi dicunt, sed illa, quæ a me inventa semel sunt. BERG. Inserta hæc parabasis pars (518—562.) a poeta est secundæ Nubium editioni, quam nunquam in scenam prodisse constat, et tertio quidem post Nubes primum editas anno, de quo exposuit Hermannus in præfatione p. xiv. "Parabasis illa, quæ metro "Eupolideo scripta est (518. — 562.) certe non prius facta "est quam tertio anno post Nubes editas, i. e. Olymp. 89, 4. "Huic enim anno didascaliæ adscribunt Eupolidis Maricam, "cujus in illa parabasi mentionem facit Aristophanes. Nec "sane prius scribi docerive potuit Maricas, quippe in quo Eu-"polis de Cleone ut de mortuo loquatur, teste scholiasta ad v. "549. Cleo enim mortuus est Alcæo archonte, Olymp. 89. "anno 3. qui secundus annus est post actas Nubes: vide schol. "ad v. 549; tum etiam Athenæum p. 218. ibique Casaubo-"num 5, 18. Deinde vero ex versu 558. ἄλλοι τ' ἤδη πάντες "ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον, intelligitur hanc parabasin vivo ad-"huc Hyperbolo scriptam esse. Is enim quum in exilium "missus esset, mox in Samo insula periit: vide Thucyd. 8, 73. "schol. ad Ran. 577. ad Vesp. 1001. ad Pacem 680. schol. "Luciani vol. 1. p. 142. Perizon. ad Ælian. V. H. 12, 43. Id "autem contigit Olympiade 92. cujus anno primo vivi adhuc "Hyperboli mentionem fecit Aristophanes in Thesmophoria-"zusis v. 840. seqq. mox autem Olymp. 93. anno primo in "Ranis mortuum tetigit v. 570. qui in Kusteri ed. 578. est, "ubi vide scholia. Quod autem deinde sequitur ἐπίρρημα, v. "575 — 594. e prima editione Nubium haud dubie mansit, "ut recte ostendit scholiastes ad v. 549. 581. et 592. De "Cleone enim ibi loquitur ut de homine vivente. Nam quod "alius scholiastes ad v. 592. dicit, quæ ibi de Cleone legantur, "paulo post primas Nubes accessisse, sed diu ante ea, quæ in "superiore parabasi de comœdiis in Hyperbolum scriptis re-

"ferantur, id quidem non poterit idoneis rationibus confirmari. "Tamen, si forte scholiastes auctoritatem sequutus est anti- "quioris scriptoris, qui istum locum in priore editione abfuisse "testatus erat, aut hic tantum locus, aut totum ἐπίρρημα ante "Olymp. 89, 3. scriptum sit necesse est, quo anno obiit Cleon. "'Αντεπίρρημα, quod v. 607—626. continetur, nihil habet unde "colligere quando scriptum sit liceat, nisi forte illa v. 623. "ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρβολος τῆτες ἱερομνημονεῖν. Scholiastes "enim ad eum locum, οὐδεὶς δ', inquit, ἱστόρησε κατ' ἐκεῖνον "τὸν ἐνιαυτὸν ἱερομνήμονα εἶναι τὸν Ὑπέρβολον· οὐδέπω γὰρ "διέπρεπε Κλέωνος ἔτι ζῶντος. Annum intelligit illum, quo "actæ sunt Nubes, ut probabile sit istum certe locum de Hy- "perbolo serius additum esse."

519. *τὸν ἐκθρέψαντά με*] *καὶ γὰρ ἐν τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὰ δράματα ἤγετο καὶ ἐδιδάσκετο.* Schol.

520. *νικήσαιμί τ' ἐγὼ* (non ut ab Kustero proditum est *νικήσαιμί γ' ἐγὼ*) Bentleius. Libri *νικήσαιμ' ἔγωγε*. *καὶ* om. R.

523. *πρώτους*] *Primos* dicit Athenienses, quia fabulam etiam alibi docere poterat, velut in splendidissimo theatro Æginetico: quacum insula multum commercii intercessisse Aristophani constat. Actas autem in theatro illo esse Atheniensium poetarum fabulas, ex eo videtur colligi posse, quod nullam usquam mentionem factam videmus poetarum Ægineticorum.

524. *ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν ἡττηθεὶς*] Vicerant Aristophanem, ut in argumento fabulæ proditum est, Cratinus *Πυτίνῃ*, Amipsias *Κόννῳ*. *φορτικοὺς* quum dicit, non tam Cratinum quam Amipsiam videtur notare, cujus inurbanos jocos reprehendit Ran. v. 14. Nihilominus Aristophanem denuo vicit Amipsias olymp. 91, 2. Vide argumentum Avium.

526. *οὕνεκ'*] *εἵνεκ'* V.

527. *ὑμῶν*] *ὑμᾶς* A, male.

528. *οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν*] Quibus libenter probo studium meum et eloquentiam. BERG.

529. *ὁ σώφρων τε χὠ καταπύγων*] Respicit Dætalenses fabulam in qua duos juvenes introduxerat, alterum probum et modestum, alterum luxu et libidine corruptum. Quæ prima fuit Aristophanis fabula, acta olymp. 88, 1. De quo diximus ad fragmenta Dætalensium.

ὁ σώφρων] *χὠ σώφρων* Ald. et codd. aliquot.

530. *κἀγὼ παρθένος γὰρ ἔτ' ἦ, κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν,—παῖς δ' ἑτέρα*] Dætalenses non suo, sed Philonidis nomine in theatrum produxerat.

ἔτ' om. V.

κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν] Conf. Eq. 512—544.

533. *μοι* om. V.

534. *'Ηλέκτραν*] Apud Æschylum in Choephoris quum forte Electra, Agamemnonis filia, patri inferias ferret, invenit in tumulo comam aliquam; qua visa putat fratrem suum Orestem domum rediisse et eam pro more dedicasse in tumulo patris memoriæ, idque conjicit ex similitudine hujus comæ cum fraterna: *μάλιστ'*, inquit v. 176, *ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται*, ad q. l. vid. Stanleius. In hac autem comparatione *Electra* est præsens comœdia, ut ipse dicit comicus; per *fratrem* autem Electræ s. per Orestem debet intelligi altera illa comœdia, quam a cordatis spectatoribus laudatam esse dixit; per *comam* autem *fortuna* alterius comœdiæ sive plausus quem meruerat. Quod igitur hoc versu et duobus seqq. dicit, tale est: *Hæc comœdia venit quæsitum spectatores tales et tam sapientes, quales habuit prior illa comœdia: quos agnoscet tales esse, si experta fuerit similem fortunam et plausum.* Breviter: *si sapiunt spectatores, laudabunt hanc comœdiam.* BERG.

538. *σκύτινον καθειμένον*] Phallum, qui erat coriaceus penis. Vid. schol. et Hesychii glossam *σκύτινον καθειμένον*.

540. *κόρδαχ' εἵλκυσεν*] De comica saltatione, quæ *κόρδαξ* dicebatur, vide Meursium in Orchestra. *ἕλκειν* saltationis proprium est. Vid. Pac. 328. BRUNCK. *κόρδακ' εἵλκυσεν* R.

542. *ἀφανίζων*] Dum adstantes, quorum jocos plebeios ipse provocavit, baculo abigit. Quod ab Simermone, Hermippi histrione, factum esse annotavit scholiasta.

543. *εἰσῆξε*] *ἐσῆξε* V.

δᾷδας] Facem introduxit in Nub. 1493. Plut. 1042. Vesp. 1329. *ἰοὺ ἰού* clamat in principio Nubium et circa finem, Plut. 276. 478. Eqq. 1092. Av. 306. et alibi. BERG. Non usum harum rerum reprehendit poeta, sed usum nimium et ineptum.

545. *οὐ κομῶ*] Facete ludit in ambiguitate verbi, quod et *superbire* significat, ut Plut. 170, et *comatum esse*, ut Av. 1282. *Superbire* quidem potuisset Arist., sed *comam alere* non potuisset, utpote calvus. BERG. Sic hæc interpretatur scholiasta.

547. ἀεὶ] αἰεὶ R. aliique.
ἐσφέρων] εἰσφέρων libri.

549. Κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα] In Equitibus fabula. Simile Platonis comici dictum ex Περιαλγεῖ fabula apud Priscianum 18. p. 1185, 12. comparavit Porsonus, ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

550. κοὐκ ἐτόλμησ'] Nam in aliis fabulis Cleonem nonnisi præteriens tetigit.

αὖθις V. αὖτις R. Veram totius versus scripturam servarunt R. V. Futiles sunt aliorum librorum lectiones, velut Aldinæ κοὐκέτ' εἰσαῦθις γ' ἐπεπήδησά γ' αὐτῷ κειμένῳ.

552. τὴν μητέρα] Matrem Hyperboli perstringit Thesm. 840. et Eupolis in Marica apud schol. Pluti v. 1038.

553. Μαρικᾶν πρώτιστον] μακαρικᾶν πρότερον R.

554. τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας] E contrario Eupolis in parabasi Baptarum Aristophanem in scribendis Equitibus ab se adjutum esse dixit his verbis ab scholiasta allatis, κἀκείνους τοὺς Ἱππέας | συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην. Ab Eupolidis partibus in hac caussa stetisse videtur Cratinus, de quo scholiasta Equit. 528. ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα.

555. αὐτῷ] ἑαυτῷ V.
γραῦν μεθύσην] Hyperboli matrem, ut suspicatur scholiasta.
οὕνεχ', ἣν Bentleius. Libri οὕνεκα (εἵνεκα V. aliique), ἥν, pronomine in versum proximum translato. Verba τοῦ κόρδακος οὕνεκα ab Aristophane sumpsit Aristides vol. 2. p. 412, 12.

556. πεποίηχ'] πεπόηχ' R.
ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν] Sic etiam Plato comicus in Cleophonte videtur vetulam exposuisse piscibus vorandam, ap. Athen. 7. p. 315. σὲ γάρ, γραῦ, συγκατῴκισε σαπρὰν ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν, nempe ut Andromedam apud tragicos; quemadmodum ap. comicum Thesm. 1032. Mnesilochus veste muliebri indutus et vetulam repræsentans, vinctus in cruce, simulat Andromedam et dicit: ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι. BERG.

557. αὖθις] αὖτις R.
ἐποίησεν Brunckius. Legebatur πεποίηκεν (πεπόηκεν R.) Prope ab vero abest V, in quo est ἐποίησ'.

558. *ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον*] Cicero Brut. 62. *homo simillimus Atheniensi Hyperbolo, cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notarunt.* Plutarch. Alcib. c. 13. *ἦν δέ τις Ὑπέρβολος Περιθοΐδης, οὗ μέμνηται μὲν Θουκυδίδης· τοῖς δὲ κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν.* Adde eumdem in Nicia c. 11. [et in Aristid. c. 7.] Galenum Protrept. c. 7. Themist. Or. 16. p. 296. et Or. 26. p. 330. Neque vero hic solum et dein 621. et 1055, sed in plerisque aliis quæ adhuc supersunt comici fabulis perstringitur Hyperbolus. SPANH. *ἐρείδουσ'* V.

559. Auctor Etymol. M. p. 312. extrema. [et Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1366.] *τὸ δὲ παρὰ Ἀριστοφάνει, τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων, ἀπὸ τοῦ ἔγχελις ἐγχέλεως ἐστὶν, ὡς ὄφις ὄφεως.* Innuit autem similitudinem illam de anguillis, quæ est in Equit. v. 864. *ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπονθας.* | *ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν·* | *ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,* | *αἱροῦσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἣν τὴν πόλιν ταράττῃς.* BRUNCK.

εἰκούς] Hesychius *εἰκούς: εἰκόνας.* Vide Valcken. ad Eurip. Phœniss. p. 168. ERNESTI. Libri aliquot *εἰκοῦς*, ut apud Athenæum scriptum est 7. p. 299. accentu vitioso.

τὰς ἐμὰς] *τῶν ἐμῶν* V.

562. *ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας* (*προτέρας* V.)] Thesm. 950. *ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας.* BERG.

569. *ἡμέτερον*] *ἐμὸν* R.

571. *ἱππονώμαν*] *ἱππονόμαν* R. V, vitio in hujusmodi compositis solemni. Vid. ad Soph. Aj. 604.

575. *πρόσχετε* Bentleius. Libri *προσέχετε.* Vide v. 1122. Eq. 503. Vesp. 1015. Av. 688. Pherecratem apud schol. ad v. 563.

577. *ὠφελούσαις*] *ὠφελοῦσαι* R. Quod defendi potest.

580. *ψακάζομεν* R. *ψεκάζομεν* vulgo. Conf. Pac. 1107.

582. *ἡνίχ' ᾑρεῖσθε στρατηγὸν*] Dux Cleo factus olymp. 88, 3. Vid. Thucyd. 4, 28. HERMANN.

583. *κἀποιοῦμεν*] *κἀποοῦμεν* R.

βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς] Sophoclis ex Teucro verba.

584. *ἐξέλειπε* duo codices Porsoni. Reliqui libri *ἐξέλιπε*, præter A, qui *ἐκλέλοιπε.*

585. *θρυαλλίδ'*] *θρυαλίδ'* V.

586. *στρατηγήσει*] *στρατηγοίη* V. in annotatione scholiastæ.

587. δυσβουλίαν] Vid. ad Eq. 1055.

591. Κλέωνα τὸν λάρον] Matro de parasito edace: πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς ap. Athen. 4. p. 134 f. ubi convivium quoddam describit versibus Homericis ad ridiculum compositis. Comicus hic Cleonem *larum* vocat, quod avide rapiat civium bona, ut *vorax* illa avis escam, et in Eq. 952. tribuit Cleoni annulum signatorium, ubi inest hæc sculptura: λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Ibid. 1288. ejusmodi rapacitatem describit, quasi voracitatem, loquitur autem ibi de Cleonymo. BERG.

593. κἀξήμαρτετε] κἀξημάρτηται R. aliique.

594. ἐπὶ τὸ βέλτιον—συνοίσεται] Eccles. 475. ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. ERNESTI.

595. ἀμφί μοι] In Homericis hymnis 18. ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα. et simpliciter ἀμφί 6. 21. 34. HERMANN.

αὖτε] αὐτῶι R.

597. ὑψικέρατα πέτραν Etym. M. p. 504, 3. ex Pindaro affert, a quo sumpsisse videtur Aristophanes.

600. Puellas Ephesias vocat Λυδῶν κόρας, quia Ephesus ab antiquioribus scriptoribus in Lydia, non Ionia, collocatur. Vide Ian. Rutgersii Var. Lect. 2, 1. ubi etiam locum hunc Aristophanis attigit. KUST.

603. Παρνασίαν] παρνασσίαν R.

604. σελαγεῖ] Secunda persona. BRUNCK.

606. κωμαστὴς] Sic dicitur ab orgiis et saltationibus Bacchicis. ERNESTI.

612. ἐς] εἰς libri.

614. πρίῃ] πρίω libri deteriores.

Σεληναίης] Aliquot libri σεληναῖον, male, quum ipsum Lunæ nomen hic nominari aptius sit quam adjectivum poni. Recte vero in aliis quibusdam libris Σεληναίας scriptum est, quod restituendum posthabita auctoritate Eustathii qui p. 84, 7. σεληναίης ex hoc loco attulit, sed σεληναία probare videtur p. 1181, καλεῖ δὲ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν, ὡς καὶ ἡ σελήνη σεληναία λέγεται· et recte quidem. Nam antiqua forma Attica σεληναία est, memorata ab Herodiano apud Stephanum Byz. in Γενήτης, Dorica σελαναία apud Platonem Cratylo p. 409 b., Ionica σεληναίη apud Lucian. Vit. auct. c. 6. Eadem ratio est similium nominum, ἀναγκαία δικαία

νικαία ὡραία, de quibus recte præcipit Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 73, 31. *ὡραίαν: τὴν ὥραν. ἡ δὲ τοιαύτη τροπὴ Ἀττικοῖς ἰδία· Ἀθηνᾶ Ἀθηναία, ἴση ἰσαία. οὕτω καὶ ὥρα ὡραία. Ἀθηναίᾳ* restitutum ex libro Ravennate Equit. v. 763. Vulgo *Ἀθηναίῃ*, forma ab librariis etiam aliis scriptoribus sæpius illata.

615. *φησιν, ὑμᾶς δ' οὐκ* Bentleius. Legebatur *φησιν ὑμᾶς οὐκ*. In codice uno Dobræi adscriptum scholion *ὑμᾶς δὲ οὐκ*. Similiter scholiasta *οὐ παρατηρεῖν δὲ ὑμᾶς*—.

616. Metonem perstringere videtur, qui non diu ante (olymp. 87, 1.) cyclum undeviginti annorum invenerat, ex quo lunaris anni ratio cum solari rectius conciliari poterat, atque emendata erat anni dierumque festorum ratio. Sed ita factum erat, ut sæpe dies qui olim sacer fuerat, nunc profestus esset, et contra, quæ res multis displicuisse. WIELAND. De perturbatione anni apud Athenienses habet quædam Scaliger de emend. temp. 1, 2. p. 72. et 82. ubi et hunc locum laudat. DUCK.

622. *Μέμνον' ἢ Σαρπηδόνα*] Sarpedon Jovis, Memno Tithoni filius, qui ad Trojam ceciderunt. BERG. Hunc versum om. R.

624. *ἱερομνημονεῖν*] Harpocratio: *Ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν*. Isti proprie Πυλαγόραι nuncupabantur. Qui vero comes iis adjungebatur, is *ἱερομνήμων* audiebat. Suidas: *ἱερομνήμονες· οἱ εἰς Πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς*. Vide fragmentum Thesmophor. secundarum apud scholiastam. BRUNCK. V. Ruhnken. ad Timæum p. 148.

626. *κατὰ σελήνην*] E Solonis præscripto apud Diog. L. 1, 59. *ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν*. SPANH. Vide Ideleri Manuale chronologiæ vol. 1. p. 266. seqq. HERMANN.

627. *μὰ μὴν Ἀναπνοὴν*] Pythagoras apud Diog. L. 8, 6. *οὐ μὰ τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω*. BERG. Pro Ἀέρα scholiasta Ran. 919. *Αἰθέρα*.

628. *οὐδένα*] *οὐδαμοῦ* V.

630. Thema est *σκάλλω*, unde *σκαλαθύρω* *fodico*, quod in obscenis est, v. Conc. 611. Qui prunas fodiunt, scintillas pulveremque excitant, unde *σκαλαθυρμάτια* pro re quavis tenuissima. BRUNCK.

632. *πρὸς τὸ φῶς*] Timocles comicus apud Athen. 6. p. 245

b. *ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας, ἵνα πρὸς τὸ φῶς | ὦμεν καταφανεῖς μᾶλλον*. BERG.

637. *οὐδέν* Strepsiadi tribuunt R. V.

638. *πότερα*] *πότερον* R. aliique cum Longino fragm. 3, 5.

ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν] *ἢ περὶ ἐπῶν ἢ περὶ ῥυθμῶν* Longinus. *ἢ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν* V. *ἢ περὶ ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν* A aliique nonnulli: unde recte Hermannus *ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν*. *ἔπη* autem non versus sunt intelligendi, sed vocabula, de quibus disputatur v. 658—691. Sic in Ranis v. 1181. *τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν*. Quam *ὀνομάτων ὀρθότητα* dicit Plato Euthyd. p. 277 e. *πρῶτον γὰρ, ὥς φησι Πρόδικος, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ*. De Prodico Themistius or. 23. p. 289 d. *Πρόδικος ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους*—. De quo vid. quæ dixit Spengelius in *συναγωγῇ τεχνῶν* p. 40—45.

642. *πότερον*] *πότερα* codex unus Dobræi.

643. *ἡμιεκτέον*, quod ex rustici sententia idem est quod *τετράμετρον*. Quum Socrates de trimetro et tetrametro loquitur, metrorum seu carminum genera intelligit: sed alter ista pro mensurarum nominibus accipit. Ad hujus loci intelligentiam sciendum est Atticorum *medimnum* in 48. *chœnices* dividi solitum fuisse. *ἑκτεὺς*, *sextarius*, sexta pars medimni, seu *modius*, est chœnicum 8. Proinde *ἡμιεκτέον*, *semisextarius* est quatuor chœnicum, seu mensurarum. Nam chœnix *κατ' ἐξοχὴν mensura* vocatur, quia tantum frumenti continet, quantum homini satis sit ad diurnum victum. BRUNCK.

644. Auctor Etymol. M. p. 663. 50. *περιδώμεθα. καὶ Ἀριστοφάνης· περιδοῦ νῦν ἐμοί. καὶ, Ἐμέθεν περιδώσομαι, ἀντὶ τοῦ, κατ' ἐμαυτὴν συνθηκοποιήσομαι· εἴρηται ἀπὸ τοῦ δῶ, τὸ δεσμεύω*. Homerum respicit duobus locis. Ἰλ. ψ, 485. *εἰ δ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος*. Odyss. ψ, 78. *αὐτὰρ ἐγὼν ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς*. Ad priorem locum hæc adnotat Eustathius p. 1312, 20. *περιδώμεθον δὲ, ἀντὶ τοῦ συνθώμεθα, συμφωνήσωμεν, καὶ, ὡς οἱ πολλοί φασι, θῶμεν στοίχημα. ἢ σαφέστερον καὶ κοινότερον εἰπεῖν, δώμεθα, ὅ ἐστι δεσμηθῶμεν συνθήκαις, ὧν ὁ διαιτητὴς καὶ κριτὴς, ἢ μάρτυς, ἵστωρ ἐλέγετο, παρὰ τὸ εἰδέναι. ὁποῖός τις κεῖται καὶ ἐν τῷ·* (Ἰλ. σ, 501.) *ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἑλέσθαι*. Sed nugantur isti grammatici. Est a *περιδίδομαι*, unde in Equit. 791. *ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι*. In codd. *περιδοῦ* scriptum est, minus bene. *περίδου* scribendum, ut *ἀπόδου*, Ran. 1235. BRUNCK. Photius p. 416,

νικαία ὡραία, de quibus recte præcipit Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 73, 31. *ὡραίαν: τὴν ὥραν. ἡ δὲ τοιαύτη τροπὴ Ἀττικοῖς ἰδία· Ἀθηνᾶ Ἀθηναία, ἴση ἰσαία. οὕτω καὶ ὥρα ὡραία. Ἀθηναίᾳ* restitutum ex libro Ravennate Equit. v. 763. Vulgo *Ἀθηναίῃ*, forma ab librariis etiam aliis scriptoribus sæpius illata.

615. *φησιν, ὑμᾶς δ' οὐκ* Bentleius. Legebatur *φησιν ὑμᾶς κοὐκ*. In codice uno Dobræi adscriptum scholion *ὑμᾶς δὲ οὐκ*. Similiter scholiasta *οὐ παρατηρεῖν δὲ ὑμᾶς*—.

616. Metonem perstringere videtur, qui non diu ante (olymp. 87, 1.) cyclum undeviginti annorum invenerat, ex quo lunaris anni ratio cum solari rectius conciliari poterat, atque emendata erat anni dierumque festorum ratio. Sed ita factum erat, ut sæpe dies qui olim sacer fuerat, nunc profestus esset, et contra, quæ res multis displicuisse. WIELAND. De perturbatione anni apud Athenienses habet quædam Scaliger de emend. temp. 1, 2. p. 72. et 82. ubi et hunc locum laudat. DUCK.

622. *Μέμνον' ἢ Σαρπηδόνα*] Sarpedon Jovis, Memno Tithoni filius, qui ad Trojam ceciderunt. BERG. Hunc versum om. R.

624. *ἱερομνημονεῖν*] Harpocratio: *Ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν*. Isti proprie *Πυλαγόραι* nuncupabantur. Qui vero comes iis adjungebatur, is *ἱερομνήμων* audiebat. Suidas: *ἱερομνήμονες· οἱ εἰς Πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς*. Vide fragmentum Thesmophor. secundarum apud scholiastam. BRUNCK. V. Ruhnken. ad Timæum p. 148.

626. *κατὰ σελήνην*] E Solonis præscripto apud Diog. L. 1, 59. *ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν*. SPANH. Vide Ideleri Manuale chronologiæ vol. 1. p. 266. seqq. HERMANN.

627. *μὰ μὴν Ἀναπνοὴν*] Pythagoras apud Diog. L. 8, 6. *οὐ μὰ τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω*. BERG. Pro *Ἀέρα* scholiasta Ran. 919. *Αἰθέρα*.

628. *οὐδένα*] *οὐδαμοῦ* V.

630. Thema est *σκάλλω*, unde *σκαλαθύρω* *fodico*, quod in obscenis est, v. Conc. 611. Qui prunas fodiunt, scintillas pulveremque excitant, unde *σκαλαθυρμάτια* pro re quavis tenuissima. BRUNCK.

632. *πρὸς τὸ φῶς*] Timocles comicus apud Athen. 6. p. 245

b. ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας, ἵνα πρὸς τὸ φῶς | ὦμεν καταφανεῖς μᾶλλον. BERG.

637. οὐδέν Strepsiadi tribuunt R. V.

638. πότερα] πότερον R. aliique cum Longino fragm. 3, 5. ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν] ἢ περὶ ἐπῶν ἢ περὶ ῥυθμῶν Longinus. ἢ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν V. ἢ περὶ ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν A aliique nonnulli: unde recte Hermannus ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν. ἔπη autem non versus sunt intelligendi, sed vocabula, de quibus disputatur v. 658—691. Sic in Ranis v. 1181. τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν. Quam ὀνομάτων ὀρθότητα dicit Plato Euthyd. p. 277 e. πρῶτον γὰρ, ὥς φησι Πρόδικος, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ. De Prodico Themistius or. 23. p. 289 d. Πρόδικος ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους—. De quo vid. quæ dixit Spengelius in συναγωγῇ τεχνῶν p. 40—45.

642. πότερον] πότερα codex unus Dobræi.

643. ἡμιεκτέον, quod ex rustici sententia idem est quod τετράμετρον. Quum Socrates de trimetro et tetrametro loquitur, metrorum seu carminum genera intelligit: sed alter ista pro mensurarum nominibus accipit. Ad hujus loci intelligentiam sciendum est Atticorum *medimnum* in 48. *chœnices* dividi solitum fuisse. ἑκτεὺς, *sextarius*, sexta pars medimni, seu *modius*, est chœnicum 8. Proinde ἡμιεκτέον, *semisextarius* est quatuor chœnicum, seu mensurarum. Nam chœnix κατ' ἐξοχὴν *mensura* vocatur, quia tantum frumenti continet, quantum homini satis sit ad diurnum victum. BRUNCK.

644. Auctor Etymol. M. p. 663. 50. περιδώμεθα. καὶ Ἀριστοφάνης· περιδοῦ νῦν ἐμοί. καὶ, Ἐμέθεν περιδώσομαι, ἀντὶ τοῦ, κατ' ἐμαυτὴν συνθηκοποιήσομαι· εἴρηται ἀπὸ τοῦ δῶ, τὸ δεσμεύω. Homerum respicit duobus locis. Ἰλ. ψ, 485. εἰ δ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος. Odyss. ψ, 78. αὐτὰρ ἐγὼν ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς. Ad priorem locum hæc adnotat Eustathius p. 1312, 20. περιδώμεθον δὲ, ἀντὶ τοῦ συνθώμεθα, συμφωνήσωμεν, καὶ, ὡς οἱ πολλοί φασι, θῶμεν στοίχημα. ἢ σαφέστερον καὶ κοινότερον εἰπεῖν, δώμεθα, ὅ ἐστι δεσμηθῶμεν συνθήκαις, ὧν ὁ διαιτητὴς καὶ κριτὴς, ἢ μάρτυς, ἵστωρ ἐλέγετο, παρὰ τὸ εἰδέναι. ὁποῖός τις κεῖται καὶ ἐν τῷ· (Ἰλ. σ, 501.) ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἑλέσθαι. Sed nugantur isti grammatici. Est a περιδίδομαι, unde in Equit. 791. ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. In codd. περιδοῦ scriptum est, minus bene. περίδου scribendum, ut ἀπόδου, Ran. 1235. BRUNCK. Photius p. 416,

9. Περιδοῦ: σύνθου· λέγουσι δὲ καὶ περὶ συνθήκης. οὕτως Δίφιλος.

645. ἡμιεκτέον] ἡμεεκτέον V, Mutinenses duo et tres Dobræi. Qui error librarii est ad v. 643. aberrantis. Suidæ in περίδου, ubi ἡμιεκταίον legebatur, ἡμιεκτέον restituit Gaisfordius, ex libris optimis, in quibus ἡμίεκτον scriptum.

647. περὶ] σὺ περὶ libri deteriores.

649. κομψὸν] σοφὸν V.

650. ἐπαΐονθ'] Legebatur εἶτ' ἐπαΐειν. Correctum ex R, in quo ἐπαΐοντ' scriptum.

651. κατ' ἐνόπλιον] Vide annotationem ad scholia.

653. *Quis alius nisi penis hicce? antehac vero, quum puer essem, digitus hic præsto mihi erat.* Magna est in his nequitia, quam satis explicasse mihi videor. BRUNCK.

654. πρὸ τοῦ] πρῶτον R.

ἔτ'] ἐπ' R. V. In aliis omissum.

655. ἀργεῖος] Libri aliquot ἀχρεῖος. ἀγρεῖος Thesm. 160.

ᾤζυρε] ὤιζυρὲ R.

656. δαί A. V. aliique. δή R. Alii δέ.

658. δεῖ σε πρότερα τούτων] πρότερα τούτου δεῖ σε V. τούτου etiam alii nonnulli, non R.

659. ὀρθῶς] Vid. ad v. 638.

661. τράγος ταῦρος] ταῦρος τράγος R. V.

ἀλεκτρυών] Magna est ruditas rustici, gallum s. gallinam inter quadrupedes numerantis. Quod tamen non animadvertit Socrates, sed aliud reprehendit, quod levius erat. BERG.

662. ὁρᾷς, ἃ πάσχεις;] *viden' quid tibi eveniat, quid facias?* πάσχω est hic pro πράττω. v. not. ad Ran. 302. ἀλεκτρυόνα feminino genere *gallinam* vocarunt veteres, ut et *gallinaceum* τὸν ἀλέκτορα. v. Amphiarai fr. ab scholiasta allatum et Dædali apud Athen. 9. p. 374. qui ex aliis comicis exempla plurima profert. BRUNCK.

663. ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὸ] In V. ἀλεκτρυόνα in fine versus collocatum est. De tribracho ante anapæstum posito dixi ad Acharn. 47. Eum recte ab hoc loco removit Porsonus restituta forma contracta ἀλεκτρυῶ. Idem ἀλεκτρυοῦς infra v. 1427. et ἱππαλεκτρυῶ Ran. 932. ἱππαλεκτρυοῦς 937. ubi libri ἀλεκτρυόνας ἱππαλεκτρυόνα ἱππαλεκτρυόνας.

κατὰ ταὐτὸ] Multorum librorum vitium est κατὰ ταυτὸν, paucorum καταυτὸ vel κᾶτ' αὐτό. In V. est κα^τὰ^ταὐτὸ.

664. πῶς] ὅπως codex unus Dobræi cum gl. ἤγουν πῶς. Omittit particulam V.

672. κάρδοπον] τὴν κάρδοπον A. D. aliique.

676. θυείᾳ] θυίαι R. V.

στρογγύλῃ 'νεμάττετο] Legebatur στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο. Inanem particulam om. V. Verbum autem ἐνεμάττετο potius est, quod etiam Dobræus in appendice p. (105.) proposuit, quam ἀνεμάττετο.

679. Στρ. τὴν καρδόπην θήλειαν; Σω. ὀρθῶς γὰρ λέγεις.] Legebatur Στρ. τὴν καρδόπην θήλειαν (comma addit Ald., interrogandi signum aliquot codd. Dobræi) ὀρθότερον λέγεις. Veram scripturam servarunt R. V, nisi quod Socratis personæ notam omittunt suppletam ab Hermanno.

680. Κλεωνύμῃ] Cleonymum hic facete irridet comicus. Nomina quæ generis feminini sint, Socrates rustico ostendit a masculinis terminatione etiam distingui debere: male eum τὴν κάρδοπον dixisse, dicendum fuisse τὴν καρδόπην. Doctrinam hanc valde probat rusticus, et ex ea colligit Cleonymum, qui timidus erat, clypeoque abjecto, fuga se e pugna proripuerat, non viri nomine Κλεώνυμος, sed feminæ Κλεωνύμη appellandum esse. Multus est in exagitando hoc Cleonymo, cui salse supra timiditatem exprobravit v. 353. BRUNCK.

681. ἔθ' ἕν τι περὶ] Sic Dobræus ad Pluti v. 980. emendavit librorum scripturam, quorum R. V. et Cantabrigiensis tertius Dobræi ἔτι γε περὶ, Mutinensis unus ἔτ' ἔτι γε περὶ, alii ἔτι δὴ περὶ, ἔτι δὴ περί γε, vel quæ vulgata inde ab Aldo lectio fuit ἔτι δή γε περί.

684. Φίλιννα] φίνιλλα V.

686. 'Αμυνίας] ἀμεύνίας V.

688. ὑμῖν] ἡμῖν R. V. Aliquot libri ἐν ὑμῖν, male.

689. πῶς] πῶς γ' R. Quæ tanto vitiosior scriptura est quod præcedit οὐδαμῶς γ'.

690. om. R.

691. τὴν 'Αμυνίαν] Pessime in recentibus aliquot libris interpolatum δὴ τὸν 'Αμυνίαν.

692. ἥτις R. V. Legebatur ὅστις. Ravennatis Venetique libri scripturas confirmat Hesychius, si, quod ego suspicor, ex hoc loco excerpta ejus glossa est ἥτις: ὅστις. quam omisit Mu-

surus. Quod mihi probabilius videtur quam ad Euripidis Alc. 17. respici οὐχ εὗρε πλὴν γυναικὸς ἥτις ἤθελε | θανεῖν πρὸ κείνου. ubi Reiskius ὅστις corrigebat.

694. οὐδὲν] *Nullo pacto*. Sic οὐδέν γε Av. 1360. quod comparavit Hermannus. Euripides Ion. 407. μῶν χρόνιος ἐλθών σ' ἐξέπληξ' ὀρρωδίᾳ; Κρ. οὐδέν γ'· ἀφίκου δ' ἐς μέριμναν.

696. ἐνθάδ'] ἐνταῦθ' A. R. V. et Cantabrigiensis tertius.

ἀλλ' om. V.

εἴπερ γε] εἴ γε A. R. V. et Cantabrigiensis tertius. Cantabrigiensis primus ἐνταῦθα γ' ἀλλ' εἴ γε χρή.

698. Idem versus Vesp. 1166. et partim Pac. 110.

699. τήμερον codices: τήμερα Ald.

700—716. Chori partes in libris Socrati tribuuntur. Correxit Hermannus.

705. Imperfectum hoc carmen in secunda editione reliquisse videtur poeta, unde factum ut versus antistrophici 812. et 813. non habeant in stropha qui respondeant. Non absolutam autem hanc partem fabulæ a poeta esse ex eo colligimus quod cantica chori desiderantur post v. 730. et post 888, et in alio chori carmine, de quo v. ad v. 949, versus non accurate sibi respondent.

707. ἀτταταῖ ἀτταταῖ R. ἀτταταὶ ἀτταταί V. Vulgo bis ἰατταταί.

710. οἱ Κορίνθιοι] Nugæ sunt, quæ scholiastes habet. Immo est ridiculum ex inopinato pro κόρεις (v. 725.) positis Corinthiis, quos perstringere obiter voluit, quos dicit primum τὰς πλευρὰς δαρδάπτειν, quod quo pertineat nondum extrico; secundum τὴν ψυχὴν ἐκπίνειν ad sævitiam fœnebrem; nam fœneratores etiam ψυχορόφοι dicuntur. v. Hesych. in h. v. ERN. Recte hunc locum Ernestius intelligit. Verba, τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσιν, ad libidinem Corinthiorum pertinent, pariter atque illa, τὸν πρωκτὸν διορύττουσιν. Vide Thesm. 648. Unde Κορινθιάζειν. Spectat autem eadem quæ infra dicit v. 1016. ἕξεις χροιὰν ὠχράν, ὤμους μικρούς, στῆθος λεπτόν. HERMANN.

711—715. δαρδάπτουσιν—ἀπολοῦσιν] In his verbis omnibus ν ἐφελκυστικὸν omittit R, ut alibi sæpissime. Quod satis habemus semel dixisse.

718. φρουδὴ χροιά] Supra 502. quærebat Strepsiades: si diligenter studeret, cuinam ex discipulis Socratis futurus esset

similis; quumque audivisset, se Chærephonti similem fore: ergo semimortuus ero, inquit. Itaque hic apparet, eum sedulo navasse operam literis; nam amisit colorem, quamvis retinuerit pristinam stoliditatem. Infra 1171. ex colore Phidippidis mutato colligit Strepsiades, eum magnos profectus fecisse in rhetorica. BERG. Idem comparavit Eurip. Hec. 163. *φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.*

720. *ἔτι*] *ἐπι* (sic) R.

κακοῖς] *κακοῖσι* A. R. V. *κακοῖσιν* qui scripserunt, non videntur *ἔτι* legisse.

721. *φρουρᾶς ᾄδων*] Proverbium de illis, quos curæ non sinunt dormire, ut dicit Schol. nempe a custodibus nocturnis, qui cantu solantur vigiliam aut somnum pellunt; ut ille speculator nocturnus ap. Æsch. Agam. 16. *ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ, | ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος, κλαίω τότε.* BERG. *φρουρὰς* R. V. male. *φρουρᾶς* Suidas in *φροῦδος* et Apostolius 20, 33. Genitivo casu dicitur ut *νυκτὸς, χειμῶνος* et alia hujusmodi.

722. *ὀλίγου*] *ὀλίγον* V.

723. *ποιεῖς*] *ποεῖς* R.

728. *ἐξευρετέος*] *ἐξευρητέος* libri optimi: *εὑρητέος* deteriores. Emendavit Porsonus. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 446.

729. *κἀπαιόλημ'*] Suidas in *παιόλημα* hinc citat *καὶ παιόλημ'* et *ἀπαιόλημα* pro varia lectione. v. Hesych. in *ἀπαιόλημα* et ibi intpp. item Eustath. ad Il. *β*. p. 352. Gl. interpretatur *παραλογισμός*. ERNESTI.

730. *ἐξ ἀρνακίδων*] Proprie *ἀρνακὶς* est *pellis ovina*, ut constat; sed quia huic voci similis est vox *ἄρνησις*, *negatio*, illam pro hac posuit comico joco, ut paullo ante *Κορίνθιοι* pro *κόρεις*. Desiderat autem aliquod epichirema, quo negare possit debitum et creditores fraudare, sive cupit esse *ἐξαρνητικὸς* et *ἀντιλογικός*, qualis factus postea filius ejus est 1172. BERG. *ἀρνακιδῶν* R.

ἀποστερητρίδα] Sic A. D. [V. et Suidas in h. v. et in *ἀρνακίδα*]. Vulgo *ἀποστερητίδα*. Priori formæ magis favere analogia videtur. Sic ab aliis verbalibus masculinis in *της* fiunt feminina in *τρις*· *αὐλητής, αὐλητρίς· ὀρχηστής, ὀρχηστρίς· ἀποστερητής, ἀποστερητρίς.* BRUNCK. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 256. In

R. et codice uno Dobræi ἀποστερητικήν, quod ex v. 747. petitum, ubi contrario errore codex unus Ernesti ἀποστερητρίδα.

731. Ante hunc versum desideratur carmen chori: vid. ad v. 705. Quod dum canitur, in interiore parte ædium versatur Socrates, finito autem, denuo in conspectum prodit, φέρε νυν, inquiens, ἀθρήσω πρῶτον ὅ τι δρᾷ τουτονί. Quæ verba absurda sunt, si nihil aliud intercedat quam paucula illa verba Strepsiadis οἴμοι—ἀποστερητρίδα.

733. οὐ δῆτ' ἔγωγ' D. R. V. Vulgo οὐδὲν ἔγωγ': unde in duobus codicibus Dobræi interpolatum οὐδέν γ' ἔγωγ'. Apud Suidam in ἔχεις τι scriptum μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔγωγε.

οὐδὲν πάνυ Strepsiadi continuat R.

737. πρῶτος] πρῶτον aliquot codices.

ἐξευρὼν R. V. Legebatur ἐξευρεῖν.

743. ἀτρέμα] ἀτρέμας libri plures.

744. πάλιν] πάλαι R. V.

745. αὐτὸ] In A. C, aliisque paucis εἰς vel ἐς αὐτὸ scriptum, non intellecta constructione verborum, de qua dixi ad Acharn. 884. Paullo melius, sed non verius, Reiskius τῇ γνώμῃ corrigebat. Tum libri quidam ζυγόθρισον.

748. τοδί C. Libri reliqui τὸ τί vel τοτί, alii præfixo, ut in Aldina, alii omisso Socratis nomine.

749. Θετταλὴν] Scholiasta, Ἀττικοὶ βαρύνουσιν οἱ κατὰ Μένανδρον, ὡς δαμάλην. Lucian. dial. meretr. 4. a Berglero citatus, εἴ τινα οἶσθα, Βακχί, γραῶν, οἷαι πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι. Τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλίδας dicit Plato Gorg. p. 513 a. Aliorum scriptorum locos indicavit Wyttenbachius ad Plut. Mor. vol. 6. p. 901.

750. δὲ Hermannus. Libri δή.

754. ἀνατέλλοι] ἀντέλλοι Ald. et pauci codices. ἀνατέλλει R. V.

755. οὐκ ἂν] οὐκ ἄν γ' Ald. et aliquot codices.

ὁτιὴ (vel ὅτιη] τί δὴ R. V. Alii vel sic vel ὅτι, τι δή vel, quæ vulgata olim scriptura fuit, τίη τί δή.

756. τἀργύριον libri scripti, qui adhuc inspecti sunt, omnes. γ' ἀργυρίων Ald.: quod fraudem fecit Musuro, de quo dicam in annotatione ad scholiastam.

758. πεντετάλαντός τις δίκη] Sæpe etiam ab aliis scriptoribus

quinque talenta memorantur, omninoque is numerus tum in jure Attico, ut in præscriptione, tum in vita communi quacumque in re usitatus est. Sic in ipsis Nubibus v. 10. atque alibi apud Aristophanem HERMANN. Vide ad Acharn. 6. Ceterum hic et v. 774. aliquot libri *πεντατάλαντος*, qua forma Atticos non uti animadvertit scholiasta.

759. *εἰπέ μοι* additum quasi non præcessissent ista *ἕτερον αὖ σοι προβαλῶ τι δεξιόν.* Quæ non inusitata est negligentia loquendi. Conf. ad v. 864. 1135.

761. *εἶλλε* (quod habent R. V. Ald. et Suidas) vel *εἴλε* codices plerique omnes: pauci *ἴλλε*. Vide quæ de hoc verbo dixit L. Dindorfius ad Thesaurum Stephani vol. 3. p. 253. quibus addendum infinitivi *εἴλαι* exemplum, quem restitui Sophocli Antig. 579.

762. *ἐς*] *εἰς* R. V.

763. *μηλολόνθην*] Ab Atticis *μηλόνθην*, non *μηλολόνθην* dictum, et ita legi in antiquis hujus comici codicibus, non vero in iis, qui sua ætate circumferebantur, observat Eustath. ad Il. ψ. p. 1329. *Ἀττικοὶ δὲ αὐτὴν μηλόνθην ὀνομάζουσιν· ἐκάλουν δέ φησιν αὐτὴν καὶ χρυσαλλίδα. καὶ οὕτω μὲν ὁ παλαιός· τὰ δὲ νῦν τοῦ κωμικοῦ ἀντίγραφα μηλολόνθην αὐτὴν τρισυλλάβως οἴδασιν.* Quod vero *χρυσαλλίδα*, a *fulvo* nempe *colore* eamdem aviculam dictam statuit Eustath., ex alio comici loco illustratur, ubi e conjunctis duabus vocibus *χρυσομηλολόνθιον* dicitur, Vesp. 1332. Adde de hac voce Herodem ap. Stob. Floril. Tit. 88. p. 335. ed. Grot. *ἡ μηλολόνθης ποσσὶν* (scarabæi) *ἅμματ' ἐξάπτων.* SPANH. Vide interpretes Pollucis 9, 124.

766. *ἤδη*] Pauci neque ullius auctoritatis libri *ἤδη ποτέ*, quas particulas conjungi tam usitatum est, ut non mirandum sit *ποτέ* hic ab librario aliquo esse adjectum.

τοῖσι] *τοῖς* R.

767. *ἑόρακας* R. V. et Dorvillianus. Reliquorum plerique *ἑώρακας*, pauci *ἑώρας* ut Aldus.

768. *ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι*] Sic Herodotus 7, 69. *λίθος ὀξὺς πεποιημένος, τῷ καὶ τὰς σφρηγῖδας γλύφουσι,* sc. *οἱ δακτυλιογλύφοι* vel *οἱ ἄνθρωποι.* DOBRÆUS.

ὕαλον] Speculum ustorium, e crystallo aut electro factum, de quo Theophrastus de igne §. 73. p. 730. ed. Schneid. *ἀπὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἅπτουσι τῇ ἀνακλάσει ἀπὸ τῶν λείων—ὅτι συνεχὲς*

γίγνεται μᾶλλον ἀνακλώμενον—ὥστε τῷ ἀθροισμῷ καὶ τῇ λεπτότητι διαδυόμενον εἰς τὸ ἔκκαυμα δύναται καίειν—ἐξάπτεται δὲ ἀπό τε τῆς ὕελου καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργυρίου τρόπον τινὰ ἐργασθέντων. SCHNEIDER.

769. *φέρε τί δῆτ'* (*δὴ τί τ'* V.) *ἂν*] Hæc Socrati tribuebantur. Correxit Reisigius.

771. *ὧδε*] *ὡδὶ* V.

772. *ἐκτήξαιμι*] De tabulis ceratis cogitavit scholiasta, verbo *ἐκτήξαιμι* deceptus. "Alio modo obliteravit dicam Hegemoni "scriptam Alcibiades: *βρέξας τὸν δάκτυλον ἐκ τοῦ στόματος* "*διήλειψε τὴν δίκην τοῦ Ἡγήμονος*, ut narrat Athen. 9. p. 407." BERG.

773. *νὴ τὰς Χάριτας*] Lucianus de histor. conscrib. c. 26. *ὥστε με νὴ τὰς Χάριτας πολλὰ δακρῦσαι.* Sic apud eundem scriptorem aliosque *πρὸς τῶν Χαρίτων*.

774. *διαγέγραπται*] Abolita est. Vide exempla ex oratorum scriptis memorata in Thesauro Stephani vol. 2. p. 1130. ed. Paris. et Vales. et Harpocrat. in *διαγράψασθαι*.

780. *καλεῖσθ'*] Vesp. 830. *ἄνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν*; 1441. *ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ*. BERG. Verbum om. R.

783. *διδαξαίμην σ'* (*σ'* om. V.)] Parum dubito scribendum esse *οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι*. Simonides apud Gaisfordium n. 54. p. 377. *τοσσάκι δ' ἱμερόεντα διδαξάμενος χορὸν ἀνδρῶν, | εὐδόξου νίκας ἀγλαὸν ἅρμ' ἐπέβας.* Atticus dixisset *διδάξας*, ni fallor. ELMSLEI. ad Eurip. Med. 290. Medium significare, aliquem ut discipulum sibi instituere, monet Hermannus additque Pindari exemplum Olymp. 8, 77. *τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥαίτερον*.

784. *τί; ναὶ πρὸς*] *τίναισ πρὸς* R, *σ* ex superiore versu repetito.

785. *γ'*] *τ'* R. om. V.

786. *νυνὶ* R. V. Aliorum librorum vitia sunt *νῦν, τονῦν, δή, δὴ νῦν, δῆτα, νῦν γε*, vel, quæ vulgata scriptura fuit, *δή γε*. *νυνὶ* cum aoristo conjunctum, ut v. 825. *ὤμοσας νυνὶ Δία.* Photius p. 305, 22. *νυνί μ' ἔπεισας: μᾶλλον νῦν λέγε.*

ἐδιδάχθης] *ἐδιδάσκου* aliquot codices.

798. *οὐκ ἐθέλει*] *οὐ θέλει* duo codices.

τί ἐγὼ] Reizius scribendum putabat *τί γὰρ πάθω*; Sic alibi Aristophanes, ut in Lysistr. 884. in Eccles. 860. in Av. 1432.

Vide Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 335. HERMANN. Libri pauci τί 'γὼ, unus τί δ' ἐγώ. τί γὰρ πάθω propterea hic non scripsit Aristophanes, quia modo præcessit γὰρ particula.

800. τῶν] καὶ V, om. R.

Κοισύρας] Vid. ad v. 49.

802. ἐξελῶ] ἐξολῶ R. Conf. ad Eq. 143.

804. εἰσελθὼν] ἐνταυθοῖ tres codices ex v. 843.

807. μόνας] μόνος R. V.

808. ἅπαντα] πάντα Ald. et aliqui codices.

812. ἀπολάψεις codices tantum non omnes: ἀπολέψεις Ald. Utramque scripturam memorant scholiasta et Suidas in ἀπολάψεις, et hoc recte interpretantur ἀφαρπάσεις, ἀποκερδανεῖς, ἀποσπάσεις. Pauci libri ἀπολαύσεις vitio manifesto.

813. ἑτέρᾳ A. ἕτερα R. V. Vulgo ἑτέρως.

814. μὰ τὴν 'Ομίχλην] Jurat more Socratico.

ἐνταυθὶ Cantabrig. primus. Scribebatur ἐνταυθοῖ. Pauci codices ἐν ταὐτῷ. ἐνταυθοῖ particulæ formam, qua interdum poetæ epici, sæpissime vulgaris dialecti scriptores usi sunt, nusquam ab scriptoribus Atticis esse usurpatam primus animadvertit Elmsleius ad Acharn. 152. Falsus tamen ille in eo quod locum Euripidis Iphigeniæ Tauricæ 1010. ἥξω δέ γ', ἥνπερ μαὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα, corrigendum esse censuit: quæ verba sanissima sunt, verum non ab Euripide scripta, sed a grammatico adjecta præcedentium verborum sententiam amplificante. Non majoris momenti alterum est exemplum Euripidis ex Melanippa apud Stobæum Floril. 74, 6. τίσασθε τήνδε· καὶ γὰρ ἐνταυθοῖ νοσεῖ | τὰ τῶν γυναικῶν, ubi certa Elmsleii emendatio est ἐντεῦθεν νοσεῖ, ab ipso poeta suppeditata Andromachæ versu 949. κἀντεῦθεν δόμοι | νοσοῦσιν ἀνδρῶν. Grammaticorum veterum sententiam retulit Eustathius p. 1839, 60. σημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς τὸ μὲν ἐνταυθοῖ τὴν ἐν τόπῳ σημασίαν δηλοῖ, τὸ δὲ ἐνταῦθα καὶ τὴν ἐν τόπῳ καὶ τὴν εἰς τόπον. Quod significationis discrimen qui excogitarunt, haud dubie etymologica ratione ducti fuerunt, de qua conjecturam facere licet ex præcedentibus Eustathii verbis, τὸ δὲ ἐνταυθοῖ δοκεῖ Δωρικὸν εἶναι, εἰ καὶ παρ' Ἀττικοῖς τέτριπται, οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα. ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἐνταῦθα ὁ Δωρισμὸς ἁπλοῦς, διπλοῦς δὲ ὁ τοῦ ἐνταυθοῖ. καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. ἔθος Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν ἐν πρόθεσιν

μετὰ αἰτιατικῆς, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἔνδον λέγειν ἐνδοῖ—καὶ τὸ πέδον πεδοῖ ἐπιρρηματικῶς ἀντὶ τοῦ εἰς γῆν—. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων εἴη ἂν Δωρικὴ σύνταξις τὸ ἐνταυθοῖ (hoc necessario ἐνταῦθα scribendum, quam formam servavit inscriptio Elea apud Boeckhium I. p. 26. τῷ 'νταῦτ' ἐγραμμένῳ) ἤγουν εἰς τοῦτον τὸν τόπον, καὶ αὖθις τροπῇ Δωρικῇ ληγούσης τὸ ἐνταυτοῖ, καὶ τροπῇ συνήθει τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ ἐνταυθοῖ. ὁμοίᾳ δὲ συντάξει τῆς ἐν προθέσεως καὶ ἀντιμεταχωρήσει τοῦ ἀφώνου γίνοιτ' ἂν καὶ τὸ ἐνταῦθα. Brevius et verius Herodianus apud Joannem Alexandrinum p. 36, 2. τὸ ἐνταυθοῖ τὴν αὐτὴν ἔχει σημασίαν τῷ ἐνταῦθα. utramque enim formam sine ullo significationis discrimine usurpari facile animadvertet qui usum scriptorum diligentius observare volet. Aristophanis quæ ferebantur exempla de forma ἐνταυθοῖ partim ex libris partim ex conjectura correxi. Vide Ach. 152. Nub. 842. Vesp. 1442. Lys. 4. 568. 570. Thesm. 225. Plut. 225. 608.

815. ἀλλ' ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας] Hoc dicit, i et perde sumptibus quos in equos facis columnas Megaclis. Sic Menander apud Athenæum 4. p. 166. de Ctesippo, qui lapides e patris sepulcro vendiderat, κᾆθ' ὡς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους | ἁπαξάπαντας. HERMANNUS.

816. Prius ὦ om. V.

819. τὸ Δία Valckenarius de Aristobulo p. 4. Legebatur τὸν Δία. Eccles. 787. τῆς μωρίας, | τὸ μηδὲ περιμείναντα τοὺς ἄλλους—. Δία sine articulo legisse videtur, quem scholiasta memorat, Symmachus, qui Δία producto α pronunciari dicat. Quod confirmare potuisset accusativi χόα exemplis.

820. δὲ] δαὶ R.

821. ἀρχαϊκά] ἀρχαϊκὰ φρονεῖν ex hoc, ut videtur, loco sumptum annotavit Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 22, 30. ἀρχαϊκῶς ἀντὶ τοῦ ἀρχαίως ex Nubibus affert Antiatticista p. 83, 1. qui fortasse scripserat ἀρχαϊκός ἀντὶ τοῦ ἀρχαῖος. ἀρχαιϊκά duplici iota scriptum ex hoc versu citat alius grammaticus ibidem p. 449, 10. Quæ scriptura quum etiam a Phrynicho p. 39. ed. Lob. probetur, restituenda videtur Aristophani.

822. πρόσελθ'] πρόσιθ' aliquot codices.

823. πρᾶγμ'] τι πρᾶγμ' R. V. aliique pauci.

σὺ om. Mutinensis tertius, non tamen ille τι addens ante πρᾶγμ'.

824. διδάξεις Dawesius. Libri διδάξῃς.

825. νυνὶ V. et Cantabrigiensis primus. νῦν R. Vulgo νῦν νή. Conf. ad v. 786.

827. ἀλλὰ τίς;] Interrogat Phidippides tanquam si præcessisset οὐ βασιλεύει Ζεὺς, quem ipsum esse Strepsiadis verborum sensum sequentia ostendunt. Male in A. et Mutinensi primo ἀλλὰ τί.

828. Δῖνος] ἀλλὰ δῖνος A. Repetit hunc versum Phidippides v. 1471.

830. Σωκράτης ὁ Μήλιος] Socratem Atheniensem fuisse, non autem ex insula Melo, constat. Vocat autem eum Melium s. Meliensem, ut scholiasta dicit, propterea, quia perinde esset atheus, ut Diagoras Melius, de quo v. Av. 1077. Sic Amyniam, qui erat Pronapi filius, Vesp. 1267. dicit Selli filium, quod ille Amynias perinde esset pauper ut Selli filius Æschines. BERG. Memorat hæc verba Stephanus Byz. in Μῆλος.

832. ἐς] εἰς libri.

τοσοῦτον codices plerique et Suidas in μανιῶν et χολῶσι. Alii τοσοῦτο. Vid. Elmsl. ad Eurip. Med. 254.

835. ὑπὸ] ὑπὲρ tres codices.

837. ἐς] εἰς libri.

838. καταλόει μου Bekkerus. Libri καταλούει μου cum Suida in καταλούῃ. μου καταλούει A, quæ correctoris metrici interpolatio est. Usum verbi Latini *eluere* pro *prodigere* comparavit Kusterus.

841. ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις] ὅσα πάρεστιν ἀνθρώποις R. ὅσαπερ ἔστ' ἀνθρώποις V. Similiter in aliis libris variatum, quorum unus ὅσαπερ ἐστὶν ἀνθρώποις. Apud Joannem Alex. τονικ. παραγγελμ. p. 30, 14. ὅσαπερ ἐστὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις.

843. ἐνταυθὶ Cantabrigiensis primus. Scribebatur ἐνταυθοῖ. Vid. ad. v. 814.

845. πότερα Brunckius, quod confirmant R. V. πότερ' ἂν exhibentes, quod ex πότερα corruptum ut in codicibus Sophoclis Trach. 949. Legebatur πότερον. De numeris hujus versus dictum ad Acharn. 47.

ἕλω] λέγω V.

846. Quia pater dementit præ senectute, vult Phidippides rem indicare τοῖς σοροπηγοῖς, ut ei sandapilam concinnent, tam-

quam morti jam vicino. In Lys. 599. ad senum chorum dicitur: σὺ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; σορὸν ὠνήσει. BERG.

847. τοῦτον] Scribendum τουτονὶ cum R. V.

τίνα] Scribendum τί cum Reisigio.

849. ταὐτό] ταυτόν R. V. aliique.

853. τοὺς γηγενεῖς] ἀλαζόνας et ὠχριῶντας Socraticos dixerat Phidippides v. 102. Quorum utrumvis significare potest γηγενεῖς, ut aut jactatores intelligantur, quemadmodum in Av. 824. dixit ἵν' οἱ θεοὶ τοὺς Γηγενεῖς (Gigantes) | ἀλαζονευόμενοι καθυπερηκόντισαν, aut terreus, id est fuscus et pallidus, faciei color notetur.

855. ἂν om. A. V.

ἐτῶν] τῶν ἐτῶν A. R. V.

857. καταπεφρόντικα] Meditando perdidi. Verbum comice fictum.

859. Plutarchus in Pericle c. 23. τοῦ δὲ Περικλέους ἐν τῷ τῆς στρατηγίας ἀπολογισμῷ δέκα ταλάντων ἀνάλωμα γράψαντος, ἀνηλωμένων εἰς τὸ δέον, ὁ δῆμος ἀπεδέξατο, μὴ πολυπραγμονήσας, μηδ' ἐλέγξας τὸ ἀπόῤῥητον. Corrumpendis autem Lacedæmoniorum primoribus insumta fuerat ista pecunia. BRUNCK. Vid. lexicon rhetor. in Bekkeri Anecd. p. 234, 10. et scholiastam Demosthenis ad p. 167. ed. Reisk.

ἐς] εἰς libri.

861. πιθόμενος Bentleius. Libri πειθόμενος.

862. πιθόμενος Suidas in ἐξέτει. Libri πειθόμενος.

863. ὀβολὸν—'Ηλιαστικὸν] De mercede judicum v. ad Vesp. 684.

864. τούτου] ὅτ' Suidas in ἁμαξίς.

'πριάμην] Debebat πριάμενος dicere: sed indicativum posuit nulla habita ratione præcedentis verbi οἶδα. Similem negligentiam animadvertimus v. 759.

865. Indicat poeta hoc versu qui fructus Strepsiadi ex isto consilio redundaturus sit. HERMANN.

868. ἐσθ' ἔτι] ἐστιν, omisso ἔτι, R. V.

869. τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε] Debebat Socrates dicere: οὐ τρίβων ἐστὶ τῶν μαθημάτων τῶν ἐνθ., at ridiculi causa dicit τῶν κρεμαθρῶν e v. 218. Responsio autem juvenis indicat, ea verba etiam in partem deteriorem accipi posse, velut dixisset, *nondum tritus est laqueis nostris:* hinc iratus juvenis

respondet: *tu ipse tritus fores si penderes.* τρίβων ut Latinis *tritus* est *peritus*, ut interpretatur Suid. vid. et Vesp. 1420. Sic usus est Herod. 4, 74. μὴ τρίβων pro *imperito*. add. Periz. ad Æl. V. H. 5, 5. ERNESTI. κρεμαθρῶν producta syllaba media dixit ut ponderosius hoc vocabulum videretur. Male Bentleius κρεμαστρῶν. Conf. ad v. 218. Καπνίον producta syllaba prima Vesp. 151.

872. κρέμαι' Brunckius. Libri κρέμαιό γ', quod ex v. 870. repetitum videtur: nisi quis κρέμαι γ' scribi malit, quod ferri potest, quum Socrates propterea tantum repetat ut imperite pronunciatam diphthongum reprehendat.

873. τοῖσι χείλεσιν διερρυηκόσιν] Quod Latini dicunt *ore vasto*. ERNESTI.

875. κλῆσιν] In jus vocationem: quo significat artem inveniendæ criminationis. HERMANN.

χαύνωσιν] Recte explicatur in scholio altero.

876. καίτοι] καίτοι γε R.V. Quo non debebat abuti Porsonus ad conjecturam καίτοι ταλάντου τοῦτό γ' ἔμαθ' Ὑπέρβολος.

ἔμαθεν] ἔμαθ' Suidas in ἀναπειστηρίαν: ἔμαθεν in τάλαντον.

878. ὂν A. R. V. aliique cum Suida in σίδια et τυννουτί. Legebatur ὢν.

880. Cum loco simili Luciani Somn. c. 2. vol. 1. p. 5. comparavit Hemsterhusius.

884. Hunc versum addunt A. R. V. aliique plurimi: om. Ald. et pauci codices. De ictu vocabuli τἄδικα dixi ad Soph. Œd. T. 867.

886. αὐτοῖν] ἀμφοῖν aliquot codices.

887. ἀπέσομαι] ἀπέσσομαι A. R. Sic κόρεσσι R. v. 699, κρίνεσσι v. 911. et alia hujusmodi.

τοῦτό νυν] τοῦτο νῦν R. Legebatur τοῦτο δ' οὖν. τοῦτο γοῦν A. V. aliique.

888. Post hunc versum desideratur chori canticum, non ab librariis omissum, sed a poeta, quum hanc fabulam retractaret, non adjectum. Recte igitur in R, Ald. et codice Cantabrigiensi secundo adscriptum ΧΟΡΟΥ, de quo scholiasta, τοῦ δὲ χοροῦ τὸ πρόσωπον ἐκλέλοιπεν. ἐπιγραφὴ δὲ φέρεται χοροῦ. Conf. procemium annotationum ad Plutum. Mutatam autem in secunda editione hanc fabulæ partem testatur scriptor argumenti quarti, αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται καὶ ὅπου ὁ δίκαιος

λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λόγον λαλεῖ καὶ τελευταῖον ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους.

889. Hinc jam per prosopopœiam introducuntur duo *Λόγοι*, alter justus, qui et major s. superior dicitur, quo disserimus de rebus justis et justam causam defendimus: atque iste agit virum modestum, verecundum, honestatis observantem et antiquis moribus præditum; alter injustus, qui et minor s. inferior dicitur, jura pervertens, immodestus, impudens, honestatis expers, novator, corruptor juventutis. Isti duo *Λόγοι* certant inter se, et uterque vult adolescentem ad se allicere, ut *Virtus* et *Voluptas* Herculem ap. Xenoph. Mem. 2, 1, 21. et Philosophia atque Statuaria Lucianum in ejus vita s. Somnio c. 6. Repræsentant autem naturam Rhetoricæ, quæ in utramque partem de eadem re disserere docet. Aristoteles Rhetor. 1, 1, 12. ubi agit de utilitate rhetoricæ, *ἔτι δὲ τἀναντία δεῖ δύνασθαι πείθειν, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς, οὐχ ὅπως ἀμφότερα πράττωμεν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ φαῦλα πείθειν· ἀλλ' ἵνα μήτε λανθάνῃ πῶς ἔχει, καὶ ὅπως ἄλλου χρωμένου τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως, λύειν ἔχωμεν.* BERG.

891. *ἴθ' ὅποι χρῄζεις*] Euripidis ex Telepho verba.

893. *γ'* om. V.

896. *ἐξευρίσκων*] *ἐφευρίσκων* libri deteriores.

897. *ταῦτα*] *καὶ ταῦτα* R.

901. *ἀνατρέψω*] *ἀναστρέψω* R.V.

'γαὔτ' (i. e. *ἐγὼ αὔτ'*) Hermannus. *γ' αὐτὰ* R. Legebatur *ταῦτ'*.

903. *τοῖσι*] *τοῖς* R.

905. *τὸν πατέρ' αὐτοῦ*] Saturnum. Æsch. Eum. 644. *αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.* Plato Euthyphr. p. 6 a. BERG.

907. *δότε μοι λεκάνην*] Pelvim petit, ut in eam vomat, quia bilem ei movent verba adversarii. BERG. In codicibus nonnullis et apud Suidam in *λεκάνια* adscriptum *ἵν' ἐμέσω.* Quod *ἵν' ἐξεμέσω* scriptum in Etym. M. p. 337, 1. quæ verba leguntur Acharn. 586.

910. Vernilitatem hanc improborum, qui quasi conviciis gaudere videntur, expressit Plautus Pseud. 1, 3, 125. seqq. DUCKER.

913. *οὐ δῆτα πρὸ τοῦ γ'* (*τ'* V), *ἀλλὰ μολύβδῳ*] H. e. talia di-

cens olim non auro, sed plumbo conspergere te visus essem. Quo indicat mutatos per tempora mores. *μολύβδῳ* Brunckius. Scribebatur *μολίβδῳ*.

915. *θρασὺς εἶ πολλοῦ*] *πολλοῦ*, genitivus quem grammatici dicunt pretii vel mensuræ, adverbii instar est, quem per *πάνυ* explicant Suidas, et scholiasta Aristidis vol. 2. p. 249, 16. (vol. 2. p. 325. ed. meæ) *φάσκοντες γέροντά τε εἶναι πολλοῦ καὶ παραφρονεῖν ἤδη*. ubi Eupolidis locum memoravi apud Priscian. p. 1328. *α. ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας. β. πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.* Aristophanes Eq. 822. *πολλοῦ δὲ πολύν με χρόνον καὶ νῦν ἐλελήθης ἐγκρυφιάζων.* cui Duckerus comparavit Ran. 1046. *ἀλλ' ἐπί τοι σοὶ καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθῆτο.*

916. *διὰ σὲ δὲ*] Av. 1752. in versu dactylico *διὰ σὲ τὰ πάντα κρατήσας*. Scribendum utrobique *ζά*. De quo dixi ad Thesaurum Stephani vol. 2. p. 1107.

δὲ om. C.V. aliique nonnulli. In aliis quibusdam, velut A.C, *δὴ* scriptum.

917. *ἐθέλει*] *θέλει* R.V.

918. *καὶ* addunt C.D, Vaticanus, duo codices Dobræi: omittunt R.V, Ald. aliique.

'Αθηναίοις codices plurimi: pauci *'Αθηναίοισιν* cum Ald.

922. *Τήλεφος*] Euripidem Socratis amicum, studiisque philosophiæ deditum perstringit, cujus notissimum drama *Telephus*. In eo heros pannis vestitus, peramque gestans inducebatur tanquam mendicus, sed sermones habebat miro artificio compositos. [Vid. et Acharn. 430.] Mox *γνώμας Πανδελετείους* schema est *παρὰ προσδοκίαν*. Exspectasses *ἄρτους*, vel simile quid. Pandeletus notus erat istius temporis vitiligator. Maxime autem in his demagogos taxat comicus, qui simul ac reipublicæ administrationem capesserant, e pauperibus divites fieri solebant. Confer Pl. v. 567. BRUNCK.

φάσκων] *δύστροπος* addunt R.V.

924. *Πανδελετείους*] *πανδελετίους* A. R. V.

925. ΑΔ. *ὤμοι* (*οἴμοι* V) *σοφίας*. ΔΙ. *ὤμοι* (*οἴμοι* V.) *μανίας*. ΑΔ. *ἧς ἐμνήσθης*. ΔΙ. *τῆς σῆς*] Sic R.V. Vulgo ΑΔ. *ὤμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης*. ΔΙ. *ὤμοι μανίας τῆς σῆς*.

929. *τοῦτον* om. R.V.

932. δ' om. Ald. et pauci codices. ἔα monosyllabum ideoque ἆ potius scribendum.

933. ἐπιβάλλῃς] ἐπιβάλῃς R.V.

940. δὴ A. R. δή τίς V. Legebatur τίς.

πότερος additum ex R.

λέξει πρότερος ὑμῶν] Legebatur λέξει πρότερος ὑμῶν. Correctum ex R. aliisque paucis, qui λέξει πρότερον, omisso ὑμῶν.

945. ἀναγρύζῃ R.V. Legebatur ἀναγρύξῃ, quod revocandum.

947. ἀνθρηνῶν] ἀνθρήνων R. et codices Dobræi.

949—958. Respondent huic carmini versus 1024—1033. sed non ex omni parte. Quæ non librariorum esse culpa videtur, sed poetæ, qui imperfectum reliquit. De quo conf. quæ ad v. 705. diximus.

952. γνωμοτύποις] γνωμοτύποισι R.V.

953. ὁπότερος αὐτοῖν] In recentibus quibusdam libris et Ald. interpolatum ὁπότερος (ὁππότερος Ald.) γ' αὐτοῖν.

954. φανήσεται] γενήσεται V.

960. σαυτοῦ] αὑτοῦ R.V.

961—964. Attulit hunc locum Sextus Empir. p. 359. sed pro duobus versibus primis unum posuit hunc, λέξω τοίνυν βίον ἐξ ἀρχῆς, ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον. Quem Teleclidis esse apud Athen. 6. p. 268 b. animadvertit Porsonus.

962. νενόμιστο] In existimatione erat. Plato Gorg. p. 466. οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσιν. Ubi hunc locum comparavit Heindorfius. 'νενόμιστο Brunckius.

963. παιδὸς φωνὴν R.V. aliique cum Sexto Emp. et Aristide vol. 2. p. 162. φωνὴν παιδὸς Ald.

964. ἐς C. E. εἰς R.V. Ald.

κιθαριστοῦ] κιθαριστάς V. Quæ de institutione puerili hic traduntur, Spanhemius e locis Platonicis Leg. 7. p. 810, 812. et Dione Chrys. vol. 1. p. 427. illustrat.

965. τοὺς κωμήτας] Nugatur hic scholiastes. Hesych. κωμήτης: γείτων. κῶμαι γὰρ τὰ ἄμφοδα. Lysistr. 5. κωμῆτις, *vicina*. BRUNCK.

κριμνώδη] κρημνώδη V. Utramque scripturam explicat Suidas in κρημνώδη. Pauci codices κρυμώδη, quod legit Georgius Pachymeres, qui hunc locum imitatur in vita Andronici Pal. p. 38 a. Eædem librorum diversitates apud Aristidem. Sed

vera scriptura κριμνώδη est, quod densitatem nivis significat.

966. ἐδίδασκεν] ἐδίδαξε V.

967. Παλλάδα περσέπολιν δεινὰν, et τηλέπορον τι βόαμα, initia sunt carminum Lamproclis et Cydiæ Hermionensis, de quibus vide annotationem ad scholia. περσέπτολιν R. aliique non pauci.

968. ἐντειναμένους] ἐντυναμένης R. ἐντηναμένης vel ἐντηνομένης V.

969. Post hunc versum Brunckius, auctore Valckenario in Diatr. Eurip. p. 224., intulit versum ab Suida in χιάζειν allatum, αὐτὸς δείξας ἐν θ' ἁρμονίαις χιάζων ἢ σιφνιάζων, ineptum huic loco, ubi non de magistro artis musicæ agitur, sed de discipulo, qui non dici poterat αὐτὸς δείξας. Itaque inter fragmenta retuli 558.

971. Φρῦνιν] De Phrynide v. Petrus Jo. Burette in Actis Academiæ Inscript. vol. 10. p. 268. BRUNCK.

δυσκολοκάμπτους] Est vox elegans, qua comicus nimiam Phrynidis in arte musica περιεργίαν, ob varias illas et difficiles vocis inflexiones, ab eo inventas, perstringere voluit. Huc, ut puto, respexit Pollux 4, 66. ubi ait: καὶ Φρῦνιν δὲ τὸν Κάβωνος, μέλεσι πολυκαμπέσι, τοῖς ὑπὸ τῶν κωμῳδῶν δυσκολοκάμπτοις κληθεῖσι, κεχρῆσθαι λέγουσι. KUST. V. Pherecratis de Phrynide versus apud Plutarchum de musica p. 1141 e. δυσκολοκάμπας V.

972. ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων] De medio tollens, i. e. violans vitians. Quod Alcman dixit Μῶσαν καταύσεις, Eustathius p. 1547, 60. explicat per ἀφανίσεις. De quo usu verbi ἀφανίζειν v. Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 139. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 357. ed. sec.

973. ἐν] ἐμ R. qui σὺμ πεύκαις v. 604. ἤμ πως Vesp. 399. ἐμ Φαναῖσι Av. 1694. ξὺμ παιῶνι Thesm. 1034. ἤμ περ Eccl. 1035.

καθίζοντας] καθίζοντος V. βαδίζοντας Suidas in παιδοτρίβου.

προβαλέσθαι] Non bene interpretatur scholion: est *porrigere, non contrahere pedes et crura*. ERNESTI.

975. ἀνιστάμενον R.V. Legebatur ἀνισταμένους. Similiter a numero plurali ad singularem transit v. 989. ubi aliquot codices προέχοντας, et alibi, velut Vesp. 564. οἱ μέν γ' ἀποκλάονται

πενίαν αὐτῶν καὶ προστιθέασι | κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἀνιῶν ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

προνοεῖσθαι R.V. Legebatur προνοῆσαι, quod habet Suidas in συμψῆσαι.

976. ἐρασταῖσιν Toupius Emend. vol. 2. p. 217. Libri ἐρασταῖς.

καταλείπειν] καταλιπεῖν V. Quod in fine versus Ald. addit γε, omittunt codices plerique omnes et Suidas.

977. ἠλείψατο] Notus fricationum et unctionum in veterum gymnasiis usus, illudque fuisse proprium παιδοτρίβου munus inter alios docet Galenus de Simpl. Medicam. 2, 4. καὶ οἱ παιδοτρίβαι τοὺς παῖδας ἀλείφειν ἐρῶσι· et c. 6. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τοὺς παῖδας οἱ παιδοτρίβαι κατὰ τὸ ἐπιτυχὸν ἔλαιον ἀνατρίβουσιν. Adde Cyrill. Alex. in Genes. c. 6. vol. 1. p. 180. ὥσπερ καὶ οἱ παιδοτρίβαι τοὺς νέους ἀλείφοντες κ. τ. λ. Id vero ab illis pædotribis cum copioso aut cum exiguo oleo, idque vel manibus tantum vel cum pulvere aut cum linteo factum docet Galenus de sanit. tuend. 2, 3. Unde etiam παιδοτριβῶν iis nomen, item ἀλειπτῶν· quomodo, ut alios nunc mittam, Basilius, qui utrumque conjungit Ep. 383. ἀλείπτην καλῶς παιδοτριβοῦντα καὶ παλαιστὴν δόκιμον ἀπεργαζόμενον. SPANH.

978. δρόσος καὶ χνοῦς] Imitatur Plutarch. Mor. p. 79 d. τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικὸν, ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν, ἀποδρεπομένους.

979. φυρασάμενος] κερασάμενος V.

980. ἐβάδιζεν] ἐβάδιζας V.

982. οὐδ' ἄννηθον] Vulgo οὐδ' ἂν ἄνηθον. Libri Ravennas, Venetus et Harleianus οὐδ' ἄνηθον. Ergo scribendum fuit οὐδ' ἄννηθον, quæ scriptura in Atticorum libris ubique est restituenda. ἄννηθον ab metro postulatum etiam in Thesmophor. edidi v. 486. κᾆθ' ὁ μὲν ἔτριβε κεδρίδας, ἄννηθον, σφάκον. Eadem ratio vocabuli ἄννησος. Nicander Theriac. v. 650. σὺν δὲ καὶ ἀννήσοιο τὸ διπλόον ἄχθος ἀείρας. ubi scholiasta, διὰ δύο ν Ἀττικῶς, ἤγουν ἀνήσου. Sciens omitto alia quæ ex Athenæo aliorumque, medicorum inprimis et grammaticorum, libris facile congeri possent opera quam fructu majore. ἄνητον correpta syllaba prima dixit Alcæus apud Athenæum 15. p. 674 d. ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισι | περθέτω πλέκτας ὑποθυμίδας τις. ubi codex ἀλλὰ ἀννήτωμεν, et Sappho p. 674 e. Ἄννητον ab Suida anno-

tatum et grammatico Bekkeri p. 403, 3. ἄννηττον: τὸ ἄννηττον ἐν τοῖς δύο νν καὶ δύο ττ.

983. ὀψοφαγεῖν] Piscibus vesci. Vid. Athen. 8. p. 345 f.

κιχλίζειν] Duobus modis explicat scholiasta, *turdos edere* et *indecenter ridere*. Quorum verum videtur alterum. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 271, 30. κιχλισμός: πορνικὸς γέλως πολὺς καὶ ἄκοσμος. Quod legitur v. 1073.

984. Διπολιώδη] Sic A. C. Vulgo Διϊπολιώδη. Διπόλια, ut Διθύραμβος, Διάσια, quorum prima itidem producitur. Διϊπόλια et Βουφόνια diversa sunt ejusdem festi nomina, de quo videndus Meursius Gr. Fer. Hujus autem, ut et cicadarum, quas olim Athenienses capillorum cincinnis inserebant, et Cecidæ poetæ dithyrambici vetustissimi mentione significat injustus orator, omnia quæ adversarius dixit, stulta et inepta esse, antiquam simplicitatem referentia. De cicadis aureis quas in comæ vertice prisci Athenienses gerebant, videndus Thucydides 1, 6. [et Aristoph. Eq. 1331.] BRUNCK. διιπολιώδη R.V. aliique. Διπόλεια dixerunt veteres, non Διιπόλεια, quod fere ubique posuerunt librarii.

καὶ] om. V.

985. Κηκείδου] κηκίδου V.

986. Μαραθωνομάχας V. Μαραθωνομάχους vulgo, et Aristides vol. 2. p. 162. Vid. ad Acharn. 181.

987. ἱματίοισι] Sic vulgo, consentientibus R.V. ἱματίοις pauci codices et Suidas in εὐθύς. Recte legitur ἱματίοισι cum cæsura post syllabam primam tertiæ dipodiæ. Avium v. 600. τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασι· λέγουσι δέ τοι τάδε πάντες. Callias apud Athen. 12. p. 524 f. τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἰωνία εἴφ' ὅ τι πράσσει. et post spondeum Vesp. 600. κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει. Plato apud Eustath. p. 1161, 46. εἷς δ' ἀμφοτέρων ὄστρακον αὐτοῖσιν ἀνίησ' ἐς μέσον ἑστώς.

988. ἀπάγχεσθαι, *cruciari*. Vesp. 686. ὃ μάλιστά μ' ἀπάγχει.

989. προέχων] Libri aliquot προέχων τις vel προέχοντας. Vid. ad v. 975.

ἀμελῇ τῆς Τριτογενείας] *Non respicit Palladem:* nec pudet eum, saltantem in festo Palladis cum armis, ad tegendum veretrum uti clypeo, non autem ad complementum ipsius *armatæ saltationis;* quum enim clypeus sit gestamen Palladis, ipsa dea

dedecore afficitur, quum ejus arma ita dehonestantur. BERG. Similiter ἀγυμνασίαν in facibus gestandis exemplo a Panathenæis repetito vituperat in Ranis v. 1087. HERMANN. In nullis codicibus est ἀμελεῖ, in R.V. ἀμέλει. Tum τριτογενείης R.V. Sic Ἰναχείης pro Ἰναχείας libri plures apud Æsch. Prom. 590. et σεληναίης pro σεληναίας omnes supra v. 614.

991. βαλανείων] Intellige θερμῶν. Vid. v. 1044. ERNESTI.

993. θάκων] Libri aliqui θακῶν, alii θώκων.

994. περὶ] παρὰ R.V, vitiose.

σκαιουργεῖν R.V. Alii κακουργεῖν, quod legit Suidas in ἄχρηστα. Ex quo in ed. Aldina factum est κακοεργεῖν.

995. τἄγαλμ'] ἄγαλμ' V. aliique plurimi.

ἀναπλάττειν R. Alii codices ἀναπλάσσειν vel ἀναπλάσειν, ex quo ἀναπλήσειν ab librariis factum est, quod habent V, Ald. et Suidas. Veram scripturam ἀναπλάττειν in libro suo invenit recteque intellexit Aristides vol. 1. p. 77, 16. ὁ δ' ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων (hoc ex Homero Il. μ, 104.), ἄγαλμα δ' ἄν τις ἔφησε τῆς Αἰδοῦς αὐτὸν εἶναι, ᾧ γε τὰ μὲν πολλὰ σιωπᾶν ἐξήρκει, εἰ δέ τι φθέγγοιτο, ἔδει φλέγεσθαι (ex v. 992.). Similia dicta comparavit Jacobsius ad Philostr. p. 404.

996. εἰσᾴττειν] Librorum varietates sunt εἰσάττειν (omisso iota subscripto), quod est in R, ἄττειν, quod habet V, εἰσάγειν, εἰσιέναι.

997. μήλῳ βληθεὶς] Virg. Ecl. 3, 64. *Malo me Galatea petit lasciva puella.* Theocr. 6, 6. Plato ap. Diog. Laert. 3, 32. Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με Δεξαμένη παρθενίης μετάδος. BERG.

998. Ἰαπετὸν καλέσαντα] Ex h. l. patet, *deliros* et *decrepitos* senes apud Græcos olim dictos fuisse Ἰαπετούς, quod nimirum Iapeto nihil crederetur antiquius. V. quæ hac de re notavit Sam. Bochartus Phaleg. 3, 1. init. KUST. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 43, 29. Ἰαπετός: ἀντὶ τοῦ γέρων. καὶ Τιθωνὸς καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων.

1001. τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν] Ludit in ambiguitate vocum ὑσὶν ab ὗς et υἱέσιν ab υἱεύς. De filiis Hippocratis, quorum ὑωδίαν comici sæpe exagitarunt, vide annotationem ad scholia.

καλοῦσι] Id est καλέσουσι.

βλιτομάμμαν] κλιτομάμμαν R.V. Aliorum librorum vitia sunt βλιττομάμαν vel βλιττομάμμαν. Est autem βλιτομάμμας is, qui

infantis instar, matrem perpetuo vocantis, simplex et stolidus est, ut recte interpretatur Hermannus, collato Μαμμάκυθοι in Ranis 990. Schol. Platonis p. 73. (387. Bekk.) Ξάνθιππος καὶ Πάραλος οἱ Περικλέους υἱοὶ, οὓς καὶ βλιττομάμμας ἐκάλουν. Βλίτται γὰρ καὶ βλίττωνες οἱ εὐήθεις, μάμματα δὲ τὰ βρώματα, καὶ τὸ ἐσθίειν Ἀργεῖοι μαμμᾶν (μαμμιᾶν Bekk.) ἔλεγον· ἐκ τούτων οὖν σύνθετον ὁ βλιττομάμμας, ὁ ἐσθίων εὐήθως, ὡς καὶ συκομάμμας ὁ συκοφάγος. Melius, ut videtur, Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 31, 3. Βλιτομάμμας· ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων διὰ τρυφὴν σύγκειται μετὰ τὸ βλίτον, ὅ ἐστι λάχανον ἔκλυτον ἄμοιρόν τε δριμύτητος, καὶ ἐκ τοῦ μάμμα, ὃ σημαίνει μήτηρ· ἐξ οὖν τούτων συγκείμενον σημαίνει τὸν ἐπὶ μητρὸς τροφῇ ἐξίτηλον γενόμενον. De blito, inerte genere oleris, derivatisque ab eo vocabulis βλιτὰς, βλιτόνους, βλιτώδης vide quæ ad Thesaurum Stephani diximus, ubi de βλιτομάμμας addendum Tzetzæ commentum Histor. 4, 833. ἅπαντας βλιτομάμμαντας πρὶν τοὺς μωροὺς ἐκάλουν | ἔκ τε τοῦ βλίτου, εὐτελοῦς λαχάνου πεφυκότος, | καὶ τοῦ μαμμάν· τὸν ἄρτον δὲ οὕτω φασὶ τὰ βρέφη.

1002. οὖν] οὐ R.V.

1003. τριβολεκτράπελ'] Gl. οὐδαμινὰ, φευκτά. γλισχραντιλογεξεπιτρίπτου, γλίσχρου καὶ ἀντιλογίαν ἔχοντος κατατετριμμένην. BRUNCK.

1005. Ἀκαδήμειαν] Libri Ἀκαδήμιαν. Alexis apud Athenæum 8. p. 336 e. Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδείου πύλας. Hic quoque codex ἀκαδημίαν. Diogen. Laert. 4, 27. ἕστηκεν Ἀκαδήμεια χήρη. Epigr. in Anth. Pal. 6, 44. οὐδ' Ἀκαδήμειαν (ἀκαδημείαν codex) πολυγαθέα. Ἀκαδήμεια recto accentu apud schol. Augustanum Demosth. p. 736, 6. In loco Aristophanis Ἑκαδημίαν, quæ antiquior est nominis forma, posuerunt Suidas in Ἀκαδημία et scholiasta codicis Bavarici Demosthenis p. 736, 6.

μορίαις] De Minervæ sacris oleis, quæ μορίαι dicebantur, vide Meursium Att. Lect. 4, 6. BRUNCK.

ἀποθρέξει R. aliique nonnulli. Alii ἀποθρέξῃ, ὑποθρέξεις, vel, quod in V. est καταθρέξεις.

1006. λευκῷ om. R.V.

1007. μίλακος R.V. Scribebatur σμίλακος. Formam antiquam μῖλαξ servarunt libri optimi Euripidis Bacch. 108, 702. eademque ex libris melioribus restituenda Theophrasto. μίλακα

χωρὶς τοῦ σίγμα dixisse Aristophanem annotavit Eustathius p. 1822, 22. In Av. 216. σμίλακος male R.V.

ἀπραγμοσύνης] ὄζειν δεξιότητος ex Vesp. 1059. comparat Berglerus. Aristophanem grammaticum ἀπραγμοσύνην pro flore habuisse, qui in hortis Academiæ cresceret, refert scholiasta repetitque Hesychius. Imitatur hunc locum et Nub. 45. Pac. 575. Pluti 618. Philostratus Imag. 2, 26. p. 852. a Porsono indicatus.

1009. φράζω] φράσω R.V.

1011. ἀεὶ R.V. Alii αἰεὶ ut Ald.

1012. λευκὴν R.V. aliique pauci. Vulgo λαμπρὰν ex glossemate.

1019. ψήφισμα μακρὸν] Pungit rhetores et legislatores verbosos. ERNESTI.

1022. Ἀντιμάχου] Hunc distinguit scholiasta ab illo qui in Acharn. 1150 ridetur.

1023. ἀναπλήσει] Libri aliquot σ' ἀναπλήσει. Acharn. 847. κοὐ ξυντυχών σ' Ὑπέρβολος δικῶν ἀναπλήσει.

1025. κλεινοτάτην] τ' addunt quidam codices non optimi.

1028. Non respondet hic versus strophico 953. De quo dixi ad v. 949.

εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' οἱ ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων R.V. Legebatur εὐδαίμονες δ' ἄρ' ἦσαν οἱ | τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἧς | τῶν προτέρων, consentientibus tribus codicibus Dobræi, totidem Mutinensibus, Barocciano 43, nisi quod hic et unus Dobræi εἷς pro ἧς, Mutinensis autem unus οἵ τε pro οἱ τότε exhibet. Quæ metricorum interpolationes sunt, versum hunc strophico utcunque exæquantium. Reliqui libri manuscripti consentiunt cum R.V, nisi quod Cantabrigiensis tertius Dobræi δ' ἦσαν ἆρ', alius et Dorvillianus δ' ἄρ' ἦσαν scripserunt.

1030. πρὸς οὖν τάδ'] οὖν om. tres codices Dobræi, unus Porsoni. In Cantabrigiensi secundo πρὸς τάδε δ', quod ipsum quoque a metri correctore positum est.

κομψοπρεπῆ] κοσμοπρεπῆ V.

1033. εὐδοκίμηκεν] Libri aliquot εὐδοκίμησεν.

ἀνὴρ] Vulgo ἀνήρ. Sed tres codices ὁ ἀνήρ.

1035. ὑπερβαλεῖ] Libri pauci ὑπερβαλεῖς.

1036. καὶ μὴν πάλαι γ'] Scribendum καὶ μὴν ἔγωγ' cum R.V. Reliquorum librorum varietates sunt καὶ μὴν πάλ' ἔγωγ', ut

Aldus, *καὶ μὴν πάλαι ἔγωγ'*, *καὶ μὴν πάλαι γ' ἔγωγ'*, et quod in Parisino uno et Leidensi est *καὶ μὴν πάλαι γ'*.

1039. *πρώτιστος*] *πρότερος* V.

1040. *καὶ τοῖς νόμοις* Porsonus. Vulgo *καὶ τοῖσι νόμοις*. In R.V. *τοῖσι νόμοισι*, omisso *καὶ*.

1044. *ἐάσειν*] *ἐαῖς εἶναι* V.

1046. *δειλὸν*] *δειλότατον* R.V. et sex alii codices, quod scholiasta legit.

1047. *σε μέσον ἔχω*] Vulgatam scripturam habent R.V. Sed præstat *σ' ἔχω μέσον*, quod quinque alii libri præbent cum Suida in *εὐθύς*. De quo dixi ad Eq. 190.

1048. *παίδων* om. R.

1050. *Ἡρακλέους*] *ἡρακλέος* V.

1051. *Ἡράκλεια λουτρὰ*] Aquas natura calidas, *θερμῶν ἄτεχνα ῥεύματα*, *Herculis balnea* vocabant. Eustathius ad Ἰλ. p. 1273, 2. *θέρμα δὲ λοετρὰ ἔφη, πρὸς διαφορὰν τῶν ψυχρῶν, οἷς οἱ καλοὶ ἥρωες ἱδρῶ ἀπεψύχοντο. τὰ δὲ τοιαῦτα, καὶ Ἡράκλεια λουτρὰ ἡ παροιμία ἔλεγεν. ἦσαν δὲ ταῦτα πρώτως καὶ κυρίως τὰ ἐκ γῆς αὐτοφυῶς ἀναδιδόμενα ἐπὶ ἀναψυχῇ, φασιν, Ἡρακλέος ἀθλοῦντος. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος, ὃν οἶδε καὶ ὁ κωμικὸς ἐν Νεφέλαις, τοῖς ἀποσεμνύνουσι τὴν τρυφὴν ἐθέλει συμφωνεῖν.* Conf. eundem Eustathium ad Od. p. 1594, 16. BRUNCK. Vid. Herodot. 7, 176.

1052. *ταῦτ' ἐστὶ ταῦτ' ἐκεῖνα*] Scribendum *ταῦτ' ἐστὶν αὔτ' ἐκεῖνα* cum Reisigio.

1054. *ποιεῖ*] *ποεῖ* R.

1057. *τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν*] Iliad. *α*, 247. *τοῖσι δὲ Νέστωρ ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής*. Quin et alias Homerus *τὴν ἀγορὰν* vocat *κυδιάνειραν* et dicit ibi fieri *ἀριπρεπέας ἄνδρας*. Id quod Synesius immerito factum dicit Epist. 146. *τὴν δὲ ἀγορὰν ἐγκωμίῳ τοιούτῳ τετίμηκεν, ἀνθρώπια παρεχομένην ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα καὶ οὐδὲν ὑγιές· ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακορραφεῖν εἰδότα*. BERG.

1058. *ἐς* V. Scribebatur *εἰς*.

1060. *δύο*] *δύω* R.V. aliique, quorum in uno adscriptum *συνίζησις*.

1063. *πολλοῖς*] *πολλούς* V. aliique pauci.

Πηλεὺς] Acastus Peleo, cui innocenti succensebat, ensem abstulerat, quo a feris dilaniaretur inermis, sed dii ei per Mer-

curium miserunt alium ensem, a Vulcano factum. De qua fabula vide præter scholiastam Apollodorum 3, 13. et Hesychium in Πηλέως μάχαιρα.

ἔλαβε διὰ τοῦτο] ἔλαβεν A. R. Neque anapæstum ejusmodi in quarto tetrametri pede posuisse, neque anapæstum tribracho subjecisse credo Aristophanem, quum in promptu esset δι' αὐτὸ, quod recte restituit Porsonus.

1064. γε] τὸ R. Alii nonnulli vel γε omittunt, vel γε τὸ præbent.

1065. οὐκ τῶν] οὐκ τῶν R.V. et Mutinenses duo, quemadmodum οὑμὸς οὑμοὶ et alia hujusmodi cum spiritu leni scribuntur in R.V. aliisque libris antiquis. Codices recentiores οὐκ ἐκ τῶν vel οὐκ ἐκ, omisso τῶν. Scripturam veterem bene intellexit librarius codicis Mutinensis unius, qui ὁ ἐκ τῶν posuit. οὐκ τῶν λύχνων dictum ut οὐκ τῶν ὀρνέων Av. 13. De Hyperbolo λυχνοποιῷ vide Pac. 690.

πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ] Vitiosum videbatur Ernestio: nam πλεῖν ἢ desiderare numerum certum. Qui non videtur cogitasse dicta hyperbolica non esse ubique ad dialectices normam exigenda. Similiter Demosthenes p. 846, 23. μαρτυριῶν πλέον ἢ πάνυ πολλῶν.

1066. ἀλλ' οὐ (οὐ om. quattuor codices recentes) μὰ Δί' οὐ μάχαιραν] Scribendum ἀλλ' οὐ μὰ Δία μάχαιραν cum Elmsleio.

1067. γ' R.V. aliique. Vulgo δ'.

1073. καχασμῶν R. ex glossemate. Reliqui libri et scholiasta κιχλισμῶν, quod revocandum.

1075. πάρειμ'] πάρειμι δῆτ' libri aliquot, qui εἶεν extra versum posuerunt.

φύσεως] φύσεος Bentleius et Elmsleius in *Edinburgh Review* fasc. 37. p. 86. Qua genitivi forma Aristophanes utitur in carminibus melicis Vesp. 1282. 1458. et in trimetro Pluti 1044. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι. Nostro loco probabile est poetam anapæstum admittere quam φύσεος cum ictu in syllabam secundam cadente ponere maluisse.

1076. κᾆτ' ἐλήφθης] Codices plurimi et Ald. κατελήφθης.

1080. ἠδίκηκας] ἠδίκησας libri nonnulli.

εἶτ'] εἶτ' οὖν V.

ἐς] εἰς R.

1081. ὡς] ὧν V. ἥττων post γυναικῶν collocant R.V.

ἐστι] τε R.V.

1083. ῥαφανιδωθῇ] γε addunt codices recentes et Ald., omittunt R.V. aliique. De pœna adulterorum vide schol. Pluti 168.

πιθόμενος Kusterus. Libri πειθόμενος.

σοι omittunt duo codices recentes. Quæ correctoris metrici conjectura est qui γε πειθόμενος servavit.

1082. Sic Jovis exemplo animum suum confirmat *Chærea*, ut puellæ, cui custos additus fuerat, vim inferat, apud Terentium in Eunucho 3, 5.

Dum apparatur, virgo in conclavi sedet
Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc; Jovem
Quo pacto Danaæ misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id spectare cœpi; et quia consimilem luserat
Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum sese in pretium convertisse, et per alienas tegulas
Venisse clanculum, per pluviam fucum factum mulieri.
At quem deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.
Ego homuncio hoc non fecerim? ego vero illud fecerim ac lubens.

BRUNCK.

1086. ἂν om. R.V.

1088. ἀδίκου personam ante τί ponunt R.V.

1089. Rhetores et causarum patronos, ut cinædos sæpe perstringit. Vide ad Conc. 113. In Acharn. 714. ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφὰς, ὅπως ἂν ᾖ | τῷ γέροντι μὲν γέρων καὶ νωδὸς ὁ ξυνήγορος· | τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος, καὶ λάλος, χῷ Κλεινίου. BRUNCK.

1090—1094. om. V.

1091. τραγῳδοῦσ'] Schol. εἰς Φρύνιχον φασὶν αὐτὸν ἀποτείνειν τὸν τραγικὸν χορευτήν· ἐπεὶ διεβάλλετο ἐπὶ μαλακίᾳ διὰ ποικιλίαν σχημάτων. Sed bene observat Berglerus ad Agathonem etiam hæc referri posse, cui Mnesilochus in Thesm. ait v. 200. καὶ μὴν σύ γ', ὦ καταπῦγον, εὐρύπρωκτος εἶ, | οὐ τοῖς λόγοισιν, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν. BRUNCK.

1093. δημηγοροῦσι δ' R. Legebatur καὶ δημαγωγοῦσ', καὶ in libris quibusdam omisso.

1100. om. R.V.

1102. τί δῆτ' ἐρεῖς om. V.

ἡττήμεθ'] ἡττώμεθ' Ald. et pauci codices. In quibusdam codicibus Phidippidæ persona est ante ὦ κινούμενοι, in aliis ante πρὸς τῶν θεῶν posita est. Quam diversitatem ex suis quoque codicibus memoravit scholiasta.

κινούμενοι] Scribendum βινούμενοι. Quæ forma alibi non raro codicum auctoritate est restituta.

1103. θοἰμάτιον] Pallium transmittit, quo expeditior ad ipsos transitus sit. Sic recte interpretatur scholiasta.

1105. πότερα R.V. Vulgo πότερον.

ἀπάγεσθαι V. aliique nonnulli. Vulgo ἐπάγεσθαι.

1106. σοι] Libri aliquot τὸ, quod in aliis metri caussa in τοῦ vel σοῦ vel δὴ est mutatum.

1107. στομώσεις] στομώσῃς R.V.

θἄτεραν] Aliquot libri θατέραν.

1110. οἵαν] οἷον R.V.

1112. Strepsiadi tribuunt R.V: reliqui codices et Ald. Phidippidi. Egregie hic versus convenit Strepsiadi, qui post ea quæ in schola ipse est expertus, diffidere quidem cœpit Socrati, sed nihilominus filium erudiendum ei tradit, quoniam metu creditorum in angustias compulso ultima hæc est spes salutis. Spectatoribus autem poeta his Strepsiadis proximisque chori verbis subindicat qui sit exitus fabulæ futurus.

μὲν οὖν ἔγωγε R.V. Sic Vesp. 953. κλέπτης μὲν οὖν οὗτός γε καὶ ξυνωμότης. Legebatur μὲν οὖν οἶμαι. Codices plerique μὲν οὖν οἶμαί γε, unus μὲν οὖν οἴομαί γε, alius μὲν οὖν ἤδη. Quæ librariorum interpolationes sunt versum hunc Phidippidis personæ accommodantium.

1114. Totum versum choro recte tribuit Ald., Phidippidi R.V.

χωρεῖτε] χώρει R.V. et Mutinenses tres cum Aldo. Correxit ex duobus codicibus Brunckius, cujus hæc est annotatio, "Hic "et sequens versus vulgo tribuuntur choro, hunc in modum "scripti: Χώρει νῦν· οἴομαι δὲ | Σοὶ ταῦτα μεταμελήσειν. Ver- "sus distinxi et personis divisi [Σω. χωρεῖτε νῦν. Φειδ. οἶμαι δέ "σοι | ταῦτα μεταμελήσειν.] ut est in A. ubi scriptum χωρεῖται "νῦν. Emendate in D. χωρεῖτε νῦν. In D. ante χωρεῖτε nulla "posita est persona, omnibus adolescenti continuatis. Sic etiam "est in meo, ubi male scriptum χώρει. In C. duo hi versus

"ineptissime Strepsiadi tributi. In D. et in meo, ut in A. "scriptum est οἶμαι, non οἴομαι. In cod. Regio quarto duo hi "versiculi Phidippidæ continuati, hac scriptura: χώρει νῦν, "οἶμαι δέ σοι—."

νυν] νῦν libri.

σοι] σου V.

1115. τοὺς κριτὰς] Similis ut hic judicum benevolentiæ captatio est in Avibus 1102. seqq. HERMANN. In Ald. præfixum ἐπίρρημα. Est enim hæc parabaseos pars.

1116. ἡμεῖς R.V. Vulgo ὑμῖν.

1117. νεᾶν] νεοῦν libri deteriores. Photius p. 290, 20. νεᾶν: οὐ νεοῦν τὴν γῆν· καὶ νεατὸν Ξενοφῶν, οὐ νέωσιν. Εὔπολις Αἰξίν· Ἐπίσταμαι γὰρ αἰπολεῖν, σκάπτειν νεᾶν φυτεύειν. Hesychius, νεᾶν (codex νάίαν): νεάσαι γῆν. ubi Musurus νεοῦν posuit.

1119. τὸν καρπόν τε καὶ τὰς ἀμπέλους] Legebatur τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους. Coraës ad Plutarchum vol. 5. p. 352. Ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ κυρίως καρποὺς ὠνόμαζον τοὺς σιτικοὺς καὶ ἀντιδιέστελλον αὐτοὺς πρὸς τοὺς ἐκ τῶν λοιπῶν φυτῶν καὶ ἰδιαιτέρως πρὸς τὰς σταφυλὰς καὶ τὸν ἐξ αὐτῶν οἶνον, ἔστι μυρία παρασχέσθαι μαρτύρια. αὐτίκα Ἀριστοφάνης (Ἐκκλησ. 14.) λέγων

στόας τε καρποῦ βακχίου τε νάματος
πλήρεις,

οὐδὲν ἕτερον λέγειν βούλεται ἢ στοὰς σίτου καὶ οἴνου πλήρεις. ὅθεν ὡρμημένος διώρθωκα πάλαι ἕτερον Ἀριστοφάνους χωρίον ἀντὶ τοῦ βαρβάρου

εἶτα τὸν καρπὸν τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν,

γράφων

εἶτα τὸν καρπόν τε καὶ τὰς ἀμπέλους φυλάξομεν.

ὡσαύτως καὶ Πλούταρχος (Πότερ. ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμ. §. 7.) κυρίως χρησάμενος τοῖς ὀνόμασιν εἴρηκε "Νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν παρ' Ἰνδῶν "ἄμπελον τοῖς Ἕλλησιν, ἐκ δὲ τῆς θαλάσσης ἔδωκεν." Verissime hæc Coraës: neque enim satis est ut agros novantibus auxilio se esse futuras Nubes polliceantur, sed illud inprimis dici debebat, curaturas se esse ne fruges aut siccitate nimia aut pluvia pessumdarentur.

1120. ἄγαν] ἄγαν γ' Ald. et aliquot codices.

1122. προσχέτω Bentleius. Legebatur προσεχέτω. Vid. ad v. 575.

πείσεται] πήσεται Mutinensis unus. Quæ novitia futuri for-

ma est, ab scriptoribus veteribus, quibus sæpe intulerunt librarii, non magis usurpata quam πήσας, quod Æschyli codices præbent Agam. 1624.

1124. ἡνίκ' ἂν γὰρ] ἡνίκα γὰρ R.V.

ἐλᾶαι] Codices ἐλαῖαι vel, ut R.V. ἐλαίαι.

1128. ξυγγενῶν] συγγενῶν V.

1129. τὴν νύκτα πᾶσαν] Ad nocturnam sponsæ deductionem respici monet Wakefield. Silvæ crit. vol. 5. p. 43. BECK.

1130. ἐν Αἰγύπτῳ] Scholiasta, ἐπεὶ μὴ ὕειν δοκεῖ αὐτόθι, ὡς Ἡρόδοτος (3, 10.).

ὦν] ἂν Suidas in βουλήσεται in editionibus veteribus, vitiose. ὦν ex codicibus restituit Gaisfordius.

1134. ἔστ' ἔνη A. aliique nonnulli. Alii ἔσθ' ἔνη, quod habet R. Vulgo ἔσθ' ἔνη, quod est in V. De ἔνῃ καὶ νέᾳ, tricesima mensis die, copiose exponit scriptor lexici rhetorici in appendice ad Photium p. 668. et Harpocratio. V. Ideleri Manuale chronologiæ vol. 1. p. 266.

1135. ὄμνυσ'] In aliquot codicibus ὀμνὺς scripserunt librarii, qui non intellexerunt quod sequitur φησί ita esse in fine sententiæ adjectum quasi non præcessisset ὄμνυσι. De qua ratione dixi ad v. 759.

1136. πρυτανεῖ'] Vid. ad v. 1180.

1137. μέτρι' ἄττα Porsonus. Legebatur μέτριά τε, quod est in R.V. In Cantabrigiensi tertio adscriptum gl. τινά. Alius Dobræi codex μέτρι' ἄτα (sic) cum gl. ὀλίγα τινά. Et sic Baroccianus quoque 42. et Mutinensis unus.

1139. ἀναβαλοῦ μοι] ἀναβαλοῦμαι V.

1141. δικάσεσθαι Kusteri editio. Codices, ut videtur, omnes δικάσασθαι. Vid. ad v. 35.

1146. τουτουὶ] Saccum farinæ recte videntur intelligere scholiastæ, collato v. 669. διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον.

1147. ἐπιθαυμάζειν] Lexicon rhetoricum in appendice ad Photium p. 669, 27. ἐπιθαυμάζειν: δώροις δεξιοῦσθαι. Ἀριστοφάνης, ἐ. τὸν δ. ἀποθαυμάσαι memoria lapsus posuit Eustathius p. 912, 58.

1153. κἂν παρῶσι] κἂν παρῆσαν A. aliique pauci.

1154—1164. Utitur metris tragicis. Primorum versuum forma hæc est

⏑ – ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – ⏑ –

1154. *βοάσομαί τ' ἄρα* R. aliique pauci. Alii *βοάσομαί γ' ἄρα*. Legebatur *βοάσομ' ἄρα*. Versum ex Peleo Euripidis sumptum esse annotavit scholiasta.

1155. *ὀβολοστάται* in genere hic de *fœneratoribus* dicitur sicut ap. Lysiam ab Harpocratione memoratum et ap. Antiphanem Athen. 3. p. 108. *ὀβολοστατικὴ ars fœnerandi* Aristot. Polit. 1, 10. Hesych. *ὀβολοστάτας τοὺς δανειστὰς ἔλεγον.* Inde vero *ὀβολοστάται* dein ab Atticis dicti *viles numularii*, qui obolos in diem, et quod monuit Salmas. de usur. p. 581. egenis pro usura fœnerabantur. Polluce 3, 112. et 115. *ὀβολοστάτης* et *γυνὴ ὀβολοστάτις*, ac dein *ὀβολοστατεῖν*, una cum avaris et illiberalibus et turpem quæstum exercentibus conjunguntur. Quales etiam dicti *τοκογλύφοι* ac *τοκογλυφεῖν*. Utrumque conjunxit Lucian. Necyom. c. 2. *ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσι* (fœnerantur), *ὀβολοστατοῦσιν* (usuras exigunt): nempe turpe ac vilissimum fœnus exercent. SPANH. *ὀβολοστάται*, omisso *ὦ*, R.V.

1156. *τἀρχαῖα*] *τἀρχεῖα* Ald. et codices multi, non R.V.

1157. *ἐργάσαισθ'* C, codex unus Dobræi et Suidas in *ἰὼ κλάετ'*. Vulgo *ἐργάσεσθ'* consentientibus R.V.

1160. *ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων*] Versus parœmiacus. *ἀμφήκει*, quia in utramque partem disputare didicit.

1162. *ἐχθροῖς βλάβη* R.V. aliique. *ἐχθροῖς ἀνιαρὸς* Ald. et pars codicum. Qui librarii alicujus error est, Pluti, quæ fabula in codicibus Nubes antecedit, versus 561. recordati, *παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοὶ καὶ σφηκώδεις καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί.* Similiter in recentioribus Sophoclis codicibus aliquoties peccatum videre memini.

1163. *λυσανίας*] Lysanias alias est nomen proprium viri, sed hic alludit ad etymologiam. Sic *'Αριστομάχη* Thesm. 806. *Στρατονίκη* et *Εὐβούλη* ib. 807, 808. et *Λυσίστρατος* Lys. 1105. BERG. *λύων τὰς ἀνίας* interpretatur Photius p. 236, 24. Similiter Sophocles, ab scholiasta citatus, dixit *νόστον τὸν νικομάχαν καὶ πανσανίαν.*

1164. *τρέχων ἔνδοθεν*] *ἔνδοθεν τρέχων* R.V. violato metro dochmiaco.

1165. *ὦ τέκνον*] Socratis personam præfigunt R.V.
ὦ παῖ R.V. Vulgo *ὦ παῖ παῖ.* Imitatur locum Euripidis

Hecubæ 172. *ὦ τέκνον, ὦ παῖ δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ' ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος αὐδάν, ὦ τέκνον.*

ἔξελθ'] *ἔξελθ' ἔξελθ'* Mutinensis unus.

1168. *λαβὼν τὸν υἱόν*] Legebatur *σὺ λαβὼν*, omissis *τὸν υἱὸν*, quod ex R.V. supplevi, in quibus est *τὸν υἱόν σου*. Codex unus Dobræi *συλαβὼν*, alius *συλλαβών*. *συλλαβὼν* an *λαβὼν* diceretur nihil intererat: sed *τὸν υἱὸν* hic omitti a poeta non magis poterat quam *τὴν μείρακα* in Pluto v. 1079. *νῦν δ' ἄπιθι χαίρων συλλαβὼν τὴν μείρακα.*

1169. *ἰὼ ἰὼ* (*ἰῶ ἰῶ* codex Harleianus Dobræi) *τέκνον*] *ἰὼ* in fine versus repetit V. Mihi totum hoc *ἰὼ ἰὼ τέκνον* ex superiore *ὦ τέκνον* confictum ab librario videtur.

1170. *ἰοῦ ἰοῦ*] Libri aliquot *ἰοὺ ἰού*. Scholiasta codicis Harleiani *τὸ ἰῶ καὶ τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται.* Vid. schol. Pac. 317. et Suidam in *ἰοῦ*.

1172. *εἶ πρῶτον*] *πρῶτον μὲν εἶ* R.

1173. *κἀντιλογικὸς*] *κἀντίλογος* V.

1174. *τὸ τί* Phidippidi, sequentia Socrati tribuunt R.V.

1178. *δὴ* om R.V. aliique.

ἔνην] *ἕνην* cum spiritu aspero hic et infra libri plerique, inter quos R.V.

1180. *εἰς ἥν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖα*] Proprie: *in quem* (diem) *se prytanea* (s. *sacramentum*) *mecum deposituros esse aiunt*, i. e. *se dicam mihi scripturos*, vel, *in jus me vocaturos esse aiunt.* Nimirum *πρυτανεῖα* ap. Athenienses erat fere idem quod Latini *sacramentum* vocabant, s. certa pecuniæ summa, quam judicio inter se contendentes tam actor quam reus in judicio deponebant, ea conditione, ut victus non solum partem suam ærario relinqueret, sed etiam victori (cujus sacramentum itidem ærario cedebat) parem pecuniæ summam restitueret. Hanc tantum inter *sacramentum* Romanorum et *πρυτανεῖον* Atheniensium puto fuisse differentiam, quod ap. Romanos *sacramentum* victi tantum ærario cederet, victor autem partem suam reciperet: ap. Athenienses autem tam victoris quam victi *πρυτανεῖα* ad ærarium redirent: ita tamen, ut (quod diximus) victus victorem indemnem præstaret, pari pecuniæ summa ei restituta. De *sacramento* Romanorum quod diximus, confirmari potest auctoritate Varronis, qui expresse dicit de

L. L. 4. extr. *Qui judicio vicerat, suum sacramentum a sacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* De prytaneis Atheniensium exstat illustris locus ap. Polluc. 8, 38. cujus auctoritate nostra de iis sententia præcipue nititur. Hinc patet, quid h. l. et v. 1136. significet *θεῖναί τινι πρυτανεῖα*, nimirum proprie, *prytanea cum aliquo deponere;* vel *sacramento cum aliquo contendere:* per consequens vero, *in jus aliquem vocare.* Hinc v. 1189. comicus *κλῆσιν θεῖναι* appellat, quod ante dixerat *πρυτανεῖα θεῖναι.* KUST. Vid. Matthiæ in Miscellan. philol. vol. 1. p. 261. Boeckh. de œconom. civ. Athen. vol. 1. p. 385.

μοι] *μου* R.

1181. *ἀπολοῦσ'* R.V. Legebatur *ἀπολοῦντ'*. Ex conjectura correxerat Brunckius collato v. 1256.

αὖθ' οἵ] *αὐτοὶ* R.V.

1182. *γένοιτ'*] *γίνοιτ'* R.

ἡμέρα R. Legebatur *ἡμέραι.*

δύο] *δύω* R.V. aliique.

1184. *αὐτὴ*] Libri alii *αὐτὴ*, alii, ut R.V, *αὕτη.* Pauci *ἡ αὐτὴ.*

γένοιτ' ἂν R.V. aliique. *γένοιτ'* Ald.

1186. *δὲ τί*] *δὲ δὴ* (*δῆ* R.) *τί* R.V, ex v. 1178. *φοβεῖ δὲ δή τι,* ubi R.V. aliique *δὴ* omittunt.

1187. Alterum *ὁ* om. V.

1189. *ἐς* R.V. Vulgo *εἰς.*

1190. *ἔθηκεν*] *ἔδωκεν* codices quattuor.

ἐς] *εἰς* libri.

γε R.V. Vulgo *τε.*

1191. *γίγνοιντο*] *γένοιντο* Mutinensis unus.

1192. *ἵνα δὴ τί*] *ἵνα τί δὴ* codex Harleianus Dobræi. Quod fortasse corruptum est ex *ἵνα τί δὲ—.* Conf. ad Pac. 409.

προσέθηκεν] *προσέθηκ'* Cantabrig. primus.

μέλε] *μέλεε* libri plures, unus *μέλαιε.*

1195. *ὑπομανιῶν τὴν νουμηνίαν* R.

1197. *ἀρχαὶ*] *ἀρχαὶ* libri. *αἱ ἀρχαὶ* Athenæus 4. p. 171 c. qui versus 1196—1200. ex Nubibus prioribus citavit. Tum *ἕνην τε καὶ νέαν* V.

1198. Glossæ: *προτένθαι, λαίμαργοι. προὐτένθευσαν, ἐλαιμάργησαν, προέλαβον.* Hesychius: *προτένθαι, λίχνοι προαρπάζοντες.* Suidas: *προτένθαι, οἱ πρὸ τοῦ καιροῦ τῶν προσφαγίων ἀπογενόμενοι· οἱ προαρπάζοντες, καὶ μεταπιπράσκοντες πλείονος, οἱ νῦν*

μετάβολοι καλούμενοι· οἱ προλαμβάνοντες τὰ ὄψα, πρὶν εἰς τὴν ἀγορὰν κομισθῆναι. προὐτένθευσαν, προελιχνεύσαντο· προέλαβον τὴν προθεσμίαν, ὑπὸ τοῦ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν, ἢ ὑπὸ τοῦ κερδαίνειν ἡττώμενοι. προτένθης, ὁ λίχνος. Sed aut ego fallor, aut fallúntur quicunque in hoc comici loco nomen *προτένθαι* eo sensu, nempe pro *gulosis*, vel *propolis*, *cocionibus*, *arilatoribus*, accipiunt. Frigida enim inde oritur sententia. Fuit Athenis collegium, seu cœtus quispiam virorum, quorum officium ad sacra pertinuisse videtur, qui *Προτένθαι* appellabantur. Hoc manifesto apparet ex Athenæi verbis loco supra citato: *εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος γενόμενον, ἐν ᾧ ὥσπερ τι σύστημα οἱ Προτένθαι εἰσὶ, καθάπερ καὶ οἱ Παράσιτοι ὀνομαζόμενοι.* Ad istos *Προτένθας*, quos ab iis qui Atticas antiquitates illustrarunt, neglectos fuisse doleo, certo certius est comicum respicere. Vide Sam. Petiti Leg. Att. p. 274. Nominis etymon tradit Eustathius ad 'Ιλ. p. 720, 19. *προτένθης, ὁ ἐκ τοῦ τένδω γίνεται, τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, δηλοῦν τὸν προγεύστην.* Idem ad Odyss. p. 1874, 31. *ἐκ τοῦ τένδειν, ὅπερ ἐστὶν ἐσθίειν κατὰ τὸ,* (Hes. *ἔργ.* 524.) *ὃν πόδα τένδει, τὸν προτένθην ἐποίησαν, ὅς ἐστι προγεύστης.* BRUNCK.

γὰρ om. R.V.

ποιεῖν V. *ποεῖν* R. Legebatur *παθεῖν*.

1199. *ἵν' ὡς*] *ὅπως* R.V. aliique. In Dorvilliano ad *ἵν' ὡς* glossema est adscriptum *ὅπως λίαν*.

1203. *ἀριθμὸς*] Eurip. Heracl. 997. *εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως | ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα.* Horatius Epist. 1, 2, 27. *Nos numerus sumus et fruges consumere nati.* BERG.

πρόβατ' om. R.

νενησμένοι R.V. aliique et Suidas in *ἀμφορεαφόρους* et *νενημένην*, ubi recte interpretatur *ματαίως κέραμοι σεσωρευμένοι*, i. e. inutilis supellex. Vulgo *νενασμένοι*. Conf. ad Eccles. 838.

1206. Iterum metris lyricis utitur, quemadmodum jam v. 1154. fecerat. *Στρεψίαδες* per jocum dictum esse pro *Στρεψιάδῃ* annotavit scholiasta.

1207. *τ'* om. V.

1208. *τρέφεις* R. aliique pauci. Vulgo *ἐκτρέφεις*.

1213. *εἰσάγων* R.V. aliique. Vulgo *εἰσαγαγών*. Ita *ἐξαγαγὼν* pro *ἐξάγων* vitiose scriptum in libris omnibus Eq. 282.

1214. ΠΑΣΙΑΣ] *δανειστὴς* R. hic et posthac.

προϊέναι] Promittere, prodere, i. e. credere, ut recte interpretatur scholiasta.

1215. *ἦν εὐθὺς*] Scribendum *εὐθὺς ἦν* cum R.V.

1216. *ἀπερυθριᾶσαι* R.V. aliique. Vulgo *ἀπερυθριάσαι γε.*

ἀπερυθριᾶσαι] Glossæ: *ἀπερυθριῶ depudesco, derubesco,* i. e. *ruborem pudoris indicem depono.* Suid. exponit *ἀπαναισχυντῆσαι*, de quo v. vid. Not. ad Alciphr. Epist. 1, 33. Heliodorus 8. p. 370. *λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν, ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσι.* Dicit igitur danista, satius futurum fuisse, si tunc quum primum peteretur ab ipso pecunia, denegasset; nam nunc non cogeretur hominem popularem flagitationibus suis sibi infensum reddere. BERG.

1217. *ἕνεκα* R.V. aliique. Vulgo *οὕνεκα.* Conf. ad v. 238.

1218. *κλητεύσοντα*] *Ut testis mihi sis, eum a me in jus vocatum.* Vide Suidam h v. Hesych. Harpocr. Etym. M. Duckeri. V. Ruhnken. ad Timæum p. 160. *ἕλκω σ' ἐκκλητεύσοντα* R. *ἕλκω σ' ἐγκλητεύσοντα* V.

1220. *ἀτὰρ οὐδέ ποτέ γε* (*γε* om. V.) *τὴν πατρίδα καταισχυνῶ*] Hoc ironice dicit, quasi res quædam esset præclara, quod Athenienses assidue in foro litigent, a quorum ingenio negat se discessurum danista, ne dedecori sit patriæ, quod fieret scilicet, si Strepsiadem dubitaret in jus vocare. Ita in Av. 1451. sycophanta non vult honestam aliquam artem exercere, veritus ne melior fiat, quam fuerint majores sui et sic genus suum dedecoret; *τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ κ. τ. λ.* BERG.

1221. *καλοῦμαι*] Id est *καλέσομαι.*

1224. *δώδεκα μνῶν*] Vid. v. 22.

1225. *ψαρὸν*] Hesych. *ψαροί: ποικίλοι, εἶδος χρώματος.* De quo v. Stephani Thesaurum.

1226. *ὃν* R.V. aliique plurimi. Pauci *οὐ* cum Aldo.

1228. *Στρ. μὰ*] Legebatur *τὸ χρέος. Στρ. μὰ. τὸ χρέος* omittunt sex codices Dobræi aliique, servant R.V.

μὰ τὸν Δί' Baroccianus A. B. et Cantabrig. tertius. *μὰ Δί'* vulgo et R.V. In codice Dorvilliano interpolatum *μὰ Δί' οὐδέποτ', οὐ γὰρ—.*

οὐ γὰρ] *οὐ δῆτ' οὐ γὰρ* codices aliquot, non R.V.

τότ'] *ποτ* R.V.

1231. *ἀλλ'* om. R.V. In aliis quibusdam scriptum *τί γὰρ ἄλλο γ' ἂν* vel *τί γὰρ ἂν ἄλλο γ'.*

1232. ταῦτ' ἐθελήσεις] ταῦτα θελήσεις V.

1233. Στρ. ποίους θεούς; R. Legebatur continuata Pasiæ oratione ἴν' ἂν κελεύσω 'γώ σε; Στρ. τοὺς (τοὺς om. V. aliique nonnulli) ποίους θεούς; Similiter apud Sophoclem Antig. 1281. e versu monometro inter trimetros posito τί δ' ἔστιν αὖ; trimetrum fecerunt librarii τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι; apud Euripidem autem Iphig. Aul. 1133. ἔχ' ἥσυχος in libris quibusdam omiserunt. Monometro ἀλλ' οὐ σχολή in Acharn. 407. utitur Aristophanes.

1234. τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ] Nempe juxta Solonis legem, qua per *tres deos* Athenis jurare jubebantur, ut ea de re præter Hesychium, Pollux 8, 142. et quidem, quod ibi dicitur, per τρεῖς θεοὺς, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον, quæ tamen erant tria unius Jovis nomina. Idem vero, sed ut de tribus aliis distinctis numinibus et tamquam lege jam ante Solonem a Dracone lata, observatum olim legi in scholiis Voss. cod. ad Hom. Il. O, 36.: διὰ τριῶν ἔθος ὀμνύναι, ὡς Δράκων ἔταξε, Δία, Ποσειδῶνα, Ἀθηνᾶν· οἱ δὲ Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητραν· ὡς δὴ Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ Τιμοκράτους, nempe in jurejurando Heliastarum p. 470. [p. 747. Reisk.] cujus oratoris verba haud omisit Petitus de Leg. Att. p. 349. [438. Wess.] Ad hunc vero Atheniensium morem, sed memoratis præter Jovem duobus aliis numinibus respicit Plato Leg. 11. p. 936. ubi de eo dicitur, qui ad testimonium ferendum est in curiam citatus: ἐὰν δὲ εἰδέναι μὴ φῇ, τοὺς τρεῖς θεοὺς, Δία καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Θέμιν ἀπομόσας, ἦ μὴν μὴ εἰδέναι, ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. Qua ratione factum vidimus v. 627. ut Socrates per tria itidem numina jurare dicatur, Ἀναπνοὴν, Χάος et Ἀέρα, sicut alibi per Canem, Anserem et Platanum; qui tamen ap. Platonem tres agnosceret potissimum Atheniensium deos, Jovem, Apollinem et Minervam. Unde etiam per tres illos deos jurantem cernimus Demosth. in Mid. p. 373. [p. 578. Reisk.] νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, et quidem, quod ait ibi Ulpian. ὡς τῶν ἄλλων ἐξοχωτάτους. Idem tamen orator per Jovem, Apollinem et Cererem jurat adv. Callipp. p. 680. [p. 1238. et Aristophanes Eq. 941.] Adde Athenis in Ardetto juratum per Apollinem Πατρῷον, Cererem, ac Jovem Βασιλέα, juxta Poll. 8. c. 12. SPANH.

1235. κἂν] καὶ R.V. Tum προκαταθείην V. aliique nonnulli.

" Vulgatum verum est: sacramento, quod deponendum est, " addiderim tres obolos, ut liceat jurare." ERNESTI.

γ' om R.

1236. ἕνεκ'] Libri aliquot οὕνεκ'. Vid. ad v. 238.

1237. ἁλσὶν διασμηχθεὶς] Recte unus ex scholiastis, ὡς ἐπὶ κεράμῳ ἢ ἀσκῷ τὸν λόγον ποιεῖται, οἵτινες σμηχόμενοι ἁλσὶ βελτίονες γίνονται· ἅμα δὲ ὅτι τοὺς ὑπὸ μέθης παραφρονοῦντας ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ διαβρέχομεν καὶ ὠφελοῦνται. Quem morem tangit Libanius vol. 4. p. 991, 27. τοὺς γὰρ παραφρονοῦντας δι' οἶνον ἔλαιον πέφυκεν εἰς νοῦν ἐπανάγειν. ubi Aristophanis locum comparavit Federicus Morellius. De verbo διασμηχθεὶς dixit Lobeck. ad Phrynich. p. 253. In διαμιχθεὶς corruptum est apud Chœroboscum in Bekkeri Anecd. p. 1316. Ibidem ὄνοιτο scriptum pro ὄναιτ'.

1238. ἓξ χόας χωρήσεται] Antiphanes comicus ap. Athen. 12. p. 552. τοῦτον οὖν δι' οἰνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι. Sic et danistam videtur Streps. ridere, non solum tamquam crassum, verum etiam tamquam multum vini. In Ach. 1001. ἀσκὸν Κτησιφῶντος· ubi scholia: ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ ὁ Κτησιφῶν κωμῳδεῖται. BERG.

χόας] Libri vel χοᾶς vel χοάς. Utrumque legit scholiasta.

1240. θαυμασίως] γ' addit A.

1243. εἶτ'] εἶτε γ' A. C. D. R. V. et Dorvillianus.

μοι om. R.V. aliique nonnulli. δὴ duo codices Dobræi.

1246. μοι R. σοι V. aliique et Ald. In Harleiano uno est σοι δοκεῖ μοι.

1247. ἀπαιτῶν] Codices ἀπαιτῶν, quod est in R.V, vel ὡπαιτῶν vel ὁ 'παιτῶν.

1250. Idem versus 118. Male hic aliquot codices et Ald. οὐδ' ὀβολὸν ἂν οὐδενί.

1254. καὶ τοῦτ'] Libri quidam deteriores καίτοι γ'.

1256. καὶ προσαπολεῖς V. καὶ προσαποβαλεῖς R. et duo codices Dobræi. Legebatur προσαποβαλεῖς sine καί: quod revocandum.

1260. ἔα] Libri aliquot ἔα ter repetitum Amyniæ tribuunt.

τίς οὑτοσί ποθ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν] τίς ἔσθ' ὁ θρηνῶν οὗτος R.V. Quæ librarii conjectura est senarium ab ἔα incipientem utcunque restituentis.

οὔ τί που A. D. R. V. Vulgo ἤ τί που. Scholiasta Dionis

Chrys. vol. 2. p. 651. τὸ μὴ οὖν ἀντὶ τοῦ ἆρα· ἔστι δὲ ἐρωτηματικὸν, ὡς ἐνταῦθα καὶ παρ' Ἀριστοφάνει, μὴ οὖν τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο. Qui codicis sui glossema pro verbis poetæ usus est more novitiorum grammaticorum, de quo dixi ad Soph. Antig. 324. Neque enim hac lectione uti velim ad conjecturam οὔ τι μὴ, quod legitur Eccles. 756.

1261. τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων] δαιμόνων pro παίδων, inquit schol., παρ' ὑπόνοιαν. Quoniam tragicorum more dixisset, ἰώ μοι, μοι; nempe ut ap. Soph. quoque Ajac. 897. 946. 948. Eurip. Electr. 1167. et alibi. Erant autem Carcino, tragico poetæ, tres filii, ex quibus duo erant tragici saltatores, unus poeta tragicus. Aut proprie accipiendum δαιμόνων K., quia Carcinus introduxerit alicubi deos ita lamentantes, ut danista h. l., ut in iisdem est scholiis. BERG. Conf. schol. ad Pacis v. 781.

1263. Idem versus Acharn. 1019.

1266. Notus Tlepolemus Herculis e captiva muliere filius, de quo sic Homerus in catalogo: Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ, | αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα | ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον, ὄζον Ἄρηος. Argumentum hoc tractaverat vel Carcinus vel ejus filius Xenocles in quadam tragœdia, ad quam alludit comicus, et unde videtur ista παρῳδῆσαι, ἰώ μοί μοι, ἀνὴρ κακοδαίμων, et ὦ σκληρὲ δαῖμον—quæ postrema desumta sunt ex iis quæ Alcmena dicebat, audita fratris sui morte. Ideo Strepsiades iisdem verbis fortunas suas conquerentem Amyniam percunctatur: *Quid tandem tibi mali fecit Tlepolemus?* BRUNCK.

δαί σε Τληπόλεμος] δέ σε τληπόλεμος V. aliique non pauci: unde in Dorvilliano et Cantabrig. tertio interpolatum τί δὲ Τληπόλεμός σε πώποτ' εἴργασται κακόν.

ποτ'] πώποτ' V.

1269. ἄλλως τε (γε R.V. et quattuor alii codices) μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι] Abest hic versus ab duobus nullius pretii codicibus. μέντοι καὶ pro καὶ μέντοι dictum ut πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι pro καὶ ταῦτα πρὶν φράσαι μοι in Pluto v. 259.

1271. γ' ἐμοὶ] γέ μοι R.V.

1272. ἵππους] γ' addunt libri pauci.

1273. ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών] Dicitur proverbialiter ἀπ' ὄνου πεσεῖν de imperito homine, quasi qui nec asinis uti possit,

nedum ut equis, ut notat scholiasta. BERG. V. Zenob. 2, 57.

1275. *ὑγιαίνεις*] *ὑγιαίνοις* quattuor codices, quorum tamen in uno est gl. *ὑγιῶς ἔχεις*.

1276. *ὥσπερ*] Pac. 234. *καὶ γὰρ ὥσπερ ᾐσθόμην καὐτὸς θυείας φθέγμα πολεμιστηρίας*.

1277. *προσκεκλήσεσθαι γέ μοι*] *προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς* R.V. aliique nonnulli, ex conjectura librarii qui verbo *δοκεῖς* ex superiore versu repetito locum facere vellet. Similem interpolationem notavimus v. 1260. Verissima est scriptura vulgata, quam in libro suo invenit Suidas in *προσκεκλήσεσθαι*.

1278. *μἀποδώσεις*] Scribebatur *μὴ 'ποδώσεις* (*ἀποδώσεις* R.). Veram crasis exprimendæ rationem libri antiqui non raro servarunt in *μὴ ἀλλά* particulis in *μἀλλά* contractis.

1279. et 1288. *ἀεὶ* R.V. Vulgo *αἰεί*.

1280. *ταυτὸ*] Libri pauci *αὐτό*.

τοῦθ'] *τὸ θ'* R.

1282. *οὐδέ*] *οὐδέν* R. V.

1285. Male in libris quibusdam comma post *τἀργυρίου* positum.

1286. *ἀπόδος γε*] Scribendum *ἀπόδοτε* ex R.V. Strepsiadem ejusque filium dicit.

1295. *ποιῆσαι*] *ποῆσαι* R.

1296. *ἀποδιώξει* Elmsleius ad Acharn. 278. Libri *ἀποδιώξεις*.

ἀπὸ] *ἐκ* R.V. aliique et Ald., male. Vid. Vesp. 456. Pac. 1221.

1297. *ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι* testi tribuebantur. Correctum ex A. B. D. R. V.

1298. *σαμφόρα*] *σαπφόρα* aliquot codices. *πασία* R.V. Quorum V. sæpius in hoc colloquio Pasiæ tribuit quæ Amyniæ sunt.

1299. *ᾄξεις*] Libri multi *ἄξεις*.

ἐπιαλῶ] *ἐπὶ ἀλῶ* R. *ἐπὶ ἄλλων* (*γρ. ἐπεὶ ἀλῶ*) V. Aliorum librorum vitia sunt *ἐπεὶ ἀλῶ* (quod in plurimis est), *ἐπεὶ ἀλῷ*, *ἐπί τ' ἀλῶ*, *ἐπεί γ' ἀλῶ*. Alia verbi forma *φιαλεῖν* utitur in Vesp. 1348. in Pace 432. ad quos locos v. schol.

1301. *σ' ἄρα*] *σ'* paucis in libris omissum, in duobus recentibus *ἄρα σε* scriptum.

1308. *λήψεταί τι*] Hermannus. *τι λήψεται* A. C. et Mutinensis primus. Vulgo omissum *τι*.

1309. σοφιστὴν * | * ὧν] Lacunam recte explere videtur Reisigius σοφιστὴν ἴσως | ἀνθ' ὧν.

1310. λαβεῖν κακόν τι vel κακὸν λαβεῖν τι, quod præstat, Hermannus. Libri τι κακὸν λαβεῖν.

1312. ἐπέζει] Legebatur ἐζήτει. ἐπεζήτει R.V. aliique.

1314. γνώμας] τ' addunt R.V. et Ald.: omittunt A. B. et Dorvillianus.

1319. ἴσως δ', ἴσως—Sic tres codd. [R.V. aliique.] In C. ut in impressis, particula adversativa perperam omissa.—βουλήσεται. Superscripta glossa in D. ἐπὶ (scr. ἐπεὶ) μείζω κακὰ πείσεται, ἢ φέρειν οἷός τε εἶναι. Glossam hanc in textum intulit librarius cod. C. in quo sic scripti et distincti versus: οἵσπερ ἂν ξυγγένηται. ἐπεὶ μείζω κακὰ πείσεται | ἢ φέρειν οἷός τ' εἶναι κἂν λέγῃ παμπόνηρα | ἴσως ἴσως βουλήσεται κᾆφωνον αὐτὸν εἶναι. BRUNCK. Glossema illud etiam V. aliique nonnulli habent, quorum in uno librarius, qui poetæ verba legere sibi videretur, supra scripsit μείζονα μέλλει παθεῖν παρὸ ὑπομένειν δυνατὸς εἶναι.

1329. οἶσθ'] ἴσθ' Ald. et aliquot codices.

καὶ in V. aliisque nonnullis omissum: unde δὴ interpolatum in Ald. et codicibus quibusdam.

1331. ῥόδοις] Conf. v. 910.

1332. ὡς] ὥστ' V.

1338. μέλε] μέλεε vel μέλαιε codices Dobræi.

1340. μέλλεις] μ' addunt A. C. D. aliique, non R.V.

ἀναπείσειν] ἀναπείθειν A. aliique pauci.

1344. λέξεις] λέγεις R. et unus Dobræi.

1347. 'πεποίθειν Dawesius. πεποίθει R. πέποιθ' V. aliique. Vulgo πέποιθεν.

1349. 1350. Intactam reliqui Ravennatis Venetique libri et distinctionem versuum et scripturam ab aliis aliter, sed parum probabiliter, correctam. Postrema ista ἐστὶ τἀνθρώπου non improbabile est delenda esse, excidisse autem tot syllabas quot ad integritatem utriusque versus opus est. Alter versus fortasse fuit δῆλον δὲ τὸ λῆμα. Vulgo hæc sic interpolata leguntur ἀλλ' ἴσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γε τὸ | λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου: unde Bentleius λῆμ' ἐστὶ τὸ τἀνδρός. γε om. R. V. aliique nonnulli.

1352. ᾔδη] ᾔδει Dorvillianus.

λέγειν χρὴ] χρὴ λέγειν Baroccianus 43. et Harleianus Dobræi. Iidem codices et Mutinenses duo πρὸς τὸν χορόν. In Cantabr. tertio τὸν ab interprete adscriptum.

1353. πρῶτον] τοπρῶτον Ald. et aliquot codices.

1354. εἰστιώμεθ'] ἑστιώμεθ' R.V.

1356. Κρῖον] Hermannus. Scribebatur κριόν. Κρῖος recte scribitur apud Herodotum 6, 50. De Simonidis carmine in Crium Æginetam vide annotationem ad scholia.

ἐπέχθη] Codicum quorundam vitia sunt ἐπαίχθη, ἐπήχθη, ἐπλέχθη.

1357. εὐθέως] εὐθὺς V. aliique nonnulli: unde in recentioribus quibusdam et Ald. interpolatum εὐθὺς ὡς.

1358. κάχρυς] Quattuor codices [aliique] κάγχρυς. Gl. πεφρυγμένας κριθάς. Mulieres in pistrino molentes cantu laborem fallebant, erantque iis peculiares quædam cantilenæ, ἐπιμύλιοι ᾠδαὶ dictæ. Harum exemplum e Plutarcho [Moral. p. 157 d.] enotat Casaubonus ad Athenæum 14, 3. Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. BRUNCK. Vide Athen. 14. p. 618 d.

1359. χρῆν σε τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι Bentleius. Legebatur χρῆν σέ γ' ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι. Quæ futilis est conjectura correctoris metrici, qui quum scriptum invenisset χρῆν σε τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι neque animadvertisset τε particulam excidisse, duplicem huic versui intulit corruptelam. Nam et γ' ἄρα posuit imperite et infinitivi τύπτεσθαι syllaba ultima brevi usus est recentiorum Græcorum more. Lectionem partim antiquam partim interpolatam exhibent A. D. et (quem τε omittere suspicor) R. χρῆν σ' ἄρα τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. A. quibus Mutinensis primus in eo tantum discedit quod γε pro τε scriptum habet, V. autem duoque alii Mutinenses χρῆν σ' ἄρα (ἄλλα V.) τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι. Suorum librorum varietatem memorat Dobræus "εὐθὺς ἆρα (primo ἄρα) χρῆν σε τ. 1. "χρῆν σ' ἄρα τ. 3. 5. χρῆν γ' ἄρα τ. 4. (sic) χρῆν σέ γ' αρα τ. "2. 6. καὶ πατ. om. 4. τύπ. καὶ π. ceteri quinque, sine τε."

1360. ὡσπερεὶ τέττιγας ἑστιῶντα] Libanius vol. 4. p. 625, 13. μὴ πλείω τῶν τεττίγων ἐσθίειν.

1361. τοιαῦτα] τοῖα V.

ἔνδον om. R.V, quidam ante ἔλεγεν ponunt.

νῦν] καὶ νῦν V. aliique pauci.

1362. ἔφασκ'] ἔφασκεν R.

1364. μυρρίνην] Quasi scolion caneret; nam qui in convivio scolion canebat, is myrti aut lauri ramum tenebat manu, ut patet ex illo schol. loco, quem ante adduxi. Ibi autem schol. de scoliis loquitur. Idem fere dicit in Ran. ad 1337. ex Aristoxeno et Phyllide: etiam ad præsentem hunc in Nub. locum ex Dicæarcho. BERG.

1365. εὐθὺς om. V.

1366. ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς] Versus non scriptus, ut opinor, ab Aristophane. Consecutionem sententiarum ut aliquo modo expedirent, Schuetzius hunc versum post 1364. transposuit in locum vulgato non multo commodiorem, Brunckius autem, codicis cujusdam glossemate οὐκ ᾄσω δηλαδὴ inductus, Strepsiadem hæc ut Phidippidis verba ironice dicta memorare putavit. Quod ineptum est.

1367. ἀξύστατον libri optimi: alii ἀσύστατον cum Ald. Suidas. ἀξύστατον καὶ ἄστατον περὶ Αἰσχύλου λέγει Ἀριστοφάνης, ἀντὶ τοῦ οὐ ξυνεστῶτα οὐδὲ πυκνόν· ἀλλ' ἀραιὸν ἐν τῇ ποιήσει καὶ κομπώδη· ἢ ἀδιάθετον, ἢ ἀπιθάνως συντιθέντα.

1368. ὀρεχθεῖν] Gl. κινηθῆναι πρὸς ὀργήν. Homericum est verbum. Eustathius ad Il. ψ, 30. p. 1285, 60. τῶν δὲ Ὁμηρικῶν, τὸ μὲν ὀρέχθεον, μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ (11, 43.) ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι καθ' ὁμοιότητα τοῦ (Odyss. ε, 402.) ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου καρδίας ἡ λέξις τίθεται, ὡς τὸ κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὀρέχθει. Simile est Homericum κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. BRUNCK.

1371. ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' Εὐριπίδου] Sic bene D. [R. aliique.] Tres alii [et V. et sex libri Dobræi] ᾖσεν Εὐριπίδου. Vulgo ᾖς ἐξ Εὐριπίδου. Utrumque mendosissimum. BRUNCK.

ἐβίνει] Legebatur ἐκίνει.

1372. ἀδελφὸς τὴν ἀδελφήν] Macareus Æoli filius Canacen sororem suam vitiavit, quam ob rem a patre interfectus fuit. Erat hoc argumentum Æoli Euripidei. Ovidius Tr. 2, 384.

Nobilis est Canace fratris amore sui.

Fundus hujus fabulæ est apud Homerum Odyss κ. initio. BRUNCK. ὁ'δελφὸς duo codices.

1373. κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην C. et R, nisi quod R. κἀγ' οὐκ ἔτ' scriptum habet, quod servari debebat crasi restituta

κἀγοὐκέτ'. Cujus ignari librarii in codicibus aliis aliter interpolarunt. Proxime ab vera scriptura absunt A.V. aliique libri nonnulli κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην (ἐξηνειχόμην) exhibentes, longius alii, quorum D. et Ald. ἐγὼ δέ τ' οὐκ ἠνεσχόμην.

1374. κᾆτ' ἐντεῦθεν] κἀντεῦθεν R.V. et reliqui omnes præter C. Unde in deterioribus quibusdam libris interpolatum κἀντεῦθεν οὖν οἷον εἰκός, vel κἀντεῦθεν οἷον εἰκὸς ἦν γε.

1375. ἠρειδόμεσθ' A. D. R. V. aliique cum Suida in ἔπος et Eustathio p. 1327, 14. Vulgo ἠριζόμεσθ'. "'Ερείδειν vel ἐρείδεσθαι dicitur, magno nisu, certatim et cum quadam contentione aliquid facere (proprie, *incumbere alicui rei*), per metaphoram, sumtam a remigibus, qui quum strenue remigare volunt, remis incumbunt. Schol. ad Pac. 25. ἐρείδειν φασὶν οἱ 'Αττικοὶ πᾶν ὁτιοῦν συντόνως γινόμενον. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων καὶ ἐπερειδομένων ταῖς κώπαις. Hinc ἐρείδειν pro *avide edere* dicitur Nostr. Pac. 31, pro *subigere* vel *subagitare feminam* Eccl. 612. et Thesm. 495, pro *magno nisu aliquid jaculari* Eqq. 625. Non mirum ergo est, eamdem vocem hic accipi pro, *verbis contendere*, quoniam id magno cum nisu fieri solet. Eustath. loco ante laud. τὸ δὲ ἐρείδεσθαι καὶ ἐν λόγοις γίνεται· ὡς δηλοῖ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ τὸ, ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθα· ὃ ταυτόν ἐστι τῷ, λόγοις ἀλλήλους ἠμειβόμεθα." KUST. Ran. 914. ὁ δὲ χορός γ' ἤρειδεν ὁρμαθοὺς μελῶν, ἐφεξῆς τέτταρας. Equit. 627. ὁ δ' ἄρ' ἀναρρηγνὺς ἔπη τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων. Adde supra v. 558. πάντες ἐρείδουσιν εἰς 'Υπέρβολον. SPANH.

1376. κἀπέτριβεν] κἀπέθλιβε R. κἀπέθλιβεν V. Vulgatam scripturam habet Suidas.

1378. εἴπω] In εἶπον corruptum apud Joannem Alex. τονικ. παραγγ. p. 32, 4.

1379. αὖ om. V.

τυπτήσομαι] Scribendum τυπήσομαι cum Buttmanno Gramm. vol. 2. p. 55.

ἐν δίκῃ γ' ἂν R.V. aliique plurimi. Quod recepi γ' ἂν in γε mutato. Vulgo ἐνδίκως γάρ. Vesp. 508. νὴ Δί' ἐν δίκῃ γ'.

1382. βρῦν] Ad hunc locum referenda Antiatticistæ glossa p. 85, 28: Βρῦ· ἐπὶ τοῦ πιεῖν. 'Αριστοφάνης Νεφέλαις β'. Quam formam agnoscit Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 31, 9: Βρῦ· τὸ ὑποκόρισμα, ὅ ἐστι λεγόμενον τοῖς παιδίοις σύμβολον τοῦ πιεῖν·

ὅπερ ἔνιοι σὺν τῷ ο γράφουσι, βροῦ. Ex his facilis est Hesychii glossarum emendatio, *Βροῦς· πιεῖν*, ubi scrib. *Βροῦ*, et *Βρῦλ· πιεῖν*, ubi non *Βρῦλλαι* cum Musuro, sed *Βρῦ* vel *Βρῦν* corrigendum, aut, si verbo usus est Hesychius, *Βρῦλαι*. *Βρύλλων* dixit Aristophanes Equit. 1126.

1384. *κακκᾶν*] *κακᾶν* Ald. et pauci codices.

ἂν οὐκ] *οὐκ ἂν* R.V.

1385. *δ' ἐμὲ* A. Vulgo *δέ με*, quod servant R.V.

1388. *ἔξω ἐξενεγκεῖν* (quod recte in aliis *'ξενεγκεῖν* scriptum) R.V. *ἔξω γ' ἐξενεγκεῖν* Mutinenses duo. Vulgo *ἔξω γ' ἐνεγκεῖν*.

1389. *ἀλλὰ πνιγόμενος* R.V. Vulgo *ἀλλ' ἀποπνιγόμενος*.

1390. *'ποίησα*] *'πόησα* R.

1391. *τὰς καρδίας πηδᾶν*] Imitatus est Philostratus Vit. Apoll. 1, 37. ERNESTI.

1393. *ἐξειργασμένος*] Excultus doctrina, arte dicendi. ERNESTI.

1395. *λάβοιμεν ἂν ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου*] Emerimus ne erebintho quidem, i. e. nullius pretii erit. Plauti locum Mil. 2, 3, 45. comparavit Brunckius, *Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.*

1396. *ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου*] Diphilus apud Athen. 6. p. 236 c. *τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει.* BERG. Demosth. procem. p. 1455, 18. *τῶν μὲν ἡμετέρων ψηφισμάτων ἀλλ' οὐδὲ μικρότατον φροντίζουσι.* Athen. 14. p. 661 e. *οὐχ ἁρμόττειν φασὶ τὴν μαγειρικὴν ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι τῶν ἐλευθέρων.* Hæc et alia attulit Dobræus.

1401. *τὸν νοῦν μόνῃ*] Vulgo *μόνῃ τὸν νοῦν*. Verum verborum ordinem, olim a Bentleio restitutum, præbuerunt R, in quo *τὸν νοῦν μόνον*, et V, in quo *τὸν νοῦν μου* scriptum.

1402. *οὐδ'*] *οὐκ* V.

ἢ] Libri *ἦν*.

πρὶν ἐξαμαρτεῖν] *πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν* A. Neophron apud Stobæum Floril. 20, 34. *εἶεν, τί δράσεις, θυμέ; βούλευσαι καλῶς,* | *πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν.* Recte Porsonus in Adversar. p. 295. *πρὶν ἐξαμαρτεῖν.* Neque enim *πρὶν ἢ* dixerunt Attici veteres.

1403. *μ' οὑτοσὶ* om. V. *μ' οὗτος* R.

1409. *πρῶτ'*] *πρῶτον* V.

σε] *γε* Ald. et aliquot codd. In aliis omissa hæc vocula.

ἔτυπτες] *ἐτύπτησας* R.V. Hoc est *ἔτυπτες* et *ἔτυψας*.

1412. τύπτειν τ'] τύπτειν δ' V. τ' om. R. τύπτοντ' quattuor codices recentes.

ἐπειδήπερ γε] γε om. R.V. aliique et Ald.: habent tres Parisini totidemque Dobræi.

1415. κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;] Parodia versus Euripidei Alcestis 691. χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; quo etiam in Thesmophoriazusis utitur v. 194. Inde factum ut tetrametris senarium immiscuerit. Quo non intellecto infimæ ætatis librarius aliquis, cujus conjecturam deteriores Mss. servarunt, τίη δή in fine versus adjecit, quod in libros editos primus intulit Francinius editionis Juntinæ secundæ auctor.

1416. σὺ] γε libri deteriores.

1418. εἰκὸς δὲ] Scribendum εἰκός τε cum A. R.

μᾶλλον A. D. R. aliique nonnulli. Plerique, inter quos V. μάλιστα cum Ald.

ἢ νέους Kusterus. Libri vel ἢ τοὺς νέους vel, quod est in V. et quinque codicibus Dobræi, ἢ τοὺς νεωτέρους.

τι om. V. aliique plurimi.

1421. θεὶς] τιθεὶς R.V. et duo codices Dobræi.

ἦν τὸ πρῶτον] τὸ πρῶτον ἦν iidem codices Dobræi.

1426. αὐτοῖς] αὐτοὺς R.

1427. ἀλεκτρυόνας] ἀλεκτρυοῦς Porsonus. Vid. ad v. 663. Quod si recte conjecit Porsonus, v. 1430. quoque ἀλεκτρυοῦς scribi præstabit.

1428. καίτοι τί διαφέρουσιν A. C. καίτοι τί διαφέρουσιν οὐδὲν R.V. Ex quo orta est lectio vulgata καίτοι διαφέρουσ' οὐδέν aliæque recentiorum codicum interpolationes.

1429. πλὴν] γ', quam particulam post πλήν inferre amant librarii, addunt V. et duodecim circiter alii codices.

1431. ξύλον] πλεῖον R. Pauci codices ξύλῳ.

1436. τεθνήξεις Dawesius. Libri τεθνήξει vel τεθνήξῃ. Vid. Elmsl. ad Acharn. 590.

1439. μὴ] μα R.

1441. γ' om. R. et Dorvillianus.

ἀχθέσει] ἀπεχθέσει R.

1442. τί μ' ἐκ R.V. aliique. Vulgo τί δή μ' ἐκ.

ἐπωφελήσεις] Libri plures ὠφελήσεις, unde multiplices pro-

dierunt recentiorum codicum interpolationes et ipsum illud τί δή μ' ἐκ. Quod qui primus posuit, tetrametrum fecit politicum πῶς δή; δίδαξον γὰρ τί δή μ' ἐκ τούτων ὠφελήσεις. Cujusmodi corruptelis Plutus Nubes et Ranæ, quæ fabulæ medii ævi temporibus fere solæ sunt in scholis lectitatæ, præ ceteris obnoxiæ fuerunt.

1444. τί φῄς τί φῄς σύ A. D. τί φῄς σύ R.V. aliique. Vulgo τί δῆτα φῄς σύ.

1445. Persuaderi sibi passus fuerat simplex rusticus, haud nefas esse, nec naturæ legibus adversari, patrem a filio verberari: κλάειν γὰρ ἡμᾶς εἰκὸς ἔστ', ἢν μὴ δίκαια δρῶμεν. Sed ubi adolescens ait se matrem etiam verberaturum, ira excandescit pater, nec tantum flagitium audire sustinet, ratus hominum animis nihil a natura magis insitum esse quam pietatem erga maternum uterum. τί φῄς; τί φῄς σύ; τοὔθ' ἕτερον αὖ μεῖζον κακόν. Et hoc quidem verum est. Acumen autem hujus loci hoc est. Philosophorum Euripidisque dogma respicit comicus, quod falsi arguit, non directis argumentis, sed, quod longe præstat, Strepsiadis affectu ab ipsa natura petito. Scilicet docebant illi auctorem originis patrem esse, matrem vero tanquam humum considerabant semen recipientem foventemque. Noti sunt hac de re Euripidis versus in Oreste, ubi infelix ille matricida Tyndareo scelus suum excusans ait: πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς, | τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα. | ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν. Plura ad illud placitum pertinentia vide in egregia Valckenarii Diatribe Euripidea p. 29. Qui hac doctrina imbuti fuerant adolescentes, vix fieri poterat, quin eorum aliquis, si quod forte jurgium incideret, minus decenter et pie erga matrem se gereret. Merito igitur sanis hominibus non minus damnosa, quam absurda visa est, quod testatur senarius iste, quem profert scholiastes Euripidis ad locum modo citatum: ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη; BRUNCK.

τί δ' ἢν ἔχων] τί δῆτ' ἀνέχων R. τί δῆτ' ἂν ἔχων V.

1446. λόγον om. R.

1448. δ'] δῆτ' V. Idem ταύτην pro ταυτὶ.

ποιῇς] ποῇς R. et ποοῦμεν 1458. ποήσω 1488. ποεῖς et ποῶ 1495. Quam diversitatem, notatam per tres primas fabulas

(Acharnenses Equites Nubes), omittam in octo reliquis: Simplicem vocalem R. etiam ubi metrum diphthongum postulat præbet interdum, velut v. 1502.

1449. *σεαυτὸν*] *σαυτὸν* R. *ἑαυτὸν* V.

1450. *ἐς*] *εἰς* V.

1455. *σεαυτὸν*] *ἑαυτὸν* aliquot libri.

ἐς] *ἐς τὰ* R.V.

1456. *ταῦτ' οὖ*] *ταῦτά γ' οὖ* Ald. et pauci codices.

ἠγορεύετε] *ἠγορεύσατε* V. aliique nonnulli.

1457. *ἐπήρετε* R. Vulgo *ἐπήρατε*.

1458. *ἡμεῖς* R.V. Vulgo *ἀεὶ*.

ὅντιν' ἂν Porsonus. Libri *ὅταν* (vel *ὅτ' ἂν*) *τινά*.

1460. *ἐς*] *εἰς* R.V.

1462. *ὤμοι* codices. *οἴμοι* Ald. Quod revocandum. Eadem diversitas 1473. Vesp. 202.

1465. *Σωκράτη* Ald. *σωκράτην* codices, ut videtur, omnes.

1466. *ἐλθ'*] *ἐλθὼν* R.V. aliique plurimi.

κἄμ'] *κἀμέ γ'* V.

ἐξηπάτων] *ἐξηπάτουν* R.V.

1468. *καταιδέσθητι πατρῷον Δία*] Verba vel ex tragœdia petita vel ad tragœdiæ sermonem composita arguit mensura vocabuli *πατρῷον*. De Jove *πατρῴῳ* dixit Lobeck. Aglaoph. p. 771.

1470. *τις*] *τι* R. *τίς* V.

οὐκ ἔστ' οὐκ, ἐπεὶ R. *οὐκ ἔστιν οὐκ, ἐπεὶ* V. Alii *οὐκ ἔστι* (vel *ἔστιν*) *γ' ἐπεὶ*, vel *οὐκ ἔνεστ' ἐπεὶ* cum Ald.

1471. His verbis Strepsiades usus erat v. 828.

1472. *τοῦτ'* (*ταῦτ'* A.)] Expulsum Jovem esse neque amplius regnare. Frustra Bentleius corrigebat *τότ' ᾠόμην Δία τουτονὶ τὸν Δῖνον*.

1473. *διὰ*] *δία* C. *δια* sine accentu R.V.

οἴμοι] *ὤμοι* codices Dobræi.

1474. Hæc dicens Strepsiades, id quod per *δῖνον* intelligit ostendit. Est autem juxta veteres magistros *κεραμεοῦν βαθὺ ποτήριον, ὃ καλεῖται δῖνος, ὅπερ ἄνω εὐρύτερον ὄν, κάτω εἰς ὀξὺ λήγει*. Glossa ad hunc locum *καυκίον πήλινον*. In vestibulo ædium solebant Athenienses columnam statuere in honorem Apollinis, quam *'Αγυιᾶ* vocabant. Vide ad Thesm. 489. Probabile est comicum, ut Socratem perstringeret, ostenderetque receptas religiones ab eo contemni, scholam illius in scena ex-

hibuisse, cujus in vestibulo non Ἀγυιεὺς erat, sed fictile vas aliquod magnum, ad formam supradescripti κισσυβίου seu *poculi* effictum: idque ostendens rusticus ait: *sed ego tum arbitrabar Jovem esse turbinem hunc*. Nunc eo sensu nomen δῖνος accipit Strepsiades: at supra v. 380. ubi ait: Δῖνος; τουτί μ' ἐλελήθη, | ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων. nescius quid Physicis esset δῖνος, quo nomine Socrates usus fuerat, ad exprimendam *aëris et cœli rotationem*, Δῖνον arbitratur eum appellare deum aliquem Jove superiorem, qui eum e regno ejecerat, ut ipse olim Saturnum. Ideo filio suo dicit v. 828. Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς. Quod nunc ei filius regerit. BRUNCK. Perabsurdum est commentum scholiastarum de Dino testaceo, quo nihil alienius ab Socratis numinibus cogitari potest. Mihi non dubitandum videtur quin versus hic ὅτε (libri aliquot ὅτι) καὶ σὲ χυτρεοῦν (χυτραιοῦν R.) ὄντα θεὸν ἡγησάμην ab interprete confictus sit δεικτικὸν illud τουτονί (de quo v. ad v. 83.) explicante ad eamque rem vasculum adhibente quod δῖνον Græci vocant nomine a forma ducto.

1475. φληνάφα R.V. aliique plurimi. Vulgo φληνάφει. Eodem vitio in Eq. 644. codex unus ἐφληνάφει pro ἐφληνάφα.

1477. ἐξέβαλλον R.V. aliique. Vulgo ἐξέβαλον.

τοὺς Mutinensis primus (qui ἐξέβαλον servare videtur). Vulgo καὶ τούς.

Σωκράτη] σωκράτην codices plerique.

1480. παρανοήσαντος] παρανομήσαντος V. Male. παρανοίας dixerat v. 1476.

1481. μοι] μου A. R.

1482. διωκάθω] Subjunctivus aoristi. Vid. ad Eq. 698.

1483. ὀρθῶς παραινεῖς] Ad h. l. est παρεπιγραφή· ὥσπερ εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Ἑρμοῦ, ὡς οὐ χρὴ εἰς τὸ δικαστήριον αὐτοὺς ἀγαγεῖν. Sic ap. Plautum [Menæchm. 5, 2, 95.] Menæchmus Sosicles furere se assimulans Apollinem, tamquam præsentem, alloquitur:

Pugnis me vetas in hujus ore quicquam parcere,
Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem?
Faciam, quod jubes, Apollo.

Facetissima est tota ista Plautina scena, ubi ista Sosiclis v. 85.

Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat
Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

BRUNCK.



δικορραφεῖν] Apollodorus apud Stobæum Floril. 46, 15. ab Spanh. citatus, *ψεύδετ' ἐπιορκεῖ μαρτυρεῖ δικορραφεῖ.*

1484. *ἐμπιπράναι*] *ἐμπιπρᾶναι* V. *ἐμπιμπράναι* Baroccianus 127. a prima manu. Vid. ad Acharn. 447.

1485. *ἀδολεσχῶν*] Usitata philosophorum appellatio: vid. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. 1, 2, 31. HERMANN.

1488. 1489. Horum versuum ordo inversus est in Ald. et deterioribus quibusdam codicibus.

1492. *κεἰ* codices plerique omnes. *κἂν* vulgo: unde in uno alterove *εἴσ'* in *ὦσ'* est mutatum.

1495. ΣΤΡ.] *ξανθ. οἰκ.* V.

1497. et 1499. *ἀπολεῖς ἀπολεῖς* Socrati tribuunt R.V.

1499. *καὶ* om. R.V.

1503. ΣΤΡ.] *ξανθ. οἰκ.* V. *οικ* R. Utitur Strepsiades Socratis verbis v. 225.

1504. *οἴμοι*] *ὤμοι* aliquot codices.

1505. 1506. inverso ordine leguntur in Ald. Correctum ex codicibus.

1505. ΧΑΙΡ.] *μαθ.* R. *ἕτερος φιλόσοφος* V.

1506. *μαθόντ' ἐς τοὺς θεοὺς ὑβριζέτην*] *μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε* D. R. aliique nonnulli. *μαθόντες εἰς τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε* V. Novem alii *μαθόνθ' ὑβρίζετον ἐς* (vel *εἰς*) *τοὺς θεούς.* Tres *μαθόνθ'* (vel *μαθόντ'*) *ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς θεούς.* Unde Elmsleius ad Acharn. 733. *μαθόντ' ὑβριζέτην ἐς τοὺς θεούς.* Quod recepi, servato tamen ordine verborum, qui est in libris antiquis. Nunc mihi probabilius videtur poetam *ὑβρίζετε* et *ἐσκοπεῖσθε* scripsisse, librarios vero, qui hæc ad Socratem et Chærephontem referrent, dualem posuisse. Ceterum in codice Dorvilliano et Barocciano 43. annotatum *παθόντες.*

1507. *ἐσκοπεῖσθον* A. D. et unus Dobræi. Vulgo *ἐσκοπεῖσθε,* quod revocandum. Quattuor codices *ἐσκοπεῖτε τὰς ἕδρας.*

1508. *ἑρμ.* præfixum in R. *ἑρμῆς* in V.

1510. *γε* om. R.V.

τό γε τήμερον ἡμῖν] Mœris p. 364. (210, 14. ed. Bekk.) *τήμερον εἶναι,* Ἀττικῶς· ὡς Νεφέλαις· *κεχόρευται γὰρ μετρίως ἡμῖν τοῦ τήμερον εἶναι·* memoriæ, ut videtur, errore.

R A N Æ.

ACTA hæc fabula est Lenæis, archonte Callia, olympiadis nonagesimæ tertiæ anno tertio, brevi post Euripidis Sophoclisque obitum tempore: de quo veterum testimonia collegit Clintonus Fast. Hellen. vol. 2. p. 81–85. Primas partes egit Philonides. Fabula ipsa tantopere placuit ut non solum primus locus inter victores ab judicibus daretur Aristophani, sed etiam paullo post, ut videtur, denuo in scenam produceretur, ut ex Dicæarcho narrat scriptor argumenti.

4. χολῇ] σχολῇ A. aliique nonnulli vitiose. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 73, 1. χολή ἐστιν: οἷον ἀηδὲς καὶ προσκορές· Ἀριστοφάνης. Suidæ quoque in πάνυ γὰρ ex libris optimis χολή restituit Gaisfordus pro σχολή. χολή ἐστι eodem sensu dictum quo χολὴ κινεῖσθαι dici solet.

7. ἐκεῖνο μόνον] μόνον ἐκεῖν' A. D. V. ἐκεῖν' om. R. Duo codices μόνον δ' ἐκεῖν', quod minime probandum.

8. τἀνάφορον ὅτι χεζητιᾷς] In Eq. 998. oraculorum magnam vim afferens eorumque sub pondere gemens ait Isiciarius: οἴμ', ὡς χεσείω, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω. τἀνάφορον Latine haud male *furcam* vel *furcillam* appellaveris. Plautus Cas. 2, 8, 1.

Sine modo rus veniat: ego remittam ad te virum
Cum furca in urbem, tanquam carbonarium. BRUNCK.

9. μηθ'] μήδ' libri aliquot.

13. Φρύνιχος, comicus poeta nostri coævus, de quo mentio in Argumento. Alius fuit ejusdem nominis poeta tragicus antiquior. Vide Bentleii Dissert. Phalar. de Origine Tragœdiæ p. 144. Latinæ versionis. Amipsias poetam nostrum in comœdiarum commissione bis superavit. Ejus Comastis cesserunt Aristophanis Aves: Conno Amipsiæ cesserunt priores Nubes. Fabulam etiam contra Socratem fecit, in qua philosophus traductus in scenam, cujus tres versus servavit Diog. Laert. 2, 28. BRUNCK.

14. Λύκις] Obscuræ memoriæ poeta, de quo scholiastæ nihil aliunde compertum habuerunt.

15. σκεύη φέρουσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ] Versus non ab Aristo-

phane, sed ab interprete scriptus. Quem qui addidit, poetæ verbis eandem fere operam præstitit quam Nubium versui 296. (*οὐ μὴ σκώψει μηδὲ ποιήσεις ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι*) scholiasta annotatione sua, *οἱ ἄλλοι ποιηταί· οὗτοι γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῶν ἀνθρώπους εἰσῆγον χέζοντάς τε καὶ ἕτερα αἰσχρὰ ποιοῦντας. σκευηφοροῦσ'* V. et Mutinensis primus. *σκευοφοροῦσ'* A. aliique nonnulli cum Suida in *Λύκις*. Triplicem scripturam memorat scholiasta, *σκευηφοροῦσιν, σκεύη φέρουσιν, σκευοφοροῦσιν*. Deteriorum codicum vitia et interpolationes sunt *οἱ σκευοφοροῦσ'* (vel *σκεύη φέρουσ'*), *οἵτινες σκευηφοροῦσ', τοῖς σκευοφοροῦσ'*. In fine *ἐν τῇ κωμῳδίᾳ* R. solus.

18. *πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ*] *πλὴν ἠνιαυτοῦ* R. *πλὴν ἡνι αὐτοῦ* V. Phrynichus in Bekkeri Anecdotis p. 58, 23. *πλέον ἢ ἐνιαυτῷ πρεσβύτερος ὑπὸ τῆς ἀηδίας γίνομαι: ἀστεῖον. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ἀηδίας οὕτω διατίθεσθαι, ὡς καὶ τῶν ἐτῶν ὑφαιρεῖσθαι, οὐδὲν ἀλλ' ἢ αὔξησίς ἐστιν.*

22. *υἱὸς Σταμνίου*] Dicendum erat *υἱὸς Διὸς* sed *παρ' ὑπόνοιαν* dixit *Σταμνίου*, i. e. urcei, quia Bacchus sive vinum in urceis conditur. Schol. BERG. *Θάσιον οἶνου σταμνίον* Lys. 196.

27. *οὗνος*] Vehitur asino Xanthias, ut Silenus, Bacchi famulus, de quo Lucianus in Deorum concilio c. 4: *φαλακρὸς, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος Λυδὸς οὗτος.* BERG. *ὄνος* R. *οὗνος* Eustath. p. 488. 10.

33. *ἐγὼ οὐκ*] *ἔγωγ' οὐκ* R. V, ut in Eq. 1021. Quod nihil aliud est quam *ἐγ' οὐκ*.

ἐναυμάχουν] Si interfuisset prælio ad Arginusas, libertatem consequutus fuisset, ut alii servi, qui interfuerant; sed tunc miser ophthalmia laborabat, ut ipse 192. dicit. De servis libertate tunc donatis infra 694. BERG. Xenophon Hell. 1, 6, 25. *οἱ δὲ 'Αθηναῖοι τὰ γεγενημένα καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπεὶ ἤκουσαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Hac classe paullo post ad Arginusas pugnatum, servisque qui prælio interfuerunt, libertas data. BRUNCK.

36. *εἰμὶ* V. et codex Florentinus unus. Vulgo *εἰμί*. Eccles. 1093. *ἐγγὺς ἤδη τῆς θύρας ἑλκόμενός εἰμι.*

41. *νὴ Δί*] Scribebatur *νὴ Δία*. Vid. ad Eq. 319.

42. *Δήμητρα*] *δήμητραν* R.

46. *κροκωτῷ*] Scholiastes *Διονυσιακὸν φόρημα*. Pollux 4, 117.

ubi agit de vestibus comicis et tragicis: *ὁ δὲ κροκωτὸς ἱμάτιον. Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο.* Proprie *mulierum* est, in Lys. 44. *κροκωτὰ φοροῦσαι.* Sed quia Bacchus erat formosus, mollis et effeminatus, similem vestitum gerit. De Agathone, homine delicatulo, Thesm. 143. *ποδαπὸς ὁ γύννις—τί βάρβιτος λαλεῖ κροκωτῷ;* BERG.

48. *ἐπεβάτευον* Κλεισθένει] *Clisthenem inscendi.* Tanquam si navis fuisset hoc insignita nomine. Salse cinædum perstringit, ut Lys. 1092. BRUNCK.

51. *κᾆτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην*] Inepte vulgo continuata Baccho hæc verba codices A. C. [et R.] Xanthiæ tribuunt, qui tamen se nondum colloquio immiscet: Herculi ea multo melius tribuunt D. E. [aliique et Suidas in *κᾆτ' ἔγωγε.* Totus versus Herculis est in editionibus ante Kusterum.] Glossa *ἐξηγειρόμην ἐξ ὕπνου.* Qui somnia sua aliis narrant, fabulam plerumque his verbis concludere solent, quibus Hercules facete Baccho significat se fortibus ejus factis fidem non habere. BRUNCK.

55. *πόσος*] *ποῖος* V.

σμικρὸς, ἡλίκος Μόλων] Ironice hoc dictum. Nam Molon, quisquis ille fuerit, sive histrio, sive grassator, fuit procul dubio insigni corporis magnitudine. BRUNCK. *σμικρὸς*, quod Brunckius tacite posuit, in uno est inventum codice Monacensi. *μακρὸς* Mutinensis primus cum paucis aliis: quam scripturam scholiasta memorat. Est conjectura grammatici, qua facetia hujus loci prope tota tollitur.

56. Scholiastes, *γυναικὸς οὐ δῆτα*] *τινὲς ἀπὸ τοῦ γυναικὸς ἀμοιβαῖα ποιοῦσι· τινὲς δέ φασιν ὅλον τὸν* Ἡρακλέα *λέγειν, λογιζόμενον τίνος ἠράσθη* Διόνυσος· *τοῦ δὲ* Διονύσου *εἰπόντος τὸ ἀτταταὶ ὁ* Ἡρακλῆς *ὑποπτεύει ἀνδρὸς ἐρασθῆναι* Κλεισθένους *τὸν* Διόνυσον. Prior ratio vera, altera ab grammaticis excogitata.

57. *ἀτταταῖ*] Libri *ἀτταταί. ἀταττὰὶ* codex unus Dobræi. *ἀππαπαῖ* varia lectio scholiastæ. Et sic Suidas in h. v.

Κλεισθένει Ald. *τῷ* Κλεισθένει codices, ut videtur, omnes.

62. Per similitudinem indicat Herculi magnitudinem desiderii sui, quod tam magnum esse dicit quam fuerit Herculis desiderium, si quando esuriret. Introducitur autem Hercules tamquam nimium vorax a poetis. Vide infra 549. et seqq. Pac. 841. BERG.

63. ἔτνους] γρ. ἐγὼ V. γ' post μυριάκις addunt R. et quattuor alii, non V.

64. ἤ 'τέρᾳ (ἤ 'τέρα R. ἢ ἕτερα V. et sic vel ἤ 'τερα alii nonnulli) φράσω] Euripidis ex Hypsipyle verba.

67. Verba καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος; in libris quibusdam Herculi tribui narrat scholiasta: recte, ut videtur.

68. οὐκ] literam κ in versus proximi initio habet R.

68. 69. Adeo amat etiam mortuum Euripidem, ut Plutonis tristia regna et locum inamabilem inferorum adire velit illius causa. Philemon etiam suspendere se volebat, si modo sciret, manes habere sensum, ut Euripidis conspectu frui posset: εἰ ταῖς ἀληθείαισιν, inquit, οἱ τεθνηκότες αἴσθησιν εἶχον ἄνδρες, ὥς φασί τινες, ἀπηγξάμην ἂν ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην. Talis amor eum tenebat, ut dicit Thom. M. in Eurip. Vita. BERG.

71. δέομαι] Scholiasta, αὐτοῦ γὰρ τοῦ Διονύσου ἐστὶν ὁ ἀγών.

72. Euripidis ex Œneo verba, ubi de ξυμμαχοῖς dicta fuerunt.

73. 'Ιοφῶν] Sophoclis filius, qui putabatur patris tragœdias pro suis venditare; quia ergo Sophoclis tragœdiæ laudabantur, Iophontem, qui eas tanquam suas proferebat, dicit bonum videri poetam, sed non vult affirmare, eum revera esse talem. Ex schol. BERG.

τοῦτο γάρ τοι καὶ] τουτὶ γὰρ καὶ V. τὸ γάρ τοι καὶ Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 5, 31.

76. οὐ Bentleius. οὐχὶ libri.

77. ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν vulgo. ἀνάγειν εἴπερ ἐκεῖθεν R.V. Recte alii non pauci non solum ἀνάγειν, sed etiam γ' post εἴπερ præbent.

78. γ' om. R.

80. γ' om. V.

81. κἂν] Legebatur καί.

ἐπιχειρήσειέ μοι] ἐπιχειρήσειεν ἂν A. et Mutinensis.

83. ἀποίχεται] οἴχεται R. V. ἀποίχεται Suidas in 'Αγάθων.

86. Ξενοκλέης] Carcini filius, ut testatur ipse comicus Thesm. 447. Ibidem 175. dicit esse malum poetam et malum hominem. BERG. Libri quidam deteriores ξενοκλῆς.

87. Πυθάγγελος] Poeta tragicus ignobilis, teste schol. Indignatur autem servus, quod de talibus hominibus loquantur, sui autem rationem non habeant, grave onus tenentis. BERG.

90. πλεῖν ἢ μύρια] πλεὶν ἢ μυρία R.

91. πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα] Compaatio comica. Nub. 430. τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον. Alexis comicus apud Eustathium p. 1226, c. 13. κρείττων ἐκεῖνός ἐστιν ἡμέρας δρόμῳ. BRUNCK. Aliquot codices πλεῖν ἢ σταδίου (simili errore, ut v. 18.), Etym. M. p. 262, 14. πλεῖν σταδίου. πλεῖν ἢ σταδίῳ Aristides vol. 2. p. 133. Suidas in πλεῖν et Eustathius l. c.

93. χελιδόνων μουσεῖα] Eustathius ad Odyss. p. 1914, 34. λαλαγοῦσα δὲ ἀκαλλὲς (ἡ χελιδών) οἷα Θρᾷσσα κατὰ τὸν μῦθον. διὸ καὶ ὁ κωμικός, οὓς ἐκεῖνος ψέγει, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζοντας χελιδόνων μουσεῖα καλεῖ· ὅ ἐστιν ὑποβαρβάρους, χελιδόνων δίκην, οὐ μὴν ἐμμούσους ὡσεὶ καὶ Σειρήνων ἢ ἀηδόνων. Hinc infra 678. Cleophontis peregrinitatem dictionisque barbarismum perstringit. Alio sensu verba ista χελιδ. μουσεῖα adhibuerat Euripides in Alcmena, unde ea transtulit comicus: πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσός, εὐφυὴς κλάδος, χελιδόνων μουσεῖα. BRUNCK.

94. Hujus loci sensum non adsequuti sunt interpretes, quem pessime reddidit Berglerus: *qui gaudio emoriuntur, si chorus eorum tantum semel secunda utatur fortuna in tragœdia*. Centum ista parasangis a poetæ mente distant. φροῦδον εἶναι, γίγνεσθαι, οἴχεσθαι nullibi significat nec significare potest: *gaudio emori*. προσουρέω *secundo vento*, vel *secunda fortuna utor*, ne Græcum quidem est. Satis mirari nequeo, Henrico Stephano, viro doctissimo, fraudi fuisse ineptam Græculi in scholiis interpretationem: προσουρήσαντα, εὐθυδρομήσαντα, εὐδοκιμήσαντα, ἐν τραγῳδίας δράματι ἐπαινεθέντα. Melioris notæ sunt, quæ tradit scholion ineditum cod. Regii D. οὐρίζω, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου τοῦ ἀνέμου. οὐρῶ, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου, τοῦ ἐκκρινομένου ὑγροῦ. προσουρήσαντα οὖν, τὸ βραχύν τινα χρόνον διατρίψαντα, καὶ τῶν αὐτῶν λήρων ἐκχέαντα τῇ τραγῳδίᾳ. Acceperunt interpretes istud προσουρήσαντα pro accusativo singulari ad χορὸν pertinente, quum sit neutrum plurale in casu recto, cum ἃ φροῦδα conjungendum. Denique χορὸν λαμβάνειν dicebantur scenici poetæ, quibus locupletes cives choragi munere fungentes, (vide Petitum de Leg. Att. p. 351.) chorum instruebant, sumtusque suppeditabant omnes producendo dramati. Vide interpretibus notata ad Eq. 513. καὶ βασανίζειν, ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν. Exilibus racemulis succo carentibus comparatos adolescentulos illos, qui

nondum maturo ingenio, tragœdiæ componendæ se pares esse rentur, ait Bacchus statim *arescere*, *evanescere*, si, accepto choro, semel tantum in tragœdiam minxerint: necdum enim sunt adeo validi, ut cum ea rem habere possint eo successu, quo gaudere solent οἱ γόνιμοι. Hæc est poetæ mens. De tragœdia, tanquam de meretrice, loquitur, quæ amatoribus poetis copiam sui facit. Sic de comœdia in Equit. 517. πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. BRUNCK.

100. αἰθέρα Διὸς δωμάτιον] Ex Melanippa Euripidis. Vide not. ad Thesm. 272. Χρόνου πόδα erat in Euripidis Alexandra, καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα [προὔβαινε πούς: vid. ad schol.] Audacior eadem locutio occurrit in Bacch. 876. ubi de diis dicitur: κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως | δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ | θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον. Quæ sequuntur spectant notissimum ex Hippolyto versum 611, comico sæpius vexatum: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Confer Thesm. 275. BRUNCK.

102. γλῶτταν δ' ἐπιορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός] *Linguam quæ juravit seorsum a mente.* Hoc dicere debuit ad sententiam versus Euripidei, quem deridet; nec forte jocum captavit, dicendo *pejeravit*, ut vertunt pro, *juravit*. Compositum hoc non plus valet, quam simplex, abundante præpositione: sicque in vulgi sermone accipiebatur Solonis ævo, ut constat e lege, quam profert Lysias c. Theomnest. p. 359. ἐπεγγυᾶν δ' ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. BRUNCK.

ἰδίᾳ] ἄνευ R. aliique nonnulli: quod glossema super ἰδίᾳ scriptum in A.

103. μἀλλὰ scholiasta. μάλα R. et codex Baroccianus. μ' ἀλλὰ Suidas in σὲ δὲ ταῦτα. Legebatur καὶ μάλα. Similiter interpolatus fuit v. 751. Photius p. 244, 1. a Dobræo emendatus, μἀλλά: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλά. Codex μαλαν (sine accentu): ἀντὶ τοῦ οὐ καλά.

πλεῖν ἢ μαίνομαι] Scholiasta πλέον ἢ μαίνομαι ἐπ' αὐτῷ· τουτέστιν ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει. Utitur hac locutione infra v. 751.

105. μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν] Euripides Androm. 237. ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι. BERG. Conf. annotationem ad schol.

106. γε in libris quibusdam omissum.

107. *δειπνεῖν με δίδασκε*] Scholiasta, *τοῦτο γὰρ ἐπίστασαι, ἐκεῖνο δ' οὔ.*

108. *ἕνεκα—ἔχων*] *οὕνεκα—φέρων* Aldus et codices deteriores.

113. *κρήνας*] *κρημνοὺς* varia lectio scholiastæ.

116. Versus totus Herculi tribuebatur. Correxit Seidlerus. Alloquitur autem Hercules Dionysum, non Xanthiam, *περὶ οὗ οὐδεὶς λόγος*, quæ scholiastæ fuit opinio prava personarum distinctione decepti. Pro *καὶ σύ γε* in V. scriptum *ἰέναι κάτω*, cum *γρ. καὶ σύ γε.*

118. *ὅπως*] *ὅπη* (*γρ. ὅπως*) V.

ἀφιξόμεθ' A. R. aliique. *ἀφίξομ'* vulgo. *ἀφίξομ'* (*γρ. ἀφιξώμεθ'*) V.

121. *θρανίον*] Scabellum hac voce notatur, cui insistens quis collum inducat laqueo, quo fiat una litera longa, ut ait Plautus Aulul. 1, 1, 38. Male Pollux 10, 48. pro *paxillo* accipit, ad quem locum v. Jungerm. BRUNCK. Photius p. 94, 5. *θρανίον: δίφρον.*

122. *πνιγηράν*] Qui se suspendunt, illi *πνίγονται*, *suffocantur*; et, *æstus* dicitur *πνῖγος*. Dixerat autem, se nolle *θερμὴν ὁδὸν*, *calidam, æstuosam viam*. BERG.

123. Jocus est in ambigua significatione v. *τρίβειν*, quod de via dicitur, tum de medicamentis, quæ in mortario teruntur. Similis jocus est in Stratonis venusto carmine 11, ubi investes medici *φάρμακον τρίβειν* dicuntur, quo significatur illa *τοῦ δεῖνα τρίψις*, cujus haud infrequens mentio apud comicum. BRUNCK.

124. *διὰ θυείας*] Cicuta nempe, quæ in mortario teri prius debuit: unde de ea, quam hausturus erat Socrates, Plato in Phæd. p. 116. *καὶ ἐνεγκάτω τὶς τὸ φάρμακον, εἰ τέτριπται· εἰ δὲ μή, τριψάτω ὁ ἄνθρωπος.* Mox p. 117. de eo qui præparatam cicutam Socrati erat adlaturus: *καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἧκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον ἐν κύλικι φέροντα τετριμμένον.* SPANH. *θυίας* R. hic et alibi. Idem *κώνιον* pro *κώνειον*, et *κεραμικόν* pro *Κεραμεικόν* v. 129.

125. Nec *frigidam viam* sibi ostendi volebat, v. 119. BERG.

126. Quod de cicuta hic dicitur, quæ frigore enecet, et quidem facto a pedibus ac dein a suris initio, firmat de Socratis e

pota cicuta obitu Plato Phæd. p. 118. *κἄπειτα σφόδρα πιέσας αὐτοῦ τὸν πόδα ἤρετο εἰ αἰσθάνοιτο· ὁ δὲ οὐκ ἔφη· καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις τὰς κνήμας· καὶ ἐπανιὼν οὕτως ἡμῖν ἐπεδείκνυτο, ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πήγνυτο.* SPANH.

127. *ταχεῖαν καὶ κατάντη*] *κατάντη καὶ ταχεῖαν* V.

129. V. Meursium Gr. Fer. in *Λαμπάς*. BRUNCK. Is docuit in vico s. regione Ceramici intra urbem (Paus. I, 3.) tres cursus lampadicos (*λαμπαδοῦχοι ἀγῶνες*) quotannis institutos esse, Minervæ, Hephæsto, et Prometheo. BECK.

εἶτα R. et Baroccianus. Vulgo *κᾆτα*.

133. *ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι εἶναι*] Scholiasta, *τοῦτο γνωριμώτερον ἔχει τὸν νοῦν· ἐπειδὰν οἱ θεώμενοι εἴπωσιν, ἀφείητε, δηλονότι οἱ τρέχοντες, καὶ σὺ σαυτόν. γράφεται δὲ ἐν πολλοῖς εἶναι ἀντὶ τοῦ εἴητε. μήποτε δὲ τὸ δεύτερον εἶναι, τὸ ἓς καὶ σὺ σαυτὸν, ἁμαρτανομένου τοῦ προτέρου. λέγοι δ' ἄν τις καὶ τοῦτο λόγον ἔχειν, ὡς τῶν θεωμένων ἐπικελευόντων τῷ τὸ σημεῖον ἀφιέντι κατὰ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα οὕτως εἶναι. ἄλλως. ἀντὶ τοῦ ἀφεῖναι τοὺς δρομεῖς. τινὲς δὲ γράφουσιν εἴητε, ἀντὶ τοῦ ἀφείητε, οἱ δρομεῖς δηλονότι.* Illud *εἴητε* corruptum ex *εἴη*. Hesychius, *εἴη: ἔστιν ἄφεσις. καὶ ἔξεστιν.* Seidlero *εἶνται* scribendum videbatur. Verum videtur aut *εἴη* illud aut, quæ sensum eundem præbet, scriptura vulgata *εἶναι*, quam recte explicat Lobeckius ad Sophoclis Ajac. p. 190. ed. sec. "In lampadodromiis facem ar- "dentem signum incipiendi cursus, de turri dejectam esse ex "poetæ verbis clare apparet; quum vero ii, qui in turri con- "sistebant tædam demissuri, per tenebras videre non possent, "num cursores ad capessendum certamen parati essent et "compositi, attendebant vocem spectatorum, qui omnibus ex- "peditis ἔφασκον εἶναι *jubebant lampadem mitti*; atque hoc "ipso temporis momento Hercules Baccho ut se præcipitet "auctor est."

134. *ἐγκεφάλου θρίω δύο*] Quia cerebrum hominis habet membranas foliis ficuum, quæ *θρῖα* dicuntur, similes: aut alludit ad illud cibi genus, quod paratur ex cerebro animalium quorumdam foliis ficuum involuto. Ex. schol. BERG. *ἐγκεφάλῳ* V. Idem cum R. aliisque *δύω*.

136. *δαί*] *δέ* V.

137. *ἐπὶ*] *εἰς* V.

138. *πῶς* codex unus Brunckii et, ut videtur, V, cum Suida

in φεῦ. Libri reliqui πῶς γε, positum fortasse ab librario περεωθήσομαι pronuntiante. πῶς γε λέγεις pro πῶς λέγεις scriptum in R. v. 515.

141. τὼ δύ' ὀβολώ] Allusio ad judicum Atheniensium mercedem, aut eam, quæ civibus in concione suffragia ferentibus dabatur. Non eadem fuit semper, sed diversis temporibus aucta vel imminuta fuit ab uno ad tres obolos: duorum obolorum tum fuisse videtur, quando editæ fuerunt Ranæ. Idcirco Charonti, quem ceteri omnes mythographi obolo contentum fuisse volunt, comicus duobolon nauli nomine solvi fingit. BRUNCK. Aliena sunt quæ de mercede concionis populi et judicum narrat scholiasta, quam tum quum Ranæ agerentur non duorum sed trium obolorum fuisse constat. Recte Boeckhius Œcon. civ. Athen. vol. 1. p. 251. διωβελίαν intelligere videtur, id est θεωρικὸν, quod populo largiebantur ad spectacula publica.

142. Θησεὺς] Hunc ad inferos descendisse cum Pirithoo ad rapiendam Proserpinam notum est. BERG. σφ' addit Brunckius.

143. ταῦτ'] τοῦτ' R.

145. βόρβορον πολὺν] Scelerati et qui, necdum eorum mysteriis initiati, fato erant functi, in luto ac stercore jacere in inferis credebantur. Plato de postremis in Phæd. p. 81. ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. De quibus non initiatis hic agi, vel ex proximis poetæ verbis mox liquebit, quæ de læta et felici initiatorum in inferis conditione mox dicuntur. SPANH.

146. σκῶρ] σκὼρ Ald.

ἀείνων Elmsleius in *Edinburgh Review* fasc. 37. p. 73. ἀεὶ νῶν vulgo, consentiente Suida in ἀεὶ νῶν et σκῶρ. ἀείναον V. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 22, 16. ἀείζων: πᾶν τὸ ἀεὶ ζῶν. τοιοῦτον καὶ τὸ ἀείνων, τὸ ἀένναον. Similiter alius grammaticus ibid. p. 347, 17.

147. ἠδίκησε] ἠδίκηκε V.

148. κινῶν] Scribendum βινῶν.

τἀργύριον] ἀργύριον codex Baroccianus. Vid. ad Nub. 179.

149. ἠλόησεν] Scribebatur ἠλοίησεν. Correctum ex Suida in ἠλόησεν. Ammonium, qui ἠλοίησεν legisse videatur, p. 10. interpolatum ab librariis esse perite ostendit Valckenar. in Animadvers. p. 21. Virgilium Æn. 6, 608. comparavit Brunckius;

Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, | Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti; | Aut qui divitiis soli incubuere repertis, | Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est — &c.

150. ἢ 'πίορκον ὅρκον ὤμοσεν] Homerus Iliad. τ, 259. καὶ Ἐριννύες [Ἐρινύες], αἵθ' ὑπὸ γαῖαν | ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. BRUNCK.

151. De Morsimo vide ad Eq. 401. BRUNCK.

152. τούτοισι κεἰ] τούτοις καὶ εἰ R. Scholiasta, τινὲς οὐ γράφουσι τὸν, νὴ τοὺς θεοὺς, στίχον, ἀλλ' ἀφαιροῦσιν αὐτὸν καὶ τὸν ἑξῆς οὕτω γράφουσιν, ἢ πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου. διὸ καὶ Ἀριστοφάνης παρατίθησι τὸ ἀντίσιγμα καὶ τὸ σίγμα.

153. Cinesias dithyrambicus seu κυκλίων χορῶν poeta, quem sæpe exagitat comicus. De eo videndus Perizonius ad Æl. V. H. 10, 6. et 3, 8. ubi docet πυρρίχην hic canticum notare, ad quod saltabatur. BRUNCK.

154. Virgil. Æn. 6, 638. Devenere locos lætos, et amœna vireta | Fortunatorum nemorum, sedesque beatas. | Largior hic campos æther et lumine vestit | Purpureo, solemque suum, sua sidera norunt. BRUNCK.

156. μυρρινῶνας] Myrtetorum fit mentio, quod myrti coronis redimirentur initiati, unde ab eorum choro dicitur στέφανος μύρτων v. 332. ubi schol. μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι. Quod itidem tangitur a Soph. schol. ad Œd. Col. 713. ὁ δὲ Ἴστρος τῆς Δήμητρος εἶναι στέμμα τὴν μυρρίνην καὶ τὴν σμίλακα. Item: καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὸν δᾳδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυρσίνης ἔχειν στέφανον. SPANH.

157. ἀνδρῶν γυναικῶν] Pro ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Nam Græci in hoc genere loquendi copulam fere omittere solent. Soph. Antig. 1093. ἀνδρῶν γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα. Lycophro Alex. 683. ἀνδρῶν γυναικῶν εἰδότα ξυνουσίας. KUST.

159. ὄνος ἄγων μυστήρια] Proverbium de illis, qui multo labore gravantur, inde ortum, quia tempore mysteriorum res ad illos ritus necessarias ope asinorum ex urbe portarent Eleusinem, ubi fiebant mysteria, ut docet schol. BERG. ἄγω R.

164. νὴ Δί] Legebatur νὴ Δία. Vid. ad Eq. 319.

169. μὴ 'χω] Legebatur μὴ εὕρω, crasin aliis aliter exprimentibus. Recepi commemoratam ab scholiasta lectionem μὴ 'χω, cujus interpretatio esse videtur μὴ εὕρω. Nam sæpe sic lo-

quuntur scholiastæ, velut ad Pluti v. 476. *ἵνα μὴ εὕρωσιν ἀνακῦψαι*. Apud Soph. Antig. 225. *πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις*, libri deteriores *εὗρον*.

170. *τιν' ἐκφέρουσι* Elmsleius. *τινες φέρουσι* A. R. aliique plurimi: pauci *τινες ἐκφέρουσι* cum Aldo.

175. *ἐὰν*] *ἵν' ἂν* V. aliique nonnulli. *ἵνα*, lectionem ab scholiasta memoratam, habet Vaticanus.

177. *ἀναβιῴην πάλιν*] Quum viventes dicant: *emoriar, dispeream*; si velint sibi maximum malum imprecari, iste mortuus contra, quasi maximum malum sibi imprecans dicit: *reviviscam denuo*. BERG.

180. *ὠὸπ παραβαλοῦ*] Charontis *ἐπιφώνημα* est, quo ripæ proximus vectorem, quem remigare cogit, jubet cymbam ripæ applicare. Vide infra ad 269. Hoc vero dum clamat, in ulteriori ripa est; postea solus cymbam reducit ad ripam in qua stat Bacchus. BRUNCK. Photius p. 380, 10. *παραβαλοῦ: παύου. κυρίως δὲ παραβάλλειν λέγεται τὸ παῦσαι τὴν κώπην τῆς εἰρεσίας.*

181. Verba *τουτὶ τί ἐστι*; Dionyso, cetera cum versibus sequentibus duobus Xanthiæ tribuunt editiones ante Brunckium. Correctum ex pluribus codicibus. Scholiasta, *τοῦτο λίμνη νὴ Δία: τοῦτο οἱ μὲν τὸν Διόνυσόν φασι λέγειν, οἱ δὲ τὸν Ξανθίαν.*

183. *κἄστι γ'*] *κἄστιν* pauci codices.

184. Scholiasta, *πιθανὸν ὑπονοεῖν τρεῖς τοῦτο λέγοντας ἀσπαζομένους τὸν Χάρωνα, Διόνυσον, Ξανθίαν καὶ τὸν νεκρόν.* Versum totum ex Achæi Æthone, dramate satyrico, sumptum esse idem annotavit ex Demetrio. Pronuntiabatur autem in fabula illa ab choro satyrorum.

186. *ἐς*] *εἰς* libri.

Λήθης πεδίον] Scholiasta, *τὸ Λήθης πεδίον Δίδυμός φησι χωρίον ἐν Ἅιδου διατετύπωκεν οὕτω λεγόμενον, ὡς καὶ τὸν Αὐαίνου λίθον* (v. 194.), *πλάσας ἀπὸ τοῦ τοὺς νεκροὺς αὐαίνεσθαι καὶ ἀλίβαντας εἶναι.*

ἢ 's] *ἢ εἰς* codex Baroccianus. Vid. ad Acharn. 242.

ὄνου πόκας] Photius p. 338, 8. *ὄνου πόκαι: ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ τῶν μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν.* Similiter explicant scholiastæ et parœmiographi.

187. *Κερβερίους*] A Cerbero nomen finxit gentis *Κερβερίων*, respiciens ad *Κιμμερίους* Homericos Odyss. λ, 14. *ἡ δ'* (*ἡ ναῦς*)

ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυρρόου Ὠκεανοῖο· ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε, ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. ubi a grammaticis quibusdam lectum fuisse Κερβερίων ab scholiastis et Etym. M. p. 513, 45, est annotatum: quod e loco comici ductum videri ait Eustathius. Vid. Hesychii interpretes s. v. Κερβέριοι.

Ταίναρον] Laconicæ promontorium, ubi putabatur esse descensus ad inferos. Virg. Georg. 4, 467. *Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.* BERG.

188. ποῖ Baroccianus, Vaticanus et Cantabrigienses duo. Vulgo ποῦ cum Suida in ποῦ σχήσειν. Theognis v. 65. a Berglero citatus, πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν οὐδέ τις οἶδε ποῖ σχήσειν μέλλει, χρήματος ἀρχομένου.

189. ἐς κόρακας Charonti, ὄντως Dionyso tribuit V.

Δία] δί R.

οὕνεκα A et sex alii. εἵνεκα vulgo et Suidas in σοῦ γ' εἵνεκα. ἕνεκα V, Baroccianus, Mutinensis.

190. ἔσβαινε δή Dionyso tribuit R.

ἔσβαινε R. εἴσβαινε V. Vulgo ἔμβαινε.

191. τὴν περὶ τῶν κρεῶν] Vetus glossa in cod. meo, τῶν νεκρῶν σωμάτων. Ea postmodo a librariis diversimode in textum invecta fuit. In D. [et Barocciano et Cantabrigiensibus duobus] textus verba sunt, τὴν περὶ τῶν νεκρῶν. Ibi partem illius glossæ pro genuina voce vides. In C. uno tenore scriptum in textu τὴν περὶ τῶν κρεῶν, σωμάτων, ubi altera pars glossæ versui addita. [In Vaticano νεκρῶν, superscripto κρεῶν.] Sincera lectio est τὴν περὶ τῶν κρεῶν, cujus acumen non adsecutus est auctor vetus expositionis Kustero probatæ: ἦσαν γὰρ οἱ δοῦλοι τότε ναυμαχήσαντες περὶ οὐδενὸς ἄλλου ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν, τουτέστι σωμάτων. Quod quidem, pace Kusteri dictum sit, est plane absurdum. Nam in omni prælio, qui pugnant, pro vita certant: tum aliud etiam servis propositum erat præmium, nempe libertas. Frigida est, quam alii comminiscuntur, allusio ad notum proverbium, ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει. [Ad quod respicit Plutarch. Mor. p. 1087 b.] Quis enim inde emergit sensus? *Servum non veho, nisi qui in pugna navali fortiter dimicavit.* Sed qui dignoscere poterat Charon, an servus *fortiter* dimicasset, necne? Sagacitatem eorum desidero, qui facetissimo comico ejusmodi sententias tribuunt, in quibus non

est mica salis. At vero salse hoc loco Atheniensium stultitiam perstringit, qui post commissam eodem anno, quo Ranæ editæ, celebrem ad Arginusas pugnam, ita se erga victoriæ auctores duces gesserunt, ac si non de imperio, sed tantum de cæsorum *carnibus*, seu cadaveribus sepeliendis, dimicatum fuisset. Idcirco pugnam illam *τὴν περὶ τῶν κρεῶν μάχην* appellat. BRUNCK. Scholiasta, *διάφοροι γραφαί. οἱ μὲν γὰρ κρεῶν, ὡς Ἀρίσταρχός φησιν, ἐπὶ τῶν σωμάτων λαμβάνεσθαι πολλάκις, καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Χρύσῃ, τοιοῦτος ὢν ἄρξει σὺ τοῦδε τοῦ κρέως. ἐνθάδε οὖν εἰ μὴ νεναυμάχηκε περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ.— ἕτεροι δέ φασιν αἰνίττεσθαι τὴν περὶ Ἀργινούσας ναυμαχίαν, ἣν διὰ τοὺς νεκροὺς ἠγωνίσαντο, τὴν δευτέραν γραφὴν (νεκρῶν) αἱρούμενοι.* Photius p. 177, 3. Κρέας: *τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐπανάρυμα· καὶ τὸ σῶμα· — τὴν περὶ τῶν κρεῶν: ὁ δὲ Ἰξύων γράφει τὴν περὶ τῶν νεκρῶν· τῶν ἐν Ἀργινούσαις ἀτάφων, ὑπὲρ ὧν ἀνῃρέθησαν οἱ στρατηγοί.* Apparet ex his lectionem antiquam *κρεῶν* esse, a grammaticis quibusdam in *νεκρῶν* mutatam, conjectura minine contemnenda.

193. *οὔκουν*] Libri *οὐκοῦν*.

κύκλῳ R. V, Baroccianus, Vaticanus aliique. Vulgo *τρέχων*. Scholiasta, *ἀντὶ δὲ τοῦ τρέχων γράφεται καὶ κύκλῳ*.

194. *ποῦ*] *ποῖ* V.

ἀναμενῶ] Potuit etiam *ἀναμένω* dici, modo subjunctivo.

παρὰ] *περὶ* Baroccianus.

194. *παρὰ τὸν Αὑαίνου λίθον*] Faceta ambiguitas est in his verbis. *Αὑαίνου* positum est tanquam nomen proprium cujusdam sic dicti lapidis; sed accipi potest pro imperativo verbi *αὑαίνομαι*. BRUNCK. Conf. ad v. 186.

195. *μανθάνεις*; Bene hæc quæstio in tribus codd. Baccho tributa: in A. persona non adscripta; sed vacuum relictum spatium. Bacchi intererat, non vero Charontis [cui vulgo et in R. tribuitur], Xanthiam percontari, an recte intellexisset, ubinam subsistere deberet herum opperiturus. BRUNCK.

197. *κάθιζ' ἐπὶ κώπην*] *Sede ad remum.* Schol. in D. *ἤγουν ἐπὶ τῷ μεταχειρίζεσθαι ταύτην· ὁ δὲ παρανοήσας ἐπάνω ταύτης ἐκάθισεν.* BRUNCK.

εἴ τις ἐπιπλεῖ] Emendo *εἴ τις ἔτι πλεῖ σπευδέτω·* i. e. *si quis adhuc navigaturus est, festinet.* Imitatur enim hic Charon morem nautarum, qui quum e portu soluturi sunt, clamore sublato hac

de re monere solent eos, quibus animus est ad eadem loca, quo navis illa tendit, proficisci. KUST. Recepi Kusteri emendationem.

199. *οἶπερ*] *οὗπερ* R. V. *οἶπερ* Joannes Alex. *τονικ. παραγγ.* p. 32, 13.

ἐκέλευσας] *ἐκέλευες* R. Aoristum habet Joannes Alex.

201. om. R.

202. *φλυαρήσεις*] Libri multi *φλυαρήσῃς*.

203. *κᾆτα*] Utitur hoc loco Apollonius Dyscolus in Bekkeri Anecd. p. 496, 11. ubi de hac particula agit.

204. *ἀσαλαμίνιος*] Id est qui non interfuerim pugnæ navali ad Salaminem.

206. *τίνων*] *τινῶν* R, qui hoc Charonti continuat.

208 *ὦ ὀπόπ ὦ ὀπόπ ὦ ὀπόπ* V. Omittit hunc versum R.

209. Ranarum chorus ex iisdem personis est compositus, qui postmodum chorum mystarum repræsentant. Recte scholiasta, *ταῦτα καλεῖται παραχορηγήματα, ἐπειδὴ οὐχ ὁρῶνται ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ βάτραχοι οὐδὲ ὁ χορὸς, ἀλλ' ἔσωθεν μιμοῦνται τοὺς βατράχους. ὁ δὲ ἀληθῶς χορὸς ἐκ τῶν εὐσεβῶν νεκρῶν συνέστηκεν.* Et ad v. 319. ubi chorus initiatorum prodit, *μετεβλήθη ὁ χορὸς εἰς μύστας*. Conf. ad Thesm. 104.

ΒΑΤΡΑΧΟΙ] Libri hic et infra ΧΟΡΟΣ.

209. *βρεκεκεκὲξ*] *βρεκεκὲξ* libri aliquot hic et infra: quam formam ponit Joannes Alex. *τονικ. παραγγ.* p. 38, 7. ubi de adverbiis in *ξ* exeuntibus agit. Et sic in fabula Æsopica 307. p. 125. ed. Fur.

210. om. V.

213. *φθεγξόμεθ'* V. et Cantabrig. unus.

214. *κοὰξ* ter V.

215. *Νυσήιον*] A Nysa urbe, in qua educatus fuit Bacchus. Non omisit hoc cognomen Ovidius Metam. 4, 13. ubi coacervat cognomina Bacchi. BERG. Nysium dicit non Dionysum Thracium, sed generali utitur dei illius epitheto, quo etiam Dionysus Lenæus designari poterat. Vid. Boeckh. in commentatione de Dionysiis in Actis Academ. Boruss. a. 1817. p. 108. 109.

216. *Διώνυσον* Hermannus. Libri *Διόνυσον*.

217. *Λίμναισιν*] Ludit in ambiguitate voc. *Λίμναι·* nam *λίμναι* et *lacus* sunt, quibus gaudent ranæ, et locus Athenis,

ubi erat templum antiquissimum Bacchi, ut dicit Demosth. c. Neær. [p. 1370. Reisk.]; Thucydides etiam testatur, ibi celebrata fuisse antiqua Dionysia 2, 15. *καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου (ἱερὸν), ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι.* BERG. Hoc dicunt, velle se jam nunc ubi Lenæa aguntur, id est mense Gamelione, in honorem Dionysi canere, quod alioqui Anthesterione demum mense, quo Chytri aguntur, facere solent. Vid. Boeckh. l. c. p. 85. *Λίμναις* lemma scholii.

ἀχήσαμεν] Legebatur *ἰαχήσαμεν*. Vid. ad Thesm. 327.

κραιπαλόκωμος] *κραιπαλαίκωμος* R.

218. *τοῖς ἱεροῖσι χύτροισι*] *ταῖς ἱεραῖσι χύτρῃσι* A. *τῆς ἱερῆς χύτρῃσι* Barroccianus.

221. *δέ γ'*] *δ'* V.

222. Post hunc versum insertum legebatur XO. *βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ*, quæ recte omittunt V, Baroccianus et Cantabrig. primus.

226. 227. *κοάξ* duplicatum R, Barocc. et Cantabr. primus.

228. *γ'* R. V. *ἔγωγ'* vulgo. *σύ γ'* Vaticanus et pauci alii.

230. *κεροβάτας*] Photius p. 158, 5. *κεροβάτας: ὁ Πὰν, ὅτι κέρατα ἔχει ἢ κερατίνας βάσεις.* Sic recte explicuit Didymus ab scholiasta memoratus.

233. *δόνακος, ὃν ὑπολύριον*] Huc respexit Pollux 4, 62. *καὶ δόνακα δὲ ὑπολύριον οἱ κωμικοί, ὡς πάλαι ἀντὶ κεράτων ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις.* Item Hesych. *δόνακα ὑπολύριον: πάλαι γὰρ ταῖς λύραις κάλαμος ἀντὶ κέρατος ὑπετίθετο.* Suppositus ille lyræ fidibus calamus eumdem præstabat usum, quem in instrumentis, quæ hodie chordis instruuntur, pars illa quam vocant *le chevalet*. Hujus loci meminit Eustath. ad Hom. p. 1165, 23. cujus verba haud inutile erit proferre. *δόνακες διαφέρουσι καλάμων, ὅτι λεπτότατος μὲν ὁ δόναξ, ἁδρὸς δὲ ὁ κάλαμος. καὶ ὁ μὲν δόναξ ὡς ἐπὶ πολὺ ποτάμιος, οὐ μὴν καὶ ὁ κάλαμος. καὶ δόναξ μὲν συρικταῖς χρήσιμος, κάλαμος δὲ αὐληταῖς, ὅθεν καί τις φαύλως αὐλῶν ὀλεσιαυλοκάλαμος ἐσκώφθη. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν ὡς δόναξ ἐπιλύριον, ἐπάγει· τὸ γὰρ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον (ταῖς λύραις). ἐμφαίνει δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ κωμικὸς ἐν Βατράχοις, ὑπολύριον εἰπὼν δόνακα.* Hinc corrigenda Pollucis verba, ubi perperam legitur *κεράτων* [pro *κέρατος*, ut

Eust.]. Nam aliud quid in lyra erant *κέρατα*, *manubria*, *brachia*, quæ *πήχεις* appellabantur: *ὑπόλυριον* autem, sive e calamo sive esset e cornu, vocabatur *μαγάδιον*. V. Luciani intpp. ad dial. Apoll. et Vulc. p. 222. BRUNCK.

234. *ἔνυδρον*] Eurip. Hel. 355. *τὸν ὑδρόεντα* (corrig. *ὑδρόεντι*) *δόνακι χλωρὸν Εὐρώταν*.

241. *φθεγξόμεσθ'* R. Vulgo *φθεγξόμεθ'*.

242. *εὐηλίοις*] Quod ranæ hic dicuntur, lucente sole seu *apricis diebus*, e palude Limnæa ad terram per *cyperum* et *phleon*, nascentes ibi plantas, transiisse, egregie illustrat Theophrasti locus H. Pl. 6, 5. ubi de *φλέῳ* ait: *παρὰ τὰ ἄστη καὶ ἐν εὐηλίοις τόποις φυομένη*. Alibi vero H. Pl. 4, 11. quæ hic apud Comicum junguntur, *κύπειρος καὶ φλέως*, nasci dicuntur in palude Orchomenia. SPANH.

243 *ἡλάμεσθα*] *ἡλάμεθα* R. V.

244. *φλέω*] *φλεὼ* R. *φλέως* A. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 294.

245. *ἐν* addidit Hermannus.

πολυκολύμβοισι R. V. et Suidas in *φλέω*. Vulgo *πολυκολύμβοις*.

250. Dionyso dat V.

251. *τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω*] Scholiasta, *τοῦτο ἀφ' ὑμῶν λαμβάνω, ὅ ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἀφαιροῦμαι, ἵνα μὴ λέγητε τὸ κοάξ*. Hoc sensu dici non poterat *λαμβάνω*. Minabundus hæc dicit Dionysus, ranas clamore se victurum esse indicans: quod revera efficit v. 268. Recte igitur alius scholiasta, *τὸ λέγειν βρεκεκεκὲξ παρ' ὑμῶν ἔμαθον*.

252. *δεινά τἄρα*] *δεινά γ' ἄρα* vulgo. *δεινὰ γὰρ* R. Correxi ex V, qui *δεινά τ' αρα*. Post *πεισόμεσθα* in A. illata est annotatio scholiastæ, *εἰ σιγήσομεν*.

259. *ἡ φάρυγξ*] *ἡ φάρυξ* R. V. et V. infra v. 571: quæ forma ex casibus obliquis *φάρυγος φάρυγι φάρυγα* cognita est, qua poetæ interdum utuntur, et Aristophanes ipse fragm. 515. *ὁ φάρυγξ* D. et Vaticanus. Vide Thom. M. p. 570.

261. Dionyso dat R.

262. *τούτῳ*] *τοῦτο* R.

νικήσετε] *με* addit Baroccianus.

263. *σὺ*] *γε* (superscr. *σὺ*) R. *γε σὺ* Baroccianus.

264. οὐδέποτε] Legebatur οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δή με (δή om. R.V.A. Baroccianus, γ' ἐμὲ exhibentes). οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμ' οὐδεπώποτε. Abjeci scholiastarum supplementa.

265. δῇ] Vulgo δεῖ. δέῃ A. Correxi jam in prima hujus fabulæ editione ex libris Ravennate et Veneto monuique formam subjunctivi monosyllabam etiam aliis comicorum versibus esse restituendam, quibus synizesis adhiberi nequit, velut Aristoph. Plut. 216. Philetæri apud Athen. 10. p. 416 f. Menandri apud Plut. Vit. Alex. c. 17. apud Stob. Floril. 15, 5. Antiquissimum hujus contractionis exemplum est δῆσεν in Iliad. σ, 100. ἔφθιτ', ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Sophron apud Athenæum 7. p. 306 d. ἁ δὲ γαστὴρ ὑμέων καρχαρίας, ὄκκα τινὸς δῆσθε. δῇ pro δεῖ male scriptum in R. Equit. v. 963. 964.

266. τοῦ D.E. et Cantabrig. secundus. τὸ R.V, Barocc. Mut. Cantabrig. primus. Vulgo τῷ. κοάξ bis ponit V.

267. om. Baroccianus. Vulgo hic versus choro tribuitur. Correxi ex V. aliisque nonnullis.

268. Hæc post pausam aliquam ab Dionyso dici recte monet scholiasta.

270. τὸ Baroccianus, Cantabrig. primus, Harl. τὸν Suidas in ναῦλος.

τὠβολώ] Vid. ad v. 141.

271. ἢ Ξανθίας] ἢ ποῦ ξανθίας R. ἢ ξανθία V.

275. οὓς ἔλεγεν] Nempe v. 149. Hercules. BERG.

276. καὶ νυνί γ' ὁρῶ] Spectatores intelligit. Nub. 1092. καὶ τῶν θεατῶν ὁπότεροι πλείους, σκόπει; deinde alter: καὶ δὴ σκοπῶ· post prior: τί δῆθ' ὁρᾷς; alter πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεοὺς, τοὺς εὐρυπρώκτους. Infra etiam Ran. 783. spectatores intelligit, quum dicit *paucos esse bonos apud inferos*, ὥσπερ ἐνθάδε. BERG. καὶ νυνὶ δ' ὁρῶ V.

277. νῷν] νοὶ V. Hoc est νώ.

278. οὗ τὰ θηρία] Nempe v. 143. BERG.

281. φιλοτιμούμενος] φιλότιμον γένος V.

286. 'στιν C. E. Vulgo 'στ'. Verbum om. A. D. R. V. Mut. Vat.

ἐξόπισθεν R. et Baroccianus. 'ξόπισθεν D. V. et Vat. Vulgo ὄπισθεν.

ἐξόπισθ' ἴθι] Legebatur *ἐξόπισθε νῦν. ἐξόπισθεν αὖ* V. *ἐξόπισθεν*, omisso *νῦν* vel *αὖ*, R.

290. *ποτὲ—ποτὲ* A. V. Barocc. Mut. *τοτὲ—τοτὲ* vulgo. *ποτὲ —τοτὲ* D.

γε om. Ald. et aliquot codices.

δὲ A. *δ' αὖ* vulgo: quod revocandum.

293. *Ἔμπουσα*] *ἔμπουσσα* V. hic et v. 305.

τοίνυν] *γ'* addunt libri plures.

294. *καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει;*] Personarum distinctionem exhibui qui est in A, nisi quod versu abhinc secundo verba *σάφ' ἴσθι*, quæ in illis Baccho tribuuntur, Xanthiæ continuavi, manifestæ sententiæ ductu. Postquam primo suspicatus est Bacchus spectrum, cujus meminerat Xanthias, Empusam esse, et hic quædam addidit suspicioni illi augendæ idonea, quo certior fiat, ex notis illius larvæ signis percontatur, *num crus æreum habeat:* cui respondet famulus: *ita mehercle, et alterum asininum; certo hoc scias.* Nemo erit, opinor, qui lubens non agnoscat sic multo melius quam vulgo divisas esse loquendi vices. BRUNCK. Recte omnia Brunckius, nisi quod signum interrogandi post *ἔχει* posuit.

295. *βολίτινον*] *βότινον* vitiose scriptum apud Antiattic. in Bekkeri Anecd. p. 86, 8. *βολίτινον* Athen. 13. p. 566 e. Etym. M. p. 204, 29.

296. *ἱερεῦ, διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης*] Recte hunc versum interpretantur veteres critici, quibus inter dramatis hujus personas non magis accensebatur *Sacerdos*, quam *Empusa.* Histrio qui Bacchum agebat, hunc versum proferens ad Liberi sacerdotem se convertebat, cui ob dignitatis prærogativam in Liberalium celebratione sedes erat in theatri loco maxime conspicuo: alluditur autem ad morem superstitiosorum hominum qui, si in summas adducantur angustias, ad sacerdotes confugiunt, ut eorum precibus solvantur infortunio. At librarius aliquis quum arbitratus fuisset ista ad Sacerdotem dici cujus partes in fabula essent, noluit eum in scena tanquam stipitem stare, nihil proloquentem, eique verba tribuit *ἀπολούμεθ', ὦ 'ναξ Ἡράκλεις* et *Διόνυσε τοίνυν*, quæ ex auctoritate codicum C. E. Xanthiæ restitui. In A. etiam posteriora verba famulo tributa, priora tantum Sacerdoti, cujus persona utrisque præfixa est in D. Sacerdotis personam jam sustulerat

Zanettus, cujus in editione utraque *ῥῆσις* famulo tributa, ut in nostra. BRUNCK.

298. *μ'* in proximum versum transferunt libri et scholiasta. *δ'* in fine trimetri legitur Av. 1716. Eccles. 351. et sæpius apud Sophoclem.

300. *τοῦτ' ἔθ'*] *τοῦτο δέ γ'* vulgo. *τοῦτό γ'* R. V. *τοῦτό γ' ἔθ'* A. D. et Cantabrig. secundus. *τοῦτο δ' ἔσθ'* Baroccianus. *τοῦτό γ' ἔσθ'* tres alii.

301. *ἧπερ*] *οἷπερ* libri pauci. Lysistr. 834. comparavit Brunckius, *ἴθ' ὀρθὴν ἥνπερ ἔρχει τὴν ὁδόν.*

302. *πάντ' ἀγαθὰ*] *πάντα τἀγαθὰ* Ald. et codices aliquot.

πεπράγαμεν] Glossa ad *πεπράγαμεν, ἐπάθομεν. πάντ' ἀγαθὰ πράττειν*, *summe felicem esse* significat. Av. 1706. *ὦ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες, ὦ μεῖζω λόγου.* ibid. 800. *εἶτ' ἐξ οὐδένος μεγάλα πράττει.* Usum istum verbi *πράττειν* sensu *τοῦ πάσχειν* illustravit Kusterus ad Pluti v. 341. *χρηστόν τι πράττων.* BRUNCK.

304. Versus est ex Eurip. Or. 281. ubi Orestes quum e furore ad se redire incipit, ait: *ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.* Qui Orestem agebat Hegelochus, quum *γαληνα ὁρω* pronuntiare debuisset, sed ita raptim, ut ultima vocalis in *γαληνὰ* perciperetur quidem auditorum auribus, nullum tamen senarii numeris adderet momentum, quæ ratio videtur fuisse tragicos versus pronuntiandi, nulla elisa vocali vel diphthongo; ille sive deficiente spiritu, sive nescio quo alio casu pronuntiavit *γαλῆν ὁρῶ*, unde spectatores intelligere debuerunt eum *mustelam videre.* Quæ res multis illius ætatis comicis facete jocandi occasionem dedit. Vide utriusque poetæ scholiastas et Marklandum ad Eurip. Suppl. 901. BRUNCK. qui *γαλῆν* scripsit. *γαλὴν* R.

305. *νὴ τὸν Δία*] *νὴ Δία* Ald. Correctum ex R. V, Barocciano et Cantabrig. utroque.

306. Versus in libris aliquot omissus.

307. *ὠχρίασ'*] *ὠχρίωσ'* Ald. et codices aliquot.

308. Hunc versum Xanthiæ recte tribuit Aristarchus.

ὁδὶ] *ὁ* R.

μου] *σου* R. *μοι* Barocc. et Cantabrig. uterque.

309. *τὰ κακὰ ταυτὶ* libri plurimi et optimi: *ταυτὶ τὰ κακὰ* Ald. et pauci codices.

προσέπεσεν] προσέπτατο (γρ. προσέμπεσε) V. Quo non abutendum est ad conjecturam olim ab me ipso excogitatam οἴμοι, πόθεν ταυτὶ τὰ κακὰ προσέπτατο, comparatis tragicorum locis, Æschyli Prometh. 644. Sophoclis Ajac. 282. Euripidis Alcest. 421.

310. αἰτιάσωμαι] Legebatur αἰτιάσομαι.

311. Hunc versum Baccho recte continuant tres codd. Solus D. [et R.] ut impressi, eum Xanthiæ tribuit. BRUNCK. Respicit Dionysus ad v. 100.

312. Personas distinxi ad trium codd. fidem, qui Xanthiæ tribuunt, quæ perperam editores in Bacchi transtulerunt partes, et vice versa. Error inde ortus est, quod in quibusdam exemplaribus v. 311. Xanthiæ tributus fuerit, ut in D. unde perturbatæ fuerunt in sequentibus personæ. Nihilominus in D. ante οὗτος prefixa Xanthiæ persona, [in R. οὗτος Dionyso, τίς ἐστιν Xanthiæ datum.] quia parepigraphen αὐλεῖ τις ἔνδον [ἔνδοθεν R. V, Barocc. et schol.] librarius in versuum serie scripsit, tanquam si verba illa pars fabulæ essent, et ab actore aliquo proferri debuissent, quæ Baccho tribuit: sequentia autem personis sic divisit:

ΞΑΝΘΙΑΣ. οὗτος, τί ἐστιν;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ. οὐ κατήκουσας;
ΞΑΝΘΙΑΣ. τίνος;
ΔΙΟΝΥΣΟΣ. αὐλῶν πνοῆς.
ΞΑΝΘΙΑΣ. ἔγωγε, καὶ δᾴδων γέ με αὖρα γέ τις εἰσέπνευσε—

Non eadem in primariis editionibus personarum distinctio, quæ in recentioribus; sed editionum varietates operæ pretium non est enotare, ubi meliora ex integrioris fidei codicibus proferimus. BRUNCK.

315. ἠρεμὶ recte a prima manu Ravennas. Vulgo ἠρεμεὶ, quod ἠρεμεῖ scriptum ab correctore habet Ravennas. Alii pauci ἠρέμα. ἠρεμεὶ, hoc ipso loco allato, scribi jubet grammaticus recentissimus in Boissonadii Anecd. vol. 1. p. 405. qui ne ἀμισθεὶ quidem improbat. Simili forma adverbium est ἀτρεμί, de quo dixi ad Nub. 261.

316. Ἴακχε] Bacchum in mysteriis Eleusiniis dictum Ἴακχον docet Strabo 10. p. 468. SPANH. Strabonis verba sunt, οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες οἱ πλεῖστοι τῷ Διονύσῳ προσέθεσαν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἑκάτῃ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ τῇ Δήμητρι καὶ Διὶ

τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν καὶ τὸ βακχικὸν καὶ τὸ χορικὸν καὶ τὸ περὶ τὰς τελετὰς μυστικὸν, Ἴακχόν τε καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι καὶ τὸν ἀρχηγέτην τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος δαίμονα. Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 821.

318. ἐκεῖν' ὦ R. Vulgo ἐκεῖνο.

320. ᾄδουσι γοῦν A. R. aliique et Suidas in Ἴακχος. ᾄδουσιν οὖν Ald. et pars codicum. ἄγουσι γοῦν D.

ὅνπερ] ὥσπερ Suidas.

Διαγόρας] Diagoram quem dicat jam ab veteribus grammaticis dubitatum esse narrant scholiastæ. Alii enim Diagoram Melium atheum intellexerunt, de quo vid. Av. 1073, alii dithyramborum poetam, συνεχῶς Ἴακχε Ἴακχε ᾄδοντα, quod interpretum est commentum e loco Aristophanis ductum, alii virum quendam propter corporis proceritatem derisum ab Hermippo. De Diagora Melio dictum accepit Aristarchus, interpretatione usus parum probabili, Diagoram memorari οὐχ ὡς ᾄδοντα τοὺς θεοὺς, ἀλλ' ἐν εἰρωνείᾳ κειμένου τοῦ λόγου ὡς χλευάζοντα. Longe diversa Apollodori Tarsensis fuit sententia, qui quod scriptum erat in libris ΔΙΑΓΟΡΑΣ pro δι' ἀγορᾶς accepit. οἱ δὲ, inquit scholiasta, τὸ δι' ἀγορᾶς περισπῶσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ὁ Ταρσεὺς, καί φασιν Ἴακχον λέγειν ὃν ἄδουσι διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντες εἰς Ἐλευσῖνα. et Hesychius, Διαγόρας: Διόδωρος (corrig. Ἀπολλόδωρος) ὁ Ταρσεὺς ἀναγινώσκει περισπῶν δι' ἀγορᾶς, διὰ τὸ τοὺς μύστας βακχάζειν, τουτέστιν ᾄδειν τὸν Ἴακχον δι' ἀγορῶν βαδίζοντας. δι' ἀγορᾶς (γρ. διαγόρας) V.

321. τοίνυν] τοίνυν γ' aliquot codd. et Ald.

322. ἐστιν, ὡς] ἔσθ' ἕως V. ἔσθ' ὡς Mut.

σαφῶς] σαφές Mut. Vat.

324. πολυτίμητ' Reisigius Conject. p. 299. Legebatur πολυτιμήτοις. ἐν addidi ex R. V. Barocc. et Cantabrig. utroque.

327. θιασώτας] θιασσώτας R.

328. τινάσσων] Etiam bacchantes caput quatiebant. Eurip. Bacch. 185. ποῖ δεῖ χορεύειν — καὶ κρᾶτα σεῖσαι; BERG.

329. περὶ R. V. Legebatur ἀμφὶ, consentiente Eustathio p. 1715, 62. ἐπὶ idem p. 701, 2.

331. θρασεῖ] θαρσεῖ R. θύρσωι V.

ἐγκατακρούων] Infra 374. ἐγκρούων itidem de saltatione. BERG.

332. τὰν—τιμὰν] τὴν—τιμὴν R. Barocc. Cantabrig. uterque.

336. ἁγνὰν Brunckii editio, consentientibus fortasse V. et Mut. ἁγνὴν R. et edd. ante Brunckium.

336. ὁσίοις] ὁσίοισι Cantabrig. primus.

μύσταις] μύσταισι R.V. Barocc. Cantabrig. uterque.

337. κόρη] κόρα Cantabrig. uterque.

338. χοιρείων κρεῶν] Scholiasta, θύουσι γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις τοῦ Διονύσου καὶ τῆς Δήμητρος τὸν χοῖρον διότι λυμαντικός ἐστιν ἀμφοτέρων. "unde in Acharn. 747. χοιρία μυστηρικὰ dicuntur, "et Pac. 373. ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· δεῖ "γάρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι." SPANH.

340. Legebatur ἔγειρε φλογέας λαμπά- | δας ἐν χερσὶ γὰρ ἥκεις | τινάσσων—. γὰρ ἥκεις (γὰρ ἥκει R.V.) delevit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 501. Eo servato correctores quidam metrici τινάσσων ejecerunt. Scholiasta novitius Musuri, ἐν δέ τισιν ἐκλέλοιπε τὸ τινάσσων. Abest a Cantabrig. secundo, adscripto τὸ τινάσσων ἐξεβλήθη ὑπ' ἐμοῦ, quomodo Triclinius loqui solet.

344. φέγγεται] φλέγεται A.D.V. Vat.

346. ἀποσείονται] ἀποσείεται Ald. et aliquot codd.

347. χρονίους τ' ἐτῶν παλαιῶν R.V. Aliorum librorum lectiones sunt χρονίων τ' ἐτῶν παλαιοὺς (ut Ald.), χρονίων ἐτῶν παλαιούς τ', χρόνους τ' ἐτῶν παλαιούς. ἐτῶν ἐνιαυτοὺς ex hoc loco affert Eustathius p. 191. et ἐτῶν χρονίους ἐνιαυτοὺς p. 1384, 63.

349. τιμᾶς] τιμῆς R. Ald.

350. λαμπάδι] λαμπάσι Barocc.

φέγγων Bothius. Libri φλέγων.

352. ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν] ἔξαγε πάνθηρον edd. ante Brunckium. Correctum ex codicibus. Utramque scripturam novit scholiasta.

353. χοροποιὸν] χαροποιὸν A. D. Vat.

355. γνώμῃ] γνώμην libri aliquot. γνώμῃ Plutarch. Mor. p. 349 b. γλώσσῃ ibid. p. 348 d.

καθαρεύει D. (et V?) cum Plutarcho. καθαρεύοι libri reliqui cum Suida in ἐξίστασθαι.

356. εἶδεν] Libri aliquot οἶδε, alii ἴδε, Ald. ἴδε πω.

357. Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου] Bacchi epitheton est ταυροφάγος, ut testatur Hesych. Suid. et schol. [qui Sophoclis ex Ty-

rone verba affert *Διονύσου τοῦ ταυροφάγου.*] tribuit autem Bacchi epitheton Cratino tanquam vinoso et quasi alteri Baccho. Hinc etiam dicit *βακχεῖα Κρατίνου* pro *βακχεῖα Διονύσου.* De Cratini vinolentia v. ad Pac. 700. *μηδὲ—βακχεῖ' ἐτελέσθη,* una voce *ἀβάκχευτος.* Eurip. Bacch. 472. *ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.* BERG. *ταυροφάγος* quo significatu dicatur, dubitarunt grammatici veteres, de quibus vid. schol.

361. *χειμαζομένης*] Afflictæ. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 387, 388.

362. *τἀπόρρητ'*] *ἀπόρρητα* Atheniensibus dicta in genere, quæcunque lege erant prohibita, quod tradit Harpocr., et quidem nominatim, quæ nec Athenas importare, nec inde, ut h. l. exportare licuit; aut de arcanis reipublicæ hostibus non prodendis. Prioris generis tanguntur hic a comico *lora, lintea, pix;* quod nempe merces essent ad usum navium requisitæ, qualia Athenis exportare vetabatur. Quomodo Eq. 278. a Cleone dicitur: *τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ δείκνυμι καὶ φήμ' ἐξάγειν ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα* (*cibaria*); nempe, juxta schol., quæ navibus necessaria ligna, ceram, picem, quæque quum proprie *ὑποζώματα* dicerentur, comice hic tamquam facto ad coquum sermone *ζωμεύματα* s. *juscula* dicuntur. Quamquam Hesych. utramque vocem pro eadem sumit, *ζωμεύματα, ὑποζώματα, σχοινία μέσην τὴν ναῦν δεσμευόμενα.* Cleoni vero mox regerit ibidem Demosthenes 282.: *Νὴ Δί' ἐξαγαγών γε τἀπόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας καὶ τέμαχος.* Posterioris vero generis *ἀπόρρητα* s. *arcana reipubl.* hostibus prodita tangit comicus Thesm. 370. *τἀπόρρητά τε τοῖσιν ἐχθροῖς ἡμετέροις λέγουσιν.* Qua de re in commentariis Sopatri ad Hermog. legitur p. 277. *προδοσίᾳ δὲ καὶ ἐκφορᾷ τῶν ἀπορρήτων κοινὸν μὲν καὶ καθ' ἑνὸς ἀδίκημα· ὅσον γὰρ ἐπί σοι, τὴν πόλιν ἀπολώλεκας προδοῦσα τὰ ἀπόρρητα.* Dein: *εἷλον γὰρ αὐτὴν οἱ πολέμιοι, μαθόντες τὰ ἀπόρρητα.* Dicta etiam quandoque ab Atticis *ἀπόρρητα* de *arcanis*, non, quæ hostibus prodita, sed, quæ ad salutem et commoda urbis senatui sunt declarata, ut ab Andoc. Or. 2. p. 250. *εἰσαγγείλαντός μου ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλὴν περὶ τῶν πραγμάτων.* SPANH.

363. *ἐξ Αἰγίνης*] Unde facilis erat ad Peloponnesios, Atheniensium tum hostes, importatio.

Θωρυκίων] De Thorycione hariolantur scholiastæ. Ex verbis

poetæ tantum liquet, invisum præ ceteris τελώνην fuisse. ὢν om. R.

εἰκοστολόγος] Pollux 6, 128. recenset inter ὀνόματα ἐπονείδιστα. Apparet autem ex eodem 9, 29. ita vocatos fuisse publicanorum quoddam genus, qui vicesimam quandam colligerent. DUCK. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 165.

364. ἀσκώματα] Glossa δέρματα. V. Schefferum de militia navali p. 139. BRUNCK. Et Hesychii interpretes.

365. τινὰ πείθει] πείθει τινὰ Barocc. ἀναπείθει Vat.

366. κατατιλᾷ τῶν Ἑκαταίων] Schol. dicit Cinesiam hic intelligi, qui contumelia affecerit statuas Hecatæ: iste in Av. 1403. dicit se esse κυκλιοδιδάσκαλον, ubi schol., ἀντὶ τοῦ διθυραμβοποιόν. De impietate ejus erga deos videri potest Harpocr. in Κινησίας. Potest autem verbum κατατιλᾶν accipi pro, *contemnere*, ut καταπαρδεῖν non semel ap. comicum. Sed videtur Cinesias re ipsa percacasse simulacrum aut potius sacellum aliquod Hecatæ, qualia vulgo ante ædes erant sita: hinc etiam schol. ad v. 153. de eo dicit: δοκεῖ δὲ κατησχημονηκέναι τοῦ τῆς Ἑκάτης ἀγάλματος· quo etiam alludere videtur comicus Eccl. 330. τί τοῦτό σοι τὸ πυρρόν ἐστιν; οὔ τί που Κινησίας σοῦ κατατετίληκεν; BERG.

κυκλίοισι χοροῖσιν] Qui sint κύκλιοι χοροὶ, v. ap. schol. ad Nub. 311. et 332. et Spanh. ad Call. h. in Dian. 267. Quod autem hic cyclicos choros memorat poeta, id etiam convenit Cinesiæ, qui κυκλιοδιδάσκαλος dicitur Av. 1403. ab Arist., et κυκλίων χορῶν διδάσκαλος a schol. Nub. 332. DUCK.

ὑπᾴδων] ἐπᾴδων R. C. D. E. et scholiasta ad v. 153. Male. Vid. v. 874.

367. Agyrrhium intelligit, de quo scholiastes ad Conc. 102. καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν συνέτεμε. BRUNCK. Vid. annot. ad scholia.

371. Edd. ante Brunckium, τούτοισιν ἀπαυδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις μάλ' ἀπαυδῶ. Correctum ex Gellio, in præfat. Noct. Att. p. 11. abs quo R.V. et Suidas v. ἀπαυδῶ eo discrepant, quod τούτοις ἀπαυδῶ habent. Parisinorum librorum varietatem lectionis non annotavit Brunckius. τούτοις ἀπ. κα. ἀπ. καὖθις τρίτον ἀπαυδῶ Cantabrig. secundus. τούτοις ἀ. κ. ἀ. καὖθις τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ Harl. τρίτον ex libro Vaticano memorat Kusterus.

372. νυν] νῦν Baroccianus. Codices reliqui et Ald. δὴ νῦν.

373. ἐς] εἰς libri.

κόλπους] Libri aliquot τόπους.

374. λειμώνων] τῶν καθ' ᾄδου λειμώνων Brunckius tacite, ex uno alterove codice. Nam sic margo V, Mut. et ed. Juntina a. 1515.

375. κἀπισκώπτων R.V. Legebatur καὶ σκώπτων.

376. ἠρίστηται] Intelligendum de sacris epulis. BECK.

377. ἀρεῖς Scaliger. αἱρεῖς Ald. αἵρεις R.D. αἱρήσεις V. Alii αἴρῃς, unus αἴροις. Grammat. in Bekkeri Anecd. p. 359, 22. αἱρεῖς: δοξάζεις, ἡγῇ.

378. Σώτειραν] Minervam, ut monet scholiasta. Conf. Hesych. in σώτειρα.

380. σώζειν] σώσει V. Scribendum fortasse σώσειν.

381. Θωρυκίων] Nam iste hostibus favebat. Vid. v. 363. BERG.

382. ἡμιχ. ἡ ἱερεὺς R.

383. Δήμητρα] δήμητραν V.

ζαθέαις] Scribendum ζαθέοις cum R. et Barocc.

384. In A præfixum ἡμιχ.

389. γέλοια—σπουδαῖα] Plato Conviv. p. 197. τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον δύναμαι, μετέχων. Quam jocis seria admiscendi rationem tangit Plato de Leg. 7. p. 816. ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατὸν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι. SPANH.

394. Nulla persona præfixa huic versui in codd. In Aldina ἡμιχ. BRUNCK.

ἄγ'] ἀλλ' Bentleius, recte, ut videtur, quum in antistropho χωρεῖτε legatur. In Plut. 316. ἀλλ' εἶα, ubi V. ἄγ' εἶα.

395. νῦν R.V. Barocc. Vulgo νῦν γε.

398. et seqq. Scholiasta, μεμιγμένως λέγει τὰ μὲν πρὸς τὸν Ζαγρέα Ἴακχον, τὰ δὲ πρὸς τὸν Διόνυσον.

402. Persona in A.D. μέρος χοροῦ. In duobus reliquis ἡμίχορος. Vulgo hæc alteri semichoro continuantur. Codices omnes v. 408. rursus præfixam habent semichori personam. BRUNCK.

404. κατεσχίσω] Scholiasta, ἴσον τῷ διὰ σὲ κατεσχίσθη. καταςχίσω R.

405. εὐτελείᾳ] εὐτελίαι R.V. Male scholiasta interpretatur

εὐδαιμονίᾳ. Recte Lobeck. Aglaoph. p. 1036. operosi cultus urbanæque munditiæ contemtum intelligit.

τόν τε Bentleius. Libri τόνδε τόν.

406. κἀξεῦρες R. Vulgo κἄξευρες.

409. Διο. præfixum in Cantabrig. secundo.

412. παραρραγέντος] διαρραγέντος R.

προκύψαν] Scrib. προκῦψαν.

414. Nulla personæ nota præfixa in editionibus Aldina et Juntina prima: Xanthiæ in Juntina secunda et R.V. aliisque, ut videtur, codicibus. Ego Dionyso tribui. μετ' αὐτῆς delendum, quæ Beckii conjectura fuit, nisi, quod mihi probabilius videtur, in fine versus proximi tres syllabæ exciderunt.

κἄγωγε πρός Xanthiæ tribui: vulgo Dionyso tribuitur. Scholiasta, τοῦτό τινες Διονύσου φασὶ μεταξὺ παρεμβαλόντος εἶναι. Ex quo colligi potest in libro scholiastæ non Dionysi, sed Xanthiæ personam notatam fuisse.

418. φράτορας] Præter exspectationem pro φραστῆρας. Vide Suidam in φραστῆρες, et Meursium Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Confer not. ad Av. 1669. Archedemus, de quo hic agitur, Erasinidis accusator fuit. Vide Xenoph. Hellen. 1, 7, 1. BRUNCK. Scribendum φράτερας. Vid. ad Eq. 255.

420. ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι] Loquitur ex sententia mortuorum, quasi apud inferos demum sint vivi, apud superos autem, sive in terris, mortui. BERG.

421. τὰ πρῶτα] Lucian. in Timone c. 55. ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα (primarius). Gorgias Encom. Hel. [p. 92. ed. Reisk.] ὅτι μὲν οὖν φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ γυνὴ περὶ ἧς ὁ λόγος, οὐκ ἄδηλον οὐδ' ὀλίγοις. Heliod. 10. p. 472. οὐ γὰρ ἐγχωρίους μόνον ἀλλὰ καὶ γένους τοῦ βασιλείου τὰ πρῶτα καὶ ἐγγύτατα. Eurip. Or. 1247. Μυκηνίδες, ὦ φίλαι, τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγικὸν ἕδος Ἀργείων. Theocr. Id. 15, 142. paullo aliter idem dicit: Οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί. Lucret. 1, 86. *ductores Danaum delecti, prima virorum.* BERG. V. quæ de hac formula notavi ad Eurip. Or. 1251. BRUNCK.

422. τὸν Κλεισθένη] In tribus codd. [et R.V, superscripto in V. τὸν καλλίαν] scriptum τὸν Κλεισθένους. In D. τὸν Κλεισθένην, et superscripta glossa τὸν Καλλίαν, quæ ad alteram lectionem referri videtur: sed mendosa illa est, falsaque ejus inter-

pretatio. [τὸν κλεισθένην Barocc.] Sermo est de Clisthene illo cinædo toties a comico exagitato, qui fingitur hic amico cuidam suo in monumentis parentare; sed alio sensu ista accipienda sunt, quod docent etiam veteres critici. Ad hunc locum respicit Theocr. Schol. ad Idyll. 5, 43. ubi perperam Cleonem nominat pro Clisthene. BRUNCK.

425. κἀκόπτετ' Glossæ: κόπτομαι *plango*. In Lysistr. 399. ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν. BERG.

426. κἄκλαε A. D. R. V. Vulgo κἄκλαιε.

κἀκεκράγει] καὶ κεκράγει R.V.

Σεβῖνον] Perperam in A. Σεβῖνος. [σέβεινον R.] Pagus erat Atticæ, Ἀνάφλυστος dictus, de quo vid. Meursius. Sed ut fictum est viri nomen Σεβῖνος, a βινεῖν deductum, sic in gentili nomine allusio est ad obscœnum verbum ἀναφλᾶν. Idem jocus est in Conc. 979. BRUNCK.

ἀναφλύστιος] Libri Ἀναφλύστιος.

429. τοῦτον C. E. Vulgo τουτονί. "Vim hujus pronominis "declarat glossa in D, ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι." BRUNCK.

Ἱπποβίνου] Hipponici, patris Calliæ nomen (vid. Av. 283.), in sensum obscenum detortum. Vid. schol.

430. κύσθου] Eustathius p. 746, 16. ἡ παρὰ τῷ κωμικῷ κύσθου ἢ κύσου λεοντῆ· κύθου Mut. corr.

432. Πλούτων'] Libri multi Πλούτων.

437. αἶροι'] αἶροις Ald.

ὦ R.V. Barocc. Cantabrig. primus, Vat. αὖ γε vulgo.

παῖ] τὰ στρώματα, quod in margine habet V. addito δηλονότι, reliqui codices et Ald. in textu habent post παῖ.

439. Διὸς Κόρινθος] Proverbium ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ συνεχῶς λεγόντων. De ejus origine diversa tradunt veteres grammatici, quæ apud parœmiographos collecta videas. Conc. 827. Eo Nemeon. 7. concludit Pindarus. BRUNCK. Vid. schol. ad h. l. et scholiastam Platonis Euthydem p. 368. ed. Bekk.

441. ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

444. Hic et tres sequentes versus [ἐγὼ δὲ—οἴσων] Baccho vulgo tribuuntur perquam absurde. [Non absurde, sed verissime. Similiter chorum interpellat Dionysus v. 414.] In tribus codd. eidem semichoro continuantur: nec ulla distinctio in A. fuerat; sed postmodo inter lineas scripta persona, quam minime exspectes, ἱερεύς. Sacerdotis etiam, nescio illiusne qui

supra cum Baccho colloquebatur, an cujusvis alius, meminit idem librarius ad v. 382. cui præfixa in A. persona ἡμίχορος ἢ ἱερεύς. Positam hic ab Aldo Bacchi personam sustulerunt Bernardus Junta et editores Veneti. Quod autem v. 440. et 448. personam præscripserim semichori, in eo tres codd. consentientes habeo. In C. nulla persona est: impressi chorum habent. Ultimum semichori comma ad commendationem Mysteriorum Eleusiniorum pertinet, quorum in superioribus plurimi adumbrati ritus. Credebant veteres Græci solos initiatos post mortem in fortunatorum sedes admitti, qua de re videndus Brodæus ad Crinagoræ Epigr. Anthol. p. 56. [Anthol. Palat. 11, 42.] et Meursium Eleusin. cap. 17. 18. BRUNCK. Sophoclis fragm. ap. Phil. Mor. p. 21 f. comparavit Spanhemius.

446. θεᾷ R. Vulgo θεαί.

447. ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

448. πολυρρόδους] πολυρρόθους Barocc. Cantabrig. primus, Harl. Gl. πολυήχους ἢ πολυανθεῖς in Cantabrig., πολυήχους in Harl.

455. ἱλαρόν] ἱερόν R.V, ex v. 447.

458. περὶ τοὺς R.V. et Suidas in ἰδιῶται. Vulgo περί τε. περί τε τοὺς A, Barocc.

459. ἰδιώτας] Hesychius ἰδιώτας: πολίτας.

461. οὑπιχώριοι A. R.V. et Cantabrig. primus. Scribebatur οἱ 'πιχώριοι.

462. διατρίψεις R.V. Libri reliqui διατρίψῃς.

γεύσει] Legebatur γεῦσαι. Correctum ex R, qui γεύσῃι. γεύσει, gustabis, id est tanges, pulsabis.

464. παῖ παῖ] Hæc dicens pultare tandem incipit Bacchus. BRUNCK.

465. καὶ τολμηρὲκ ἀναίσχυντε σύ Barocc. Conf. Pac. 182.

Æacus est janitor Plutonis et servus. Apud Lucianum in dial. Mortuor. 20, 1. Menippus ad Æacum dicit: οἶδα ταῦτα καὶ σὲ ὅτι πυλωρεῖς. Hic in Ran. 749. introducitur tanquam servus et servili ingenio præditus. Iste h. l. aperuit ostium, Baccho pulsante: cumque audiret et ex habitu conjiceret, eum esse Herculem, qui Cerberum olim rapuerat, vehementer ipsum increpat et vult pœnas sumere. Non magis humaniter excipit deorum famulus Trygæum, cui ostium pulsanti aperu-

erat, Pac. 182. ὦ μιαρὲ καὶ τολμηρὲ κἀναίσχυντε σὺ, καὶ μιαρὲ καὶ παμμιαρὲ καὶ μιαρώτατε, πῶς δεῦρ' ἀνῆλθες, ὦ μιαρῶν μιαρώτατε; BERG.

467. ἡμῶν] ἡμῖν Barocc. Cantabrig. primus.

468. ἀπῆξας] Scribebatur ἀπῆξας.

470. seqq. Imitatur Euripidis ex Theseo locum, ubi similia de Minotauro dicta fuerunt. Vid. schol.

473. ἑκατογκέφαλος] Sic quattuor codd. [R.V. aliique] recte. Vulgo [et Suidas in τοία] ἑκατοντακέφαλος. Nub. 336, [ubi eadem scripturæ diversitas] πλοκάμους θ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ πρημαινούσας τε θυέλλας. Eurip. Herc. fur. 1190. μαινομένῳ πιτύλῳ πλαγχθεὶς, ἑκατογκεφάλου βαφαῖς ὕδρας. BRUNCK.

474. πλευμόνων] Sic bene Aldus, e dialecti et comici usu. Vide not. ad Lys. 367. Atticismum una constantem litera sæpe obliterarunt librarii, quorum inconstantia scrupulum injicere non debet, quum aliunde constet de idiotismo. Vide Interpretes ad Mœrin hac voce. πλεύμων ubique apud comicum scribendum. Hic quattuor codd. in vulgari forma πνευμόνων conspirant. Vide Eustathium laudatum infra ad v. 712. BRUNCK. πλευμόνων R.V. cum Eustathio. πνευμόνων Barocc. Cantabrig. uterque et Vat. cum Suida. Sophocles Trach. 778. καὶ διώδυνος | σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήψατο. Recte aliquot libri πλευμόνων.

475. Ταρτησία μύραινα] Propterea videtur mentionem hic facere murænæ, quia hæc cum echidna i. e. vipera creditur coire, de qua paulo ante loquebatur; v. Athen. 7. p. 312. Vocat autem eam *Tartesiam*, quia illæ in pretio erant; Pollux 6, 63. παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν μύραιναι ἐκ πορθμοῦ καὶ μύραινα Ταρτησία· alludens simul, ut puto, ad vocem *Tartarus*. BERG. Photius p. 570, 10. Ταρτησία μύραινα: ὡς ἐκεῖ γινομένων μεγίστων.

476. Γοργόνες Τιθράσιαι] Τίθρας est pagus Atticus, unde Τιθράσιος teste Steph. Byz. Sed mihi videtur hic etiam alludere ad v. θράσσειν, quod exponitur a Suida ταράσσειν, ἐνοχλεῖν, νύσσειν, κινεῖν, ut dicantur Τιθράσιαι, quasi θράσσουσαι. BERG.

479. κάλει θεόν] Variæ hujus formulæ prostant in scholiis interpretationes. Probabilior mihi videtur ea, quæ statuit alludi ad Sacrificiorum ritum, in quibus postquam libatum fu-

erat, acclamari solebat *κάλει θεόν*. Comice his verbis significat Bacchus se ventris omnem proluviem effudisse. BRUNCK. *κάλει θεόν* Xanthiæ dat R.

481. *ὠρακιῶ*] Mœris: *ὠρακιᾷν*, 'Αττικῶς. *λειποψυχεῖν*, 'Ελληνικῶς. Confer duas Hesychii glossas. In Pace 702. Cratinus *ἀπέθανεν ὠρακιάσας*. BRUNCK.

482. *σπογγιάν*] Scripserat forte comicus *σφογγιὰν* ex idiotismo Atticæ dialecti, quem hic in nullo meorum codd. observatum reperi. Sed Acharn. 463. ubi vulgo legitur *δός μοι χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον*. edidi ad trium codd. fidem *σφογγίῳ*. BRUNCK. Scribendum *σφογγίαν*.

483. *προσθοῦ*] Scribebatur *πρόσθου*.

ποῦ 'στιν; Hæc verba perperam vulgo Baccho continuantur. Manifestum est ea Xanthiæ adscribi debere, cui tribuuntur in IV. codd. Glossa in D. *ποῦ 'στιν ἡ καρδία σου*; *ὦ χρυσοῖ θεοὶ, ἐνταῦθ' ἔχεις τὴν καρδίαν, ἔνθα μου τὴν χεῖρα προσήγαγες*; BRUNCK.

χρυσοῖ θεοί] *χρυσῆ* (οι) *θεὰ* (οι) V.

485. *ἐς*] *εἰς* libri.

487. *σπογγιὰν*] Scribendum *σφογγιάν*. Vid. ad v. 482.

488. *οὔκουν ἕτερος*] *οὐ δειλότερος* D. *οὐκ ἂν ἕτερος* Scaliger.

γ' αὔτ' R. et Cantabrig. primus. Legebatur *ταῦτ'*. Ex Barocc. *αὖτ'* enotatum.

491. *ἀνδρεῖα*] *ἀνδρείας* R.

494. *ληματιᾷς*] *ληματίας* varia lectio scholiastæ.

498. *αὔτ'*] *αὐτὸν* R. hic et v. 532.

πειστέον] *πιστέον* R. Suidas, *πειστέον*: *δεῖ πεισθῆναι ἢ πιστεύειν*. Quam gl. omittit codex optimus Paris.

499. *ἐς*] *εἰς* libri.

'*Ηρακλειοξανθίαν*] *ἡρακλεοξανθίαν* R. et Mut.

501. *οὐκ Μελίτης μαστιγίας*] Melite est pagus Atticus, ubi fertur fuisse Herculis sacellum. Dixit autem *μαστιγίας* pro 'Ηρακλῆς, quia servus mastigia gerebat habitum Herculis. Quidam putarunt hic rideri Calliam, Hipponici f. in Melite habitantem, ut qui leonina sit usus in bello ut Hercules; de quo et supra 426.: *καὶ Καλλίαν γέ φασι τοῦτον τὸν 'Ιπποβίνου κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον*. Ex schol. BERG. Similiter interpretatur Hesychius in *ἐκ Μελίτης*. *οὐκ ἐμελίττης* R.

Id est οὐκ ἐκ Μελίτης, quemadmodum οὐκ τῶν in οὐκ ἐκ τῶν corruptum est Nub. 1065.

502. ταδί] τάδε R.

505. ἧψε κατερικτῶν χύτρας] Locum citat et explicat Etym. M. v. ἔτνος p. 387, 14. KUST. κατερεικτοῦ Mut. et Diaconus ad Hesiodi Scut. v. 287.

506. ἔτνους] Quo Herculem delectari scit. Vid. v. 62. BERG.

βοῦν] βοῦν τ' V. βοῦν δ' Suidas in ἀπηνθράκιζεν.

507. ἀλλ'] δεῦρ' R.V.

508. κάλλιστ', ἐπαινῶ, πάνυ καλῶς, sunt blande recusandi formulæ, *quibus oblato beneficio non utentes, gratias agunt.* Verba sunt Casauboni Lect. Theocr. cap. 16. initio. Simile est illud Plauti in Men. 2, 3. 36. ubi ancillæ dicenti: *Eamus intro, ut prandeamus.* respondet Sosicles: *Bene vocas; tam gratia est.* Ad quem locum vide interpretes. BRUNCK.

οὐ μὴ] οὐ delet Elmsleius ad Markl. Suppl. 1066. collato Eccles. 1000. μὰ τὴν Ἀφροδίτην—μὴ 'γὼ σ' ἀφήσω. et Av. 195.

509. περιόψομἀπελθόντ'] Libri περιόψομαι ἀπελθόντ'. Vid. ad Acharn. 325.

513. ληρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. Absurde hæc verba Baccho tribuuntur, quæ ab ancilla proferri in sensum mihi nunc incurrit. Invitatus primo Xanthias lepide recusat his verbis, κάλλιστ', ἐπαινῶ. Instat ancilla: *Ita me Apollo amet, ut ego te nunquam sinam abire, quandoquidem &c.* Abnuit iterum Xanthias alia formula πάνυ καλῶς. Potestne Bacchus servo nolenti ingredi et usque recusanti dicere? *Fatuus es, non enim te amittam.* Hoc dicit ancilla, quod secundæ recusationi Xanthiæ congruit, ut superiora illa primæ: οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομ' ἀπελθόντ'· ἐπείτοι καὶ— et οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρίς—Dele itaque personam Bacchi, omniaque hæc ancillæ adscribe sic ut in Excerptis Scaligeri factum, ληρεῖς—τρεῖς. In A. et C. eadem est quæ vulgo personarum distinctio. In E. ante ληρεῖς ἔχων persona est Bacchi, ante καὶ γὰρ Xanthiæ. In D. ante ληρεῖς ἔχων persona est Bacchi, cui omnia continuantur usque ad ὀρχηστρίδες ἡβυλλιῶσαι, quibus verbis præfixa est persona Ancillæ. BRUNCK. Ancillæ personam ante καὶ γὰρ—vulgo notatam om. R.

γε] τε V.

514. ἤδη 'νδον] Legebatur ἤδ' ἔνδον.

515. πῶς] πῶς γε R.

ὀρχηστρίδες ancillæ tribuitur in R. et Vat.

516. ἡβυλλιῶσαι] Pherecrates apud Athen. 6. p. 269. κόραι δ' ἀρτίως ἡβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι. BERG.

518. ἔμελλ' R. Vulgo ἤμελλ'.

519. ὀρχηστρίσιν R. aliique nonnulli. Vulgo αὐλητρίσιν.

520. αὐτὸς] De se tanquam hero loquitur. Conf. Nub. 219. BECK.

ὡς] ὅτι R. Mut. ὅτ' V.

522. ποιεῖ V. Legebatur ποιεῖς. Photius p. 532, 14. σπουδὴν ποιεῖσθαι: τὸ ὀργίζεσθαι (ἐργάζεσθαι?). οὕτως 'Αριστοφάνης ἐν Βατράχοις.

523. 'Ηρακλέα 'νεσκεύασα Elmsleius ad Acharn. 385. Legebatur 'Ηρακλέα γ' ἐσκεύασα (ἐσκεύακα V). ἡρακλέ' ἐσκεύασα R. ἡρακλέα 'σκεύασα Barocc.

524. φλυαρήσεις] φλυαρήσῃς libri plures.

525. ἀράμενος] γ' addunt Ald. et codices aliquot.

527. οὐ τάχ', ἀλλ' ἤδη] Euripides in Suppl. 551. εὐτυχοῦσι δὲ | οἱ μὲν τάχ', οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη βροτῶν.

531. 'Αλκμήνης] Fort. ἀλκμήνης. γ' addit A.

533. θέλοι] θέλει D. et scholiasta ad v. 463.

536. μετακυλινδεῖν] μετακυλίνδειν A. γ' addit A.

ἀεὶ libri meliores et Suidas in ταῦτα πρὸς ἀνδρός. Alii αἰεί.

537. τοῖχον μᾶλλον] μᾶλλον τοῖχον A. et Mut.

538. μεταστρέφεσθαι] μεταστρέφεσθ' ἀεὶ R. Barocc. et Suidas in δεξιός et μαλθακώτερον. μεταστρέφειν A. D. Cantabrig. primus, Harl. In D. gl. μεταστρέφεσθαι. In Cantabrig. primo gl. supra μετακυλινδεῖν v. 536.

541. Θηραμένους] Notissimus in illius temporis historia Theramenes, unus e triginta tyrannis, qui cothurnus appellatus fuit. De eo videndus Xenophon. BRUNCK.

542. ἂν] δὴ Ald. et aliquot codices. In aliis particula omissa.

Μιλησίοις] Nempe ex lana Milesia factis, quæ erat in pretio. In Lysistr. 732. οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια. De tapetibus Milesiis Theocritus, citante schol., Id. 15, 125. πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω· | ἁ Μίλατος ἐρεῖ,— BERG.

543. κυνῶν Bentleius et, ut videtur, R.V. Vulgo κινῶν.

545. οὗτος δ' ἅτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος] αὐτὸς δ' ἅτ' ὢν πανοῦργος R, Barocc. Vat.

547. μοὐξέκοψε] μ' ἐξέκοψε D, Barocc. Cantabrig. primus.

548. χοροὺς] ὀδόντας recte interpretatur scholiasta. Galenus vol. 4. p. 565. ἀλλ' εἰ μὲν χορόν τις ἔστησεν ἐν κόσμῳ δυοῖν καὶ τριάκοντα χορευτῶν, ἐπῃνεῖτο ἂν ὡς τεχνικός· ἐπεὶ δ' ὀδόντων χορὸν οὕτω καλῶς διεκόσμησεν ἡ φύσις, οὐκ ἄρα καὶ ταύτην ἐπαινεσόμεθα;

549. ΠΑ. Α.] Α. om. libri.

ἦλθ'] ἦλθ' Barocc. Cantabrig. primus, Harl.

550. ἐς] εἰς libri.

551. κατέφαγ' V. Vulgo κατέφαγεν.

552. ΠΑΝΔΟΚΕΥΤΡΙΑ Β.] πλαθάνη vulgo. ἑτέρα πανδοκεύτρια C. D. E. πλαθάνη hic A, sed πανδοκεύτρια v. 556. et (cum R.) ἄλλη πανδοκεύτρια v. 558.

554. ἀν' ἡμιωβολιαῖα] Putant vulgo esse unam vocem ἀνημιωβολιαῖα, quæ composita sit ex ἀνὰ et ἡμιωβόλιον. Sed præstat divisim scribere ἀν' ἡμιωβολιαῖα, quod si plene scribatur, erit ἀνὰ ἡμιωβολιαῖα, i. e. *quorum singula semiobolo constant.* ἀνὰ enim interdum esse particulam *distributivam* (ut grammatici loquuntur) et sensu æquipollere Latinæ voci *singuli*, vel ex lexicis vulgatis lector discere poterit. Sententiam hanc confirmat auctoritas Pollucis 9, 64. qui locum hunc Arist. vocis ἡμιωβολιαῖα gratia citat: unde Ms. quidam codex recte ibi vocem hanc dividit scribendo ἀν' ἡμιωβολιαῖα. KUST. ἀν' ἡμιωβολιαῖα E.V. et Cantabrig. 2.

556. οὐ μὲν οὖν] οὐμενουν Mut. et edd. ante Kusterum.

με] γε Barocc.

557. εἶχες] ἔχεις Barocc.

ἂν γνῶναι Elmsleius ad Acharn. 178. Legebatur ἀναγνῶναι. αὖ γνῶναι codex Borgianus. Personæ in editionibus ante Kusterum ita descriptæ, Παν. οὐμενουν—ἔτι. Πα. τί δαί;—κἀμυκᾶτό γε. Kusterus, Πλ. οὐμενοῦν cet. Πα. τί δαί; cet. . Brunckius, Πανδ. α. οὐμενοῦν cet. . Πανδ. β. τί δαί;—κἀμυκᾶτό γε. Codex A, πανδοκ. οὐμενοῦν—. ἄλλη πανδοκ. τί δαί; cet. V. 558.—562. in A. D. unius sunt personæ. Contra in C. E. et Barocciano v. 559.—562. alteri cauponæ tribuuntur. Correxi hæc ut res postulabat. Apparet enim v. 558. τί δαί; τὸ

πολὺ τάριχος οὐκ εἴρηκά πω. non alii convenire personæ quam Πανδοκευτρίᾳ α, quæ quum alia Herculis facinora commemorasset, hoc se *nondum* tetigisse dicit de salsamentis.

558. εἴρηκα] εἴρηκας V. Conjectura librarii prava personarum descriptione decepti. Versui 559. πανδ. præfixum in V.

560. ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις D. E. R. Barocc. Vat. et Cantabrig. primus, nisi quod τοῖς om. R, Barocc. et Cantabrig. 1. ὅνπερ σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις C. et Cantabrig. 2. ὅνπερ σὺν αὐτοῖσι ταλάροις Ald. αὐτοῖς τοῖς ταλάροις scholiasta et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 466, 30. αὐτοῖς ταλάροις Suidas in αὐτοῖς.

562. ἔς με] εἴς με R. et Suidas in ἐμυκᾶτο. Vulgo εἰς ἐμέ.

564. cum proximi versus initio νὴ Δία τάλαινα tribuebatur πανδοκευτρίᾳ α. Correxit Brunckius.

γ'] δ' Barocc. om. V. Mut.

565. Verba νὴ Δία τάλαινα Xanthiæ inepte tribuuntur in novem codicibus, inter quos A. R. V. Barocc.

δείσασαι] Scribendum δεισάσα ex R. V.

που V. Legebatur πω.

567. τοὺς ψιάθους] Legebatur τὰς ψιάθους. Scholiasta, τὰς ψιάθους. ἐν τῷ Καλλιστράτῳ γέγραπται τοὺς ψιάθους, καὶ ὅτι σεσημείωται τοῦτο, ὅτι ἀρσενικῶς εἶπε. ψιάθους masculino genere dixisse Aristophanem annotat Suidas. Hoc recepi. Feminino utitur Lys. 921.

569. Cleon et Hyperbolus e vivis excesserant, quando acta hæc fabula. Hos facete comicus cauponarum patronos apud Inferos facit. BRUNCK.

570. Manifestum est ex ipsis verbis hunc versum ab eadem persona proferri non debuisse, cujus est præcedens. Licet in tribus codd. A. C. E. priori personæ continuatus sit, ut in impressis, tamen alterius cauponæ personam præposui: ipsamque postmodum hanc distinctionem in D. observatam reperi. Prodierant in scenam cauponæ comitem unaquæque ancillam habens: utraque ancillam suam jubet patronum suum arcessere. BRUNCK.

571. φάρυγξ] φάρυξ V. Vid. ad v. 259.

572. τοὺς γομφίους] Phrynichus comicus apud Athen. 2. p. 52. τοὺς γομφίους ἅπαντας ἐξέκοψεν. BERG.

574. Scholiasta, *τινές φασι τὸν Διόνυσον λέγειν τοῦτον τὸν στίχον.*

δ' ἂν ἐς] Legebatur *δέ γ' εἰς.* *δ' ἐς* C. E. *δ' εἰς* D.

βάραθρον] Sic dictus erat Athenis locus alte effossus, in quem facinorosos morti damnatos præcipitabant, qui et *ὄρυγμα* nuncupabatur. Vide Meursium Att. Lect. 1, 25. BRUNCK.

575. *λάρυγγ'*] *φάρυγ'* V.

576. Legebatur *τοὺς κόλικας.* *τοὺς χόλικας* Schweighæuserus ad Athen. vol. 7. p. 540. et Schæferus ad Gregor. Cor. p. 550. Ad utramque scripturam spectat scholiastæ annotatio, *ἢ ἄρτους ἢ ἔντερα.* Ceterum Schæferus optionem facit inter *τοὺς* et *τὰς χόλικας.* Prætuli posterius. Vid. Pac. v. 717. Phrynichus Bekkeri p. 72, 5. *χόλικες: οἱ πολλοὶ ἀρρενικῶς, οἱ δ' ἀρχαῖοι θηλυκῶς.* Vulgata scriptura utitur Thomas M. v. *λάρυγγα* p. 570, ubi tribus modis in MSS. peccatur, *κώληκας, κόληκας, κολύκας.*

578. *ἐκπηνιεῖται*] *ἐκποινιεῖται* Barocc. et (superscripto *η*) Cantabrig. 2. Ea scriptura in scholiis memoratur. *ἐκπηνιεῖται* cum ceteris libris Hesychius, Suidas, Eustathius p. 1328, 48. Dixit de hoc verbo Schneiderus in indice scriptor. rei rusticæ p. 367.

580. *τοῦ λόγου*] *τούτους τοὺς λόγους* V.

585. *με τύπτοις*] *γε τύπτοις* V. *γε τύπτοις μ'* C. *γε τύπτεις μ'* Cantabrig. 2.

587. *πρόρριζος αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία, κάκιστ' ἀπολοίμην*] Usitatæ jurantibus imprecationis formulæ exempla Spanhemius ex oratoribus memorat, Demosthene p. 642. 693. Andocide p. 49. ed. Reisk. Antiphonte p. 709. ed. Reisk. et ex Marmor. Oxon. n. 26, §. 78.

588. Archedemi illius, cui cognomen fuit *γλάμων*, sive ob oculorum vitium sive alia de caussa, meminit Lysias in orat. contra jun. Alcib. p. 536. BRUNCK.

591. *ἥνπερ*] *ἣν* A.V.

593. Post *ἀνανεάζειν* indicavi lacunam, quæ in Ald. et recentioribus codicibus verbis *σαυτὸν αἰεὶ* est expleta, ex v. 536. petitis. Omittunt illa R.V. Barocc. Mut. Cantabrig. 1. Harl. Borgianus. Gl. *σεαυτὸν (ἑαυτὸν) πρὸς τὸ σοβαρόν* in R. Barocc. Cantabrig. 1. Harl.

594. εἰ—ἀλώσει—βαλεῖς] ἦν—ἀλῷς—βάλῃς A.

ἀλώσει] ἀλώσῃι V. Mut. ἀλώσει, ut vulgo, R.

595. καὶ βαλεῖς D. R. aliique. καὶ βάλῃς vulgo. κἀκβάλῃις V.

596. 'στιν] 'στι V. Legebatur τις. Voculam omittunt D. R. Barocc. Mut. Cantabrig. 1. Harl. Præstat autem fortasse ἀνάγκη 'σται.

τὰ om. V.

600. ταῦτ'] τοῦτ' R.

603. βλέποντ' ὀρίγανον] Solent ita obtutum acrem et torvum describere. Eq. 627. Vesp. 453. βλεπόντων κάρδαμα. Et alibi sæpe similiter. V. ad Plut. 328.

607. οὐ μὴ πρόσιτον; εἶεν Elmsleius ad Eurip. Med. p. 251. collato Acharn. 166. Legebatur μὴ πρόσιτον. εἶεν, καὶ—.

μαχεῖ] Libri μάχει.

608. Διτύλας] διτύχας R.

Σκεβλίας] σκεβλύας R.V. Cantabrig. uterque, Borgianus, Ald. et ed. Juntina a. 1525. σκεβλίας codices reliqui, ut videtur, et Junt. a. 1515. Revocandum Σκεβλύας.

Παρδόκας] σπάρδοκας V.

609. δευρὶ] δεῦρο R.

610. Αἰ. κλεπτοντα—διο. μάλ' ὑπερφυᾶ V.

πρὸς] πρὸς hic valet προσέτι, καὶ ταῦτα. Ordo est, τύπτειν τουτονὶ, καὶ ταῦτα κλέπτοντα τἀλλότρια. BRUNCK.

μάλλ'] Libri μάλ'. Correctum ex scholiasta.

612. σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινά] Ironice hoc dicit Æacus. Baccho hæc verba adscripta sunt in C. E. BRUNCK.

616. τὸν παῖδα] Juxta receptum legibus Atheniensium morem, ut heri servos ad quæstiones de iis sumendas offerrent. Demosth. (p. 1120.) προὐκαλεῖτο Στέφανον παραδοῦναι τὸν παῖδα —εἰς βάσανον. Idem (p. 1143.) et alibi. SPANH. Vid. Petit. Leg. Att. p. 440. et Dobræi Adversar. vol. 1. p. 317.

618. βασανίζω] Scribendum βασανίσω ex D.V. βασανίζω Suidas in βασανίζειν.

620. ἔτι δ' ἐς τὰς] ἐπί τε τὰς vulgo. Correctum ex R.V. et Suida in βασανίζειν et κλιμακίζειν.

623. κἂν] κῆν V.

πηρώσω] Solebant qui servos aut servas alterius ad torturam poscebant, damnum præstare, si illi ex tortura mutilarentur; Demosth. c. Neær. [p. 1387.] ἕτοιμος ὢν τὰς θεραπαίνας παρα-

λαμβάνειν—ἐφ' ᾧ τε βασανίσαι αὐτάς· καὶ εἴ τι ἐκ τῶν βασάνων βλαφθείησαν αἱ ἄνθρωποι, ἀποτίνειν ὅ τι βλαβείησαν. BERG. Vide Petiti Leg. Att. p. 441.

625. ΞΑ.] διον. Vat.

ἔμοιγ'· οὕτω] ἐμέ γε, τοῦτον Vat. et varia lectio scholiastæ. τοῦτον etiam M.

626. αὐτοῦ] αὐτὸν Mut. et varia lectio scholiastæ. Et sic haud dubie Vat. quoque codex.

σοι] σου V.

630. σεαυτὸν R. Barocc. et Vat. ἑαυτὸν V. et Borgianus. Vulgo σὺ σαυτόν.

637. χὠπότερον] γ' addunt R.V. Cantabrig. et Harl.

ἴδῃς] ἴδοις Ald. et pars codicum.

638. προτιμήσαντα] Gl. φροντίσαντα, ἢ αἴσθησιν λαβόντα. *Rationem habentem verberum, aut dolentem quum cædetur, ita se moventem, ut sentire verberum dolorem videatur.* Sic enim Attici utuntur verbo προτιμῶ pro κήδομαι, ἐπιστρέφομαι, ἐντρέπομαι, ὑπόλογον ποιοῦμαι, ἐπιμελοῦμαι. Infra 655. quærenti Æaco ἔπειτα προτιμᾷς οὐδέν; respondet Bacchus, οὐδέν μοι μέλει. Pl. 883. οὐδὲν προτιμῶ σου. Eodem modo cum genitivo apud Demosthenem occurrit p. 80. edit. Reiskii: βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾷν εἰς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, ὧν οὐδὲν προτιμᾷ. Vide Budæi Commentaria p. 677. et 714. Acharn. 27. εἰρήνη δ' ὅπως ἔσται προτιμῶσ' οὐδέν. BRUNCK. Vid. Photium p. 464, 15.

641. ἐς] εἰς libri.

642. ΞΑ.] διο, ξθ, R.

644. ἰδού, σκόπει νῦν, ἥν μ' ὑποκινήσαντ' ἴδῃς. Sic A. [R. et Cantabrig. 1.] optime, ut Suidas [v. ὑποκινήσαντα], et cod. Vaticanus. [Ita etiam V. et Baroccianus, nisi quod ἀποκ.] In C. [et Cantabrig. 2.] ut vulgo, σκόπει γ' ἥν με παρακινήσαντ' ἴδῃς. Sic etiam E. C. nisi quod γ' omittit. In D. Æaco tributum ἰδού, Xanthiæ, σκόπει νῦν ἥν με παρακινήσαντ' ἴδῃς. Eadem distinctio fuisse videtur in codice, e quo descriptus fuit A. Nam in eo post ἰδοὺ vacuum relictum spatium, quantum satis est personæ nomini, et ante ἰδοὺ est ξ, initium nominis Ξανθίας, quod non absolvit librarius, postquam scripta jam prima litera errorem suum deprehendit: Αἰακὸς scribere debuit. Profecto unice vera est illa distinctio, quam juvat actio

scenæ, multo sic lepidior. ἰδοὺ dicit Æacus, elato brachio, et in plagam inflicturi statu. BRUNCK. ἰδού Æaco tribuendum.

645. δοκεῖς] δοκεῖ vel δοκῶ Bentleius.

647. ἔπταρον] Sternutatio in ominibus bonis malisve habebatur. BECK. Vid. Av. 720.

649. ἰατταταῖ. AI. τί τἀτταταῖ] ἰατταταί. AI. τί δὴ ταταί vulgo. τί ταττατaῖ. Αια, τί ταττατaῖ V. ἰατταττατταττατταί (omissis AI. τί τἀτταταί) R.

τί τἀτταταῖ] τί ἰατταταί A. D. τί ἀτταταί A. in margine. τί δ' ἰατταταί E.

651. τὰν Διομείοις] Vid. Meursium de Pop. Att. in Διόμεια. BRUNCK. Pagus Atticus, in neutro genere pluraliter dictus Διόμεια, ubi fuit sacellum Herculi dedicatum, quod Diomus, a quo pagus nomen habebat, Herculis deliciæ fuisset. Ex schol. et Steph. Byz. Cæterum uterque et Xanthias et Bacchus, quum partim voce partim lacrymis manifesta signa edant doloris, tamen quaslibet potius causas misere comminiscuntur, quam ut rem fateantur. BERG.

652. ἅνθρωπος] Libri ἄνθρωπος.

653. ἱππέας] γ' addunt Ald. et aliquot codd.

654. κλάεις] Libri plures κλαίεις.

655. ἐπεὶ R. V. Barocc. aliique. Vulgo ἔπειτα.

γ' in libris aliquot omissum, in duobus τοὐδέν scriptum.

656. τἄρ'] τ' ἄρ' V. ἄρ' R. ἆρ' A. γὰρ C. E. Cantabrig. uterque, Harl. γ' ἄρ' vulgo.

658. Simulat Æacus se non animadvertere, illos dolorem celare non posse, et ineptas causas suspirii et fletus prætexere; nempe propterea id simulat, ut amplius eos verberet. BERG.

661. Non Hipponactis, sed Ananiæ, iambographi antiqui, de quo vid. Fabricius Bibl. Gr. 1. p. 547. [vol. 2. p. 104. Harl.] senarium illum esse ait scholiastes, quem Bacchus se contorquens et dolorem dissimulans, exclamavit. Animi perturbato convenit memoriæ lapsus, quo eum de industria errare facit comicus. Duos Ananiæ iambos profert scholiastes priori illi subjectos, quorum postremus mutilus et mendosus est. BRUNCK. Hipponactis et Ananii carmina una, ut videtur, collectione comprehensa fuerunt: unde factum ut alteri alterius carmina tribuerentur. Inane commentum scholiastæ est de Dionyso animi perturbato eamque ob caussam memoria falso.

664. Πόσειδον] ὦ πόσειδον V. Sophoclis ex Laocoonte verba apposuit scholiasta, Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου πρῶνας ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας, ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων.

ἤλγησεν R. et Mut. Vulgo ἤλγησε.

665. πρῶνας] Accusativum Berglerus explicat repetendo ἔχεις ex versu Hipponactis 659. constructione incredibili. Scribendum πρωνός cum Kustero. μεδέεις pro μέδεις V. in textu et in scholio.

667. ἀλὸς ἐν βένθεσιν] His verbis trimetrum complet v. 664.

669. εἴσιτον] εἴσιτε V.

671. Φερσέφαττ'] Φερσέφαττα vulgo ab Atticis dicta Proserpina, unde Φερσεφάττιον fanum hujus deæ apud Demosth. [p. 1259. ubi libri optimi Φερρεφαττίου.] Hesychius, Φερσεφάττιον: τόπος ἐν ἀγορᾷ. Eadem vero Περσέφασσα apud Æschyl. Choeph. 488. et Eurip. Orest. 914. SPANH. φερσέφατ' R. φερρέφατ' V. φερσέφασσ' Cantabrig. 2. περσέφασ' Cantabrig. 1. περσέφασ' Barocc. Περσέφαττ' Brunckius tacite. Φερσέφαττα legitur Thesm. 287.

674. πρὶν ἐμὲ R.V. Vulgo πρίν με.

679. Κλεοφῶντος] Hunc tamquam peregrinum et barbarum perstringit; et Æschines de f. leg. [p. 254. Reisk.] Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης. Euripides etiam in Oreste hunc occulte tangit, ut ibi schol. putat, tamquam civem non germanum et oratorem turbulentum v. 900. κᾀπὶ τῷδ' ἀνίσταται Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος (loquax), ἰσχύων θράσει, Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος, Θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παρρησίᾳ. Argivum propterea dixit, quia scena est Argis: intelligitur autem facile, de Atheniensi esse sermonem, quum agatur Athenis fabula et homo sit sat notus. BERG. Aliorum scriptorum locos de Cleophonte collegit Meierus in libro de bonis debitorum p. 218—220. Platonis comici fabula fuit Κλεοφῶν cum Aristophanis Ranis in scenam producta, de qua dixit Meinek. Quæst. scen. 2. p. 17, 18.

681. Θρηκία χελιδὼν] Garrulitatem et simul barbariem hominis notat, quia hirundo est *garrula*, et Cleophontis mater est oriunda ex Thracia, ut dicit schol., ubi etiam Philomela, sive, ut alii volunt, Procne, in hirundinem est mutata. Barbarorum lingua comparatur cum hirundinum voce. Æsch.

Agam. 1059. χελιδόνος δίκην, ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη. Schol. Aristoph. Av. 1680. Αἰσχύλος τὸ βαρβαρίζειν, χελιδονίζειν φησι· καὶ Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς φησί. Comicus supra 93. ineptos et loquaces poetas vocat χελιδόνων μουσεῖα. BERG.

684. ῥύζει] Legebatur κελαδεῖ, quod vitiosum esse versus antistrophicus ostendit. κελαρύζει R. Barocc. Borgianus et γρ. Harl. et Suidas in ἐπίκλαυτον.

ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον νόμον] Tribuit hirundini carmen lusciniæ, non quia hirundo æque suaviter canat atque luscinia, sed quia erant sorores et utræque materiam carminis habebant lugubrem. De lusciniæ cantu Ityn filium lugentis comicus Av. 211. BERG.

685. κἂν ἴσαι γένωνται] Contra ap. Æsch. Eumen. 744. νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ. Reus semper absolvitur, si plura habeat suffragia quam accusator: immo tam favorabilis erat conditio ejus, ut etiam absolveretur, si æqualem haberet numerum suffragiorum cum adversariis. De quo videri potest Arist. Probl. 29, 13. quem locum indicavit Stanl. ad Æsch. Ceterum comicus, dum dicit Cleophontem periturum licet æqualibus suffragiis, vult significare illum omnino dignum esse morte. BERG. Hesychius, κᾂν ἴσαι γένωνται: παροιμία μετενηνεγμένη ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις φερομένων ψήφων ἴσων. ἀπολύονται γὰρ τοῦ ἐγκλήματος, ὁπόταν ἴσαι ἐξενεχθῶσιν αἱ ψῆφοι.

686. ἐπίρρημα adscriptum in R.

689. ἥμαρτε] ἐξήμαρτεν R.

Φρυνίχου παλαίσμασιν] De quo Phrynicho hæc intelligenda sint non consentiunt scholiastæ, aliis Phrynichum belli ducem, aliis tragicum, aliis denique comicum a poeta nostro tangi censentibus. Schol. ad Lys. 313. locum hunc de Phrynicho, belli duce, accipit, auctore Didymo et Cratero. Vid. etiam Suidam in παλαίσμασι et Φρυνίχου. KUST. Phrynichus dux, Alcibiadis adversarius, ejus reditui ex exilio inprimis se opposuerat, cum Astyocho duce Spartanorum clam egerat, et quum ejus proditio Alcibiadi et ab hoc Atheniensibus esset denunciata, effugere variis artibus conabatur (v. Thuc. 8, 50.), denique inprimis effecerat, ut quadringentis respublica committere-

tur. Quorum imperio abrogato fieri non potuit, quin multos, qui partes ipsius sequuti erant, in perniciem secum traheret. Eo referuntur, quæ sequuntur. CONZ. De quatuor Phrynichis inprimisque acri Alcibiadis adversario cf. Sluiter. Lect. Andoc. p. 117. BECK.

παλαίσμασι] Metaphora a luctatoribus; dicit autem in plurali, ut subindicet, non illis tantum paratam esse debere veniam, qui semel peccassent, sed etiam illis, qui iterum iterumque, ad majorem clementiam adhortans Athenienses. In luctationibus qui ter esset lapsus, omnino erat victus: Æschylus Eumen. 592. eadem utitur metaphora, apud quem Orestes cum Eumenidibus coram judicibus, qui quum fassus esset, se matrem occidisse, Eumenidum chorus dicit: *ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.* Ubi scholia *ἐκπέπτωκας, cecidisti*, et addunt: *μεταφορὰ δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἳ ἐπὶ τοῖς τρισὶ πτώμασιν ὁρίζουσι τὴν ἧτταν.* BERG.

690. *ὀλισθοῦσιν*] Manet in metaphora. Est enim *ὀλισθαίνειν* proprie *ἐκπίπτειν.* v. Zonar. p. 1445. Sensus: illis, qui tum (quum oligarchicum imperium constitueretur) peccarunt, si causam exposuerint, purgare se ab olim commissis peccatis. BECK.

691. *λῦσαι τὰς πρότερον ἁμαρτίας*] Quod jure Attico dicebatur, *τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιεῖν, ut qui infamia notati erant, ab eadem* liberarentur. SPANH. Vid. Petiti Leg. Att. p. 469. BECK.

692. *εἶν'*] *εἶναι* Barocc. cum duobus aliis.

694. *Πλαταιᾶς* pro *Πλαταιέας*, a *Πλαταιεύς.* Schol. *τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι.* Intelligit autem prælium ad Arginusas: Platæensibus jus civitatis fuisse Athenis constat. BERG. Hic locus est supplementum historiæ Xenoph. qui Hellen. 1, 6, 24. de hoc negotio ita scribit de Atheniensibus: *ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Ex h. l. igitur adde, præmium propositum fuisse servis, qui bonam operam in ea expeditione navassent, si reverterentur victores, liberos fore, et Athenis eodem jure usuros, quo Platæenses, qui in civitatem pridem recepti fuerant. PALMER. *τοὺς*

μετοίκους καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι civitate esse donatos narrat Diodorus 13, 97. De servis v. supra v. 33. et 192.

695. *ταῦτ'* A. Vulgo *τοῦτ'*.

696. *αὐτὰ*] *ταῦτα* V.

697. *πρὸς δὲ, τούτοις*—Ita distinguo, aliter quam omnes edd., quæ comma ibi non habent, quum sit necessarium. Illos cives, qui sæpe pugnassent pro patria et tamen honoribus essent exuti, opponit illis, qui quum semel tantum pugnassent et insuper fuissent servi, tamen et libertatem essent consequuti et jus civitatis, vultque dicere, minus decorum esse, quod cives et viros de repub. bene meritos ob levia peccata inclementer tractent, quum interea servos, (quamvis non plane immerito, propter utilem eorum semel navatam operam,) tantis beneficiis ornent. Hæc autem subobscure dicuntur, quum oratio aliter cœpta aliter desinat; nam v. 693. dicebat: *αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν* etc.; itaque hic v. 697. debebat dicere: *τοῖς δὲ πολλὰ δὴ—ναυμαχήσασι—μὴ παρεῖναι μίαν ξυμφοράν.* Nempe in orationis cursu convertit sese ad adhortationem. BERG.

ὑμῶν] *ἡμῶν* V. et Mut.

698. *χοί*] *καὶ* V. et Mut.

προσήκουσιν] *προσήκοσιν* R.

699. *αἰτουμένοις*] *αἰτουμενοὺς* R.

700. *τῆς ὀργῆς ἀνέντες*] De hac constructione genitivi dixi ad Soph. Antig. 718.

σοφώτατοι φύσει] Egregie Athenienses *σοφωτάτους* dicit *φύσει*. Nam a demagogis inducebantur, ut sæpe contra ingenium facerent insipide. Non minus præclara est, quæ sequitur, sententia, operam esse dandam, ut omnes homines sibi cognatos reddant. BECK. *φύσιν* V.

703. *τοῦτ'* E. *τοῦθ'* C. *ταῦθ'* D. *ταῦτ'* vulgo et R.V.

704. *τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντες*—] Sic bene distinctum in E. *πόλιν* pendet a præcedente verbo *ἀποσεμνυνούμεθα*: et *ἔχοντες* neutraliter adhibetur, ut infra v. 793. *ἕξειν κατὰ χώραν.* BRUNCK. Archilochi versum esse *ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις,* quem Æschylo male tribui ab Didymo, annotavit scholiasta. Apparet autem ex versu illo defendi posse inter-

punctionem vulgatam τὴν πόλιν καὶ ταῦτ'—, postposito καὶ ταῦτα ut in exemplis a Dobræo collectis ad Plut. 546.

κυμάτων] Rempublicam comparat cum navi in mari fluctuante, aut naufragis inter fluctus natantibus. Sic Eurip. Rhes. 246. ὅταν ᾖ δυσάλιος [δυσάλιον] ἐν πελάγει καὶ σαλεύῃ πόλις. Soph. Œd. T. 22. BERG.

705. ποτ'] τότ' Ald. et aliquot codd.

706. εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος] Ionis tragici verba: vid. schol.

708. Notandum πολὺν versibus pluribus interpositis disjunctum a χρόνον v. 714.

οὗτος] οὗτός γ' Ald. et codd. quidam.

709. Κλειγένης] Schol. dicit, videri hunc etiam circa remp. versatum fuisse; erit itaque populi adulator, sive uno verbo, δημοπίθηκος, ut comicus loquitur infra 1085. BERG.

1232. Iphigeniæ Tauricæ exordium.—Πίσσαν edd. ante Brunckium. Πίσαν A. D. πείσαν R, ut codex Mediceus Herodoti 2, 7. ἐπὶ Πίσσαν scriptor vitæ Isocratis in Orelli opusculis moralibus vol. 2. p. 8. Scripsi ego Πῖσαν cum V, non impediente Pindaro, qui Πίσαν correpta ῐ dixit. Herodianus MS. περὶ διχρόνων: Τὰ εἰς ᾱ λήγοντα θηλυκὰ, εἴτε ἐπὶ ὀνομάτων εἴτε καὶ ἐπὶ μετοχῶν, εἰ ἔχοι τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς δίχρονον καταλήγουσαν, πάντως ἐκτεταμένον αὐτὸ ἔχει, πᾶσα, στᾶσα, δῦσα, φῦσα, πῖσα, κρῖσα, κνῖσα. οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι πίσαν εἶπε τὴν πόλιν κατὰ συστολὴν πίνδαρος· εἰ μέντοι εἰς σύμφωνον λήγει ἡ πρὸ τέλους συλλαβὴ, τὸ δίχρονον συστέλλεται, θάλασσα, ἄνασσα, πίσσα, νύσσα, λύσσα. Conf. Stephan. Byzant. v. Πίσα.

1235. ἀπόδου A. V. Vulgo ἀπόδος.

1237. γ' om. Barocc.

1238. Ex prologo Meleagri, μετὰ ἱκανὰ (inquit scholiasta) τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονός.

1240. πολύμετρον] πολύβοτρυν Barocc. et (adscripto γρ. πολύμετρον) Cantabrig. 1.

1242. αὔθ'] αὐτὸν R.

1243. ἔασον ὦ τάν R. et Cantabrig. 1. ἔασον αὐτὸν D. et Barocc. ἔα αὐτὸν A. V. Mut. ἔα 'ὑτὸν C. E. ἔ'αὐτὸν Ald. Conf. 952. τοῦτο μὲν ἔασον ὦ τᾶν. et ad Lys. 945.

1244. Melanippæ initium.

1247. σῦκ'] Loci hujus meminit Pollux 2, 65. De significatione autem voc. σῦκον, qua ulcus palpebrarum notat, ut h. l., vid. Foësium Œcon. Hippocr. in σῦκον. KUST. Et Hesych. in σῦκα.

1248. τραποῦ Mut. Vulgo τράπου.

1249. ἀποδείξω] ἐπιδείξω Barocc.

1253. μέμψιν R.V. Barocc. Cantabrig. 1. Mut. Vulgo μέμψιν γ'.

1256. νυνί Bentleius. Libri νῦν ὄντων. Conf. v. 1088.

1258. μέμψεται codices. μέμψαιτο Ald.

1261. γε] δὴ R. Barocc.

1263. Post hunc versum parepigraphe in libris διαύλιον (διαύλειον R.) προσαυλεῖ τις.

λογιοῦμαι ταῦτα] Probabilis Dobræi conjectura est λογιοῦμαί γ' αὐτά.

1264. Ridiculi hujus centonis duo primi versus sunt ex Myrmidonibus Æschyli: tertius est e Psychagogis: quinto et sexto diversam sedem tribuunt veteres critici: unde essent, Aristarchus et Apollonius ignorarunt, aliis ad Telephum, aliis ad Iphigeniam eos referentibus. BRUNCK.

'Αχιλλεῦ R.V. Mut. Cantabrig. 1. Vulgo 'Αχιλεῦ. Φθιῶτ' 'Αχιλλεῦ compellatus fuit Cinesias in Strattidis comœdia. Vid. Athen. 12. p. 55 e. d.

1265. ἰὴ κόπον Heathius hic et infra. Libri ἰήκοπον.

1270. μου om. A. παῖ om. Barocc.

1273. Αἰσχύλε] ὦ 'σχύλε R.V. Cantabrig. 1. ὦ ab librariis additum ut Thesm. 4.

1274. Ex Æschyli 'Ιερείαις.

Μελισσονόμοι sunt Melissarum, seu sacerdotum Dianæ, præsides. Mulieres fatidicas, quæ in templis ministrabant, μελίσσας dictas fuisse notum est. BRUNCK. Interpungendum videtur post εὐφαμεῖτε. Infinitivus οἴγειν ex proximi versus verbis aptus fuit.

δόμον] In D. non δόμον sed δρόμον scriptum, et ista habetur glossa: εὐφήμως λέγετε οἱ δίκην μελισσῶν νεμόμενοι ἐν τῷδε τῷ τῆς θεᾶς ἄλσει. BRUNCK.

1276. θροεῖν] λέγειν C.

ὅδιον] Legebatur ὅσιον. Correctum ex R, qui duabus lectionibus confusis ὃς δῖον, et Æschyli Agam. 104.

1279. ἐς] εἰς R.V. Barocc. et Suidas in βουβωνιῶ.

1281. ἂν addidit Elmsleius ad Acharn. 176.

1285. Ex Æschyli Agam. 109.

ἥβας A.D.R.V. Barocc. Cantabrig. 1. Vulgo ἥβαν, ut apud Æschylum.

1286. *τοφλαττόθρατ τοφλαττόθρατ*] Vulgo *τὸ φλαττόθρατ τὸ φλαττόθρατ* hic et infra: quod non potest defendi ex v. 1296. Simili errore *τὸ φνεί* pro *τοφνεί* a quibusdam scriptum fuit, de quo vide ad fragm. 702. In R. v. 1286. scriptum *φλαττοθράττο φλάττοθράττ'* et v. 1288. *φλάττοθράττοφλάττοθράτ'*. Itaque et hic et v. 1290. 1292. 1295. fortasse scribendum *φλαττοθραττοφλαττόθρατ*.

1287. *δυσαμερίαν, πρύτανιν*] *δυσαμεριᾶν πρύτανιν* correxi in Thesauro Stephani s. v. *δυσαμερία*. Versus ex Æschyli Sphinge est.

1289. Ex Æschyli Agam. 111.

1291. Non annotarunt scholiastæ ex qua fabula hic versus sit. Est fortasse ex Sphinge. *κύνας ἀεροφοίτους* aquilas dicit, ut in Prom. 1020. Agam. 139. quos locos Spanhemius comparavit. *ἀεροφύτοις* V. et in scholio *διὰ τοῦ ἀέρος φυτώσαις*.

1294. *τ'* additum ex R. V. Barocc. Cantabrig. 1. Mut. Ex codice aliquo Florentino habet editio Juntina a. 1515. Scholiasta, *τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι: Τιμαχίδας φησὶ τοῦτο ἐν ἐνίοις μὴ γράφεσθαι. Ἀπολλώνιος δέ φησιν ἐκ Θρησσῶν αὐτὸ εἶναι.* Suspectum vocabulum est *συγκλινές*.

1296. *Μαραθῶνος*] Nam pugnæ Marathoniæ interfuerat Æschylus.

1297. *συνέλεξας*] *ξυνέλεξας* Cantabrig. 1.

ἱμονιοστρόφου μέλη] Schol. *οἷον σχοινιοστρόφου μέλη*. Glossæ: *Restio*, *σχοινιοστρόφος*. Videtur autem vocem illam *φλαττόθρατ* *restionis carmen* dicere, quia *restis* instar longa est. In Eccl. 352. facete dicit illum, qui diu cacabat, quasi longum funem cacare: *ἀλλὰ σὺ μὲν ἱμονιὰν ἀποπατεῖς*. BERG.

1298. *ἐς*] *εἰς* Barocc. Scholiasta *ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ: ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρῳδικοῦ καλοῦ ὄντος εἰς τὸ τραγικὸν γένος μετήνεγκα.*

1299. *Φρυνίχῳ*] Comparat hunc Phrynichum cum avicula; clarius in Av. 741. et 749. — *ἔνθεν ὥσπερ ἡ* [*ὡσπερεὶ*] *μέλιττα Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπόν*. BERG.

1300. *ἱερὸν*] *ἱερῶν* Ald. et aliquot codd.

1301. *μὲν φέρει πορνιδίων*] *πορνιδίων μέλη φέρει* Porsonus.

1302. *σκολίων* R. Vulgo *σκολιῶν*.

Μελήτου R. V. Barocc. Cantabrig. 1. Vulgo *Μελίτου*. De Meleto vide ad fr. 376.

Καρικῶν] *καὶ καρικῶν* Aldus et aliquot codices.

1305. τοῦτον] τούτων Cantabrig. 1.

ἡ τοῖς ὀστράκοις — κροτοῦσα] Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 45, 30. κροτεῖν ὀστράκοις ἐπὶ τῆς Εὐριπίδου μελοποιΐας, ὅτι οὐχὶ γνησίου οὐδὲ γνήσια τὰ μέλη, ἀλλ' οἷα πρὸς ὄστρακα ᾄδεσθαι, δῆλον ποιοῦντος τοῦ κωμῳδοῦ ὅτι τὰ ἐκλελυμένα τῶν μελῶν καὶ ἀδόκιμα πρὸς τὰ ὄστρακα ᾖδον, οὐχὶ πρὸς λύραν ἢ κιθάραν. Ad Hypsipylam Euripidis respici annotavit scholiasta, λέγεται δὲ εἰς τὴν Ὑψιπύλην ταῦτα, ἢ καθόλου τὴν μοῦσαν αὐτοῦ. Quocum conferendus Photius p. 180, 12. "De musica quæ fiebat "complosis testis vel conchis vide Casaub. ad Athen. 5, 4. et "ad Sueton. Ner. 20. Scaliger. ad Copam Virgil. p. 255." DUCKER.

1306. αὕτη R.V. et Phrynichus. Vulgo αὐτή.

1307. ἐπιτήδεια] ἐπιτήδειὸνα (id est ἐπιτήδειον) R.

τάδ' (τάγ' R.) ἔστ' ἄδειν R. Barocc. Vat. ταῦτ' ἔστ' ᾄδειν V. ταῦτ' ᾄδειν edd. ante Brunckium.

1308. ἐλεσβίαζεν] Quasi de meretrice, ita loquitur de Euripidis Musa, et paulo ante dicebat eum a meretriculis sumere cantilenas. Nota est obscœnitas Lesbidum: in Vesp. 1344. μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας: ergo idem fere esset ac si dixisset ejus μέλη esse κατεγλωττισμένα, ut Agathonis Thesm. 137. BERG. Qui scholiastam secutus interrogantis hæc verba esse putavit, errore manifesto.

οὔ] Euripidi tribuit A. In οὖν mutabat Reiskius.

1309. Eadem ratione consutus est hic cento e diversis Euripidis canticis, ac superior ille in derisionem Æschyli. Initium traductum ex Iphig. T. v. 1096. ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας | πόντου δειράδας, ἀλκυὼν, | ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις. Locum indicavit Berglerus, ubi paulo infra usus est Euripides verbo εἱλίσσω: λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ | κύκνειον. Sed aliud quid respexisse videtur comicus: nam quæ hic profert nimium quantum ab Euripideis illis immutata sunt. BRUNCK.

ἀενάοις] ἀεννάοις A. C. D. E. aliique.

θαλάσσης] θαλάσσαις R.

1311. νοτίαις Cantabrig. 1. et scholiasta. νοτίοις R. νοτεροῖς V. et Mut. νοτεραῖς Barocc. νοτερῆς vulgo.

1313. κατὰ γωνίας om. Ald.: habent codices.

1314. εἰ ter Cantabrig. 2. quater Barocc. et Cantabrig. 1.

Spiritum lenem etiam R. V. habere videntur. Scholiasta, ἡ ἐπέκτασις τοῦ εἱλίσσετε κατὰ μίμησιν εἴρηται τῆς μελοποιίας.

1315. ἱστότονα] ἱστόπονα R.

1316. κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας: appositio est ad πηνίσματα. Præposita vulgo copula καὶ gratiam omnem loci corrumpit: eam non agnoscit E. [et R.] Sumtus est hic versiculus, teste scholiasta, ex Euripidis Meleagro. *Radium* ἀοιδὸν, *canorum* appellat, non *quia*, ut ait ille, *textrices inter opus faciundum canere solent;* sed ob stridulum quem edit sonum, dum inter fila staminis trajicitur, cujus soni tanquam musici et jucundi solemne est poetis Græcis laudem adjungere, sicubi pectinis meminerint. Leonidis Tar. epigr. 8. τὰν ἄτρια κρινομέναν κερκίδα, τὰν ἱστῶν μολπάτιδα. Antipater Sid. epig. 22. κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις, Βακχυλίς, εὐκρέκτους ᾇ διέκρινε μίτους. ep. 26. κερκίδα, τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ Μελπομέναν, ἱστῶν Παλλάδος ἀλκυόνα. ep. 9. κερκίδα τὰν φιλαοιδὸν Ἀθηναίῃ θέτο Βιττώ. Hinc illud Virgilii: Arguto tenues percurrens pectine telas. BRUNCK.

1317. 1318. Ex Euripidis Electr. 438. Aliunde petitus v. 1319. qui nulla sensus habita ratione additur.

1320. οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου] Ex Eurip. versu in Hypsipyle, qui sic ferebatur juxta schol.: οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν. Ex eodem dramate est etiam v. 1322. Simile est, quod exstat in Phœn. 314. ἀμφίβαλλε μαστὸν ὠλέναισι ματέρος. BRUNCK.

1322. περίβαλλ'] περίβαλ' Cantabrig. 2. et codices Florentini sex.

1323. πόδα pedem metricum intelligunt interpretes, scholiastam novitium Musuri secuti, πόδα δὲ τὸν ῥυθμὸν, ἢ τὸ μέλος· ἀπὸ μέρους. Nihilo probabilior est opinio aliorum, qui pedem anapæstum περίβαλλ' in principio versus glyconei positum notari existimant. Rectius Dobræus "Malim de pede humano "intelligere: forsan verba sunt Telephi ad Achillem."

1324. δαί] δέ R. Totum versum om. V.

1325. τοιαυτὶ R.V. Barocc. Cantabrig. 1. Vulgo τοιαῦτα. μέντοι] μὲν V. et Mut.

1327. In Hypsipyle erant etiam hæc verba: ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον, cujus epitheti significatio apud tragicum obscura

est: sed hic facete Cyrenæ tribuitur, nobili scorto, cujus mentio Thesm. 98. Omnes illa Veneris figuras exprimebat, quas Philænis Elephantisque obscœnis descripserunt libellis. Supra 1301. adversario objecerat Æschylus, eum a quibusvis meretriculis carmina sua sumere. BRUNCK.

1330. *τρόπον*] *πόνον* V. Cantabrig. 2. et Florentini septem, quorum in duobus, ut in V, adscriptum *γρ. τρόπον.*

1331. Asclepiades ap. schol. putat hæc ad imitationem illorum esse facta, quæ sunt in Hecuba Eur. 68. *ὦ στεροπὰ Διός· ὦ σκοτία νύξ· τί ποτ' αἴρομ'* [*αἴρομαι*] *ἔννυχος οὕτω δείμασι, φάσμασι.* Ego autem et huc puto comicum respexisse et simul propter voces *νυκτὸς ὄρφνα* ad illud Iph. Taur. 151. *οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων νυκτὸς, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα;* BERG.

κελαινοφαῆ] Codices aliquot *κελαινοφανῆ.*

1332. *δύστανον*] *δύστηνον* Ald. et codices deteriores.

1333. *πρόπολον* A.C. *πρόμολον* F.R.V. Barocc. Cantabrig. 1. Vulgo *πρόσπολον.*

1335. *μελαίνας Νυκτὸς παῖδα*] Fortasse *Νυκτὸς παῖδα μελαίνας.*

1339. *δ'*] *θ'* Cantabrig. 1. *ὕδωρ* producto *υ* dixit, ut Homerus Odyss. *θ*, 426. *θέρμετο δ' ὕδωρ.*

1340. Qui triste insomnium viderant, primo mane se lustrabant marina aut fluviali aqua. Hujus moris exemplum est in Apollonii Argon. 4, 663. ubi viso sub Medeæ et Jasonis adventum somnio exterrita Circe *ἐπιπλομένης ἠοῦς νοτίδεσσι θαλάσσης | ἐγρομένη πλοκάμους τε καὶ εἵματα φαιδρύνεσκε.* BRUNCK. Æschyli Pers. 200. et Persii Sat. 2, 16. addit Berglerus. Ceterum scholiasta, *Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Τημενιδῶν.*

1341. *πόντιε δαῖμον*] Neptune.

τοῦτ' ἐκεῖν'] Hoc illud est, quod mihi per somnum portendebatur; nempe Glyce mihi furata est gallum. Ridicule autem majestati tragicæ tribuit humilitatem plebeiam, quæ comicis propria est. BERG.

1342. *τάδε τέρατα*] *τάδ' ἕτερα* R.

1344. *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι*] Vide annotationem ad scholia.

ὀρεσσίγονοι R. *ὀρεσσίγονοι* V. Vulgo *ὀρεσίγονοι.*

1345. *Μανία* est nomen ancillæ, ut Thesm. 728. a *Μάνης* deductum, quod est nomen servi. BRUNCK.

1348. *εἰ* ter editiones ante Brunckium, qui exæquavit versui 1314: quater R. et Cantabrig. 1. 2.

1350. εἰς ἀγορὰν R. V. Cantabrig. 1. scholiasta et Suidas in κνεφαῖος. Vulgo ἐς τὴν ἀγοράν.

1352. ἐς] ἐπ' R.

1353. ἄχε' om. R.

κατέλιπε] κατέλειπεν V.

1355. ἔβαλον ἔβαλον] Imitatur in istis repetitionibus earumdem vocum Euripidem, qui multus est in illis, ut v. g. Helen. 195. τίς ἔμολεν ἔμολεν, δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων. Ibid. 208. ἀφανές, ἀφανές. In Iph. T. 138. τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες, ἄγαγες; et alibi sæpissime. BERG. ἔλαβον ἔλαβον R. ἔβαλλον ἔβαλλον Cantabrig. 1. 2. et Mut.

1356. ἀλλ' ὦ Κρῆτες (κρήτας R.) Ἴδας (ἴδης Ald. et codices plures) τέκνα] Scholiasta, ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου.

1357. τὰ κῶλά — οἰκίαν] Hæc in unum versum conjungenda.

1358. Δίκτυννα] δίκτυνα R.

1361. διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας] Id est *utraque manu tenens facem*; quomodo etiam in quibusdam veterum numis conspicitur Diana, quæ inde ἀμφίπυρος dicitur a Soph. in Trach. ut erudite monet Spanhem. ad Callim. h. in Dian. v. 11. KUST. Aliquot codices διαπύρους.

1362. Versus ex duobus trimetris dactylicis catalecticis in disyllabum compositus.

ὀξυτάταιν] ὀξυτάτας A. D. E. R. V.

1363. ἂν om. Ald. et aliquot codices.

φωράσω] *Ut ingressa perscruter ad deprehendendum furtum.* Hac significatione adhibitum verbum φωρᾶν Nub. 499. BRUNCK.

1365. τοῦτον addunt codices: om. Ald. τοῦτον C.

1366. ὅσπερ γ' (γ' om. V. ὅστις γ' Mut.) ἐλέγξει] Scribendum ὅπερ ἐξελέγξει cum R.

μόνος] Scribendum μόνον cum R.

1369. τέχνην codices. τὴν τέχνην Ald.

1374. μὰ τὸν] Subauditur Δία vel Ἀπόλλω vel Ποσειδῶ, vel alius cujusvis dei nomen, quod religionis ergo supprimebant, qua de re videndi schol. et Spanhem. [Qui Philonis Judæi locum attulit vol. 2. p. 271. ed. Mang.] Simile exemplum est in Philodemi festivo epigr. πέντε δίδωσιν ἑνὸς τῇ δεῖνα ὁ δεῖνα

τάλαντα, | καὶ βινεῖ φρίσσων, καὶ, μὰ τόν, οὐδὲ καλήν. Diversa ratione istud μὰ τὸν adhibet Strato in venustissimo epigr. 43. ubi nomen dei non supprimit ex usu illo loquendi, sed juraturus se reprimit, inchoatumque non absolvit juramentum: εἰ μὴ νῦν Κλεόνικος ἐλεύσεται, οὐκέτ' ἐκεῖνον | δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τὸν . . . οὐκ ὀμόσω. Ad eumdem modum, dicebant οὐ μὰ τὴν quod Hesych., apud quem perperam excusum οὐ μάτην, exponit οὐκ ἀληθῶς, in quam glossam vid. Bentleius ad Menandri fragm. p. 49. BRUNCK. Vid. Valckenar. ad fragm. Callim. p. 21.

1376. ἐπιθόμην C. Cantabrig. 2. ἐπειθόμην R. V. aliique cum Ald.

1377. αὐτὸν] ἑαυτὸν V.

1378. νυν] δὴ R. V.

Verba ἰδού et ἐχόμεθα vulgo Euripidi, in aliis libris Æschylo tributa: recte utrique in D. F. V. et Mut. quorum V. primo loco adscriptum habet ἀμφότεροι λέγουσι τὸ ἰδού, altero οἱ δύο. Eodem modo libri inter se discrepant v. 1390.

1380. μεθῆσθον C. D. R. et Cantabrig. 2. Vulgo μεθεῖσθον.

σφῷν om. R.

1381. ἐχόμεθα] ἐχόμεσθα Cantabrig. 1. 2.

ἐς Mut. et (cum gl. ἐπί) Cantabrig. 1. εἰς A.C.D.V. et Cantabrig. 2. ἐπὶ vulgo, et R.

1382. Euripidis Medeæ initium.

'Αργοῦς — διαπτάσθαι] ἄργους — διαπτᾶσθαι libri plures.

1383. Philoctetæ Æschyli initium.

1384. κόκκυ] Hoc adverbio utitur Av. 505.

1390. ἦν' ἰδού] ἠνιδού V. Scribendum ἦν ἰδού ut Pac. 327. Monuit Brunckius ad Equit. v. 26.

1391. Ex Antigona Euripidis.

ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

1392. Ex Niobe Æschyli.

1394. κακῶν] κακόν R. V.

1397. ζήτει τι] ζητεῖτε A. R. Mut.

1398. καρτερόν] κρατερόν R.

1399. Legebatur Εὐρ. φέρε — ποῦ φράσω; Δι. (Δι. om. R.) βέβληκ' —. Correxit Seidlerus.

ποῦ] ποῖ R.

τοιοῦτο] τοιοῦτον V. et Mut.

1400. βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα] Id est, *jecit Achilles duo puncta et quatuor*; sive *sex*. Duabus nempe tesseris puncta *duo* (singulis videlicet *unum*) et una sive tertia tessera *quatuor*. Κύβος enim in h. l. non significat ipsam tesseram, sed punctum sive *μονάδα* tesseræ, ut recte ex veteribus grammaticis locum hunc comici exponens monet Eustathius p. 1397, 18. *Κύβον, φασὶ, διχῶς ἔλεγον, αὐτό τε τὸ ἀναρριπτούμενον καὶ τὴν ἐν αὐτῷ μονάδα. ὅθεν λυθείη ἂν καὶ τὸ ζητούμενον ἐν τῷ παρὰ Ἀριστοφάνει κωμῳδουμένῳ στίχῳ, βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. λέγει γὰρ δύο μονάδας καὶ τέτταρα. ἔκειτο δ' ὁ στίχος ἐν τῷ Εὐριπίδου Τηλέφῳ σὺν ἄλλοις ἰαμβικοῖς, ἔνθα κυβεύοντας τοὺς ἥρωας εἰσήγαγε. περιηρέθη, δὲ, φησὶν, ὅλον ἐκεῖνο τὸ ἐπεισόδιον, χλευασθέντος ἐπ' αὐτῷ τοῦ ποιητοῦ.* Hæc utique bonæ notæ sunt, utpote ex veteri grammatico Herodoto excerpta, ut Eustath. ibidem monet. KUST. In Euripidis derisionem utitur hoc versu comicus, quem ille fecerat in Telepho, ubi heroes inducebantur tesseris ludentes, quod episodium, quia theatri risum excitaverat, poeta suppressit. Hic vero idem significat, quod nobis formula e tesserarum etiam ludo desumta, *à vous le dé*. BRUNCK. Conf. annotationem ad scholia. *δύω — τέτταρας* R.

1401. Δι. præfixum in R.

1402. Ex Meleagro Euripidis.

1403. Ex Glauco Potnieusi Æschyli.

νεκρῷ νεκρός.] *νεκρὸς νεκρῷ* V.

1405. *εἰσήνεγκε* F. R. Vulgo *εἰσέθηκε*.

δύο] *δύω* Ald. et pars codicum, inter quos V.

1406. *Αἰγύπτιοι*] Qui adsueti erant gestandis oneribus, quum assidue cogerentur a regibus portare materiam, ad exstruendas præcipue pyramides. BERG. Vid. Av. 1133.

1408. *παιδί', ἡ*] *παιδία ἡ* R. Vulgo *παιδία χή*. Conf. v. 587.

ἡ γυνὴ, Κηφισοφῶν] Simul mentionem facit uxoris Euripidis et Cephisophontis, quia iste eum in scribendo adjutabat et cum ejus uxore rem habebat. Scholiastes: *ὡς οὐ μόνον συμποιοῦντος αὐτῷ τοῦ Κηφισοφῶντος τὰ δράματα, ἀλλὰ ὡς συνόντος αὐτοῦ τῇ γυναικί.* BERG.

1410. *μόνα*] Scribendum *μόνον* cum R.

1411. *ἄνδρες*] *ἄνδρες* libri.

σοφοὶ] Scribendum *φίλοι* cum F. R. Mut. et (in quo annotatum *γρ. σοφοί*) Cantabrig. 1.

αὐτοὺς] *αὐτὸς* R.

1414. Scholiasta, *οὐδὲν ἄρα πράξεις*: *Ἀπολλώνιος τοῦ Πλούτωνος εἶναί φησι τοῦτο, καὶ γίνεται πρόσωπα ἐν τῇ σκηνῇ δ'. τινὲς δὲ τοῦ χοροῦ.*

1417. *φέρε*] *φέρε δὴ* Ald. et pars codicum, inter quos V.

ταδί] *τοδί* D.

1418. *τοῦ χάριν* Euripidi tribuit Brunckius, consentiente codice Elbingensi et, ut videtur, R. V. Plutoni quattuor codices Brunckii, Mut. Vat. et editio Juntina a. 1515. Dionyso se ipsum percontanti scholiasta et Ald. Æschylo tribuit Portus.

1420. *οὖν ἂν* D. F. R. et Cantabrig. 1. *ἂν οὖν* V. et vulgo.

1421. *μέλλῃ* V. et Mut. Vulgo *μέλλει*.

1424. ΕΥ.] Æschylo tribuunt editiones ante Brunckium. Correctum ex C.

1425. Hæc de Alcibiade dicta innuunt, jam eo tempore Alcibiadem absentem esse post infelicem ad Ephesum Antiochi ejus subpræfecti pugnam, postquam in Cherronesum secessit, ut notat antiquus schol. PALMER. Affert hunc versum Plutarch. in vita Alcib. c. 16. p. 199 a.

ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν] Imitatur Ionis Chii ex *Φρουροῖς* fabula versum, ut Helena Ulixi dicebat, *σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν.*

1428. *φανεῖται* R. et Suidas in *Σίφνιοι*. Legebatur *πέφυκε*.

μεγάλα δὲ A. D. R. V. Mut. et Suidas. Legebatur *μάλα δέ γε*.

1430. — 1454. Duplicis hic coaluerunt recensionis exempla, quorum prius Aristophanis; alterum fortasse histrionis alicujus est:

I.

ΔΙ. *εὖ γ', ὦ Πόσειδον· σὺ δὲ τίνα γνώμην ἔχεις;*
ΑΙ. *μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,*
ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.
ΔΙ. *νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, δυσκρίτως γ' ἔχω·*
ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.

ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἑκάτερος εἴπατον
περὶ τῆς πόλεως ἥντιν' ἔχετον σωτηρίαν.
ΕΥ. ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν. ΔΙ. λέγε.
ΕΥ. ὅταν τὰ νῦν ἄπιστα πίσθ' ἡγώμεθα,
τὰ δ' ὄντα πίστ' ἄπιστα. ΔΙ. πῶς; οὐ μανθάνω.
ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.
ΕΥ. εἰ τῶν πολιτῶν οἷσι νῦν πιστεύομεν,
τούτοις ἀπιστήσαιμεν, οἷς δ' οὐ χρώμεθα,
τούτοισι χρησαίμεσθα, σωθείημεν ἄν.
ΔΙ. τί δαὶ λέγεις σύ;

II.

ΔΙ. εὖ γ' ὦ Πόσειδον· σὺ δὲ τίνα γνώμην ἔχεις;
ΑΙ. οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.
ΔΙ. νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα δυσκρίτως γ' ἔχω·
ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.
ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἑκάτερος εἴπατον
περὶ τῆς πόλεως ἥντιν' ἔχετον σωτηρίαν.
ΕΥ. εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ,
αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.
ΔΙ. γέλοιον ἂν φαίνοιτο· νοῦν δ' ἔχει τίνα;
ΕΥ. εἰ ναυμαχοῖεν, κᾆτ' ἔχοντες ὀξίδας
ῥαίνοιεν ἐς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων.
ΔΙ. εὖ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφωτάτη φύσις.
ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες ἢ Κηφισοφῶν;
ΕΥ. ἐγὼ μόνος· τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν.
ΔΙ. τί δαὶ λέγεις σύ;

Explicatius de his dixi in Prolegomenis ad fragmenta p. 515.—522. quæ hic non repetam.

1431 b. Hunc versum om. V. et tres codices Brunckii.

μὲν] δὲ Cantabrig. 1.

1432. ἐκτρέφῃ] Legebatur ἐκτραφῇ. Correxi ex Plutarcho l. c.

1437. εἴ τις πτερώσας] Dictum pro πτερώσαντός τινος: de qua constructione diximus ad Plut. v. 277. KUST.

1437. Versum hunc et quatuor sequentes, ut ἐμβολιμαίους et a sensu loci alienos, obelo olim confixerant Aristarchus et Apol-

lonius grammatici, teste schol.; quorum censuram non puto esse repudiandam. Nam ne dicam versus illos frigidos mihi videri, iisdem etiam sublatis series orationis et ἀκολουθία sensus multo clarior erit et manifestior; quippe tunc Baccho præcipienti et hortanti ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἑκάτερος εἴπατον, | περὶ τῆς πόλεως ἥντιν' ἔχετον σωτηρίαν· Euripides ἀμέσως et apte respondebit: ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν: quæ omnino conjungi debere et male interjectis quinque illis versiculis dirimi, res ipsa attentum lectorem docebit. Nihilominus versus illi non solum in omnibus edd. sed etiam in Mss. reperiuntur. KUST.

Κλεόκριτον Κινησίᾳ] Hæc satis faceta sunt, sed oportet prius scire, quales isti duo fuerint. Cleocritus erat valde vastus et magnus; hinc Av. 877. matrem ei tribuit struthiocamelum, quam facit Magnam Deum matrem. Si ergo talis fuit, minus facile potuisset volare, quam alius aliquis, qui esset levissimo corpore; ut erat Cinesias, qui licet etiam esset procerus, tamen supra modum erat gracilis. Athen. 12. p. 551. ἦν δ' ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος Κινησίας. Hujus ergo tantam levitatem corporis esse vult dicere, ut, si iste Cinesias loco alarum applicetur Cleocrito, quamvis magnæ molis homini, utrumque venti sint in sublime sublaturi. Quam rem per jocum dicit utilem fore Atheniensium reipublicæ. Nam si isti duo sublime volantes in præliis navalibus aceto conspergant hostium oculos, ut videre non possint, facilius eos vincent Athenienses. BERG.

1440. κᾆτ' ἔχοντες] Libri aliquot κατέχοντες: unde in aliis interpolatum ἂν (vel δὴ) κατέχοντές τ'.

1442. ἐγὼ—] Æschylo hæc tribuit R.

1448. χρησαίμεσθα, σωθείημεν ἂν R. et Suidas in σαφέστερον. χρησαίμεσθ', ἴσως σωθείημεν (σωθῶμεν Ald.) ἂν A. D. F. Cantabrig. 1. Mut. Ald.

1449. 1450. Versus spurii nec vetusti, sed ab librario aliquo additi: de quibus dixi ad fragm. p. 521. 522.

1449. γε] γάρ γε Mut.

1450. πράττοντες] πράξαντες R. et Suidas.

1451. ὦ Παλάμηδες] Scholiasta, ἐπειδὴ ὁ Παλαμήδης μηχανητικὸς καὶ ἐφευρετὴς ἦν — διὰ τοῦτο Παλαμήδην τοῦτον καλεῖ. Eupolis

ap. Athen. 1. p. 17. *Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν.* BERG.

1453. Excidit hic versus in R.

1454. *τί δαὶ λέγεις σύ;*] *τί δαὶ σὺ τί λέγεις* R. *τίη δὲ σὺ λέγεις* V.

1455. *πόθεν*; Negatio morata per interrogationem. Sic Conc. 976. percunctanti anui: *οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;* respondet adolescens: *πόθεν*; id est, *οὐδαμῶς*, sed, ut ait Hesychius, *μεθ' ὑποκρίσεως*. Vide Hemsterhusium ad Luciani Tim. p. 115. BRUNCK.

1460. *εἴπερ*] *ἥπερ* Seagerus.

1462. *ἐνθένδ'*] *ἐνθάδ'* D. Cantabrig. 1. Scholiasta, *παρὰ τὴν παροιμίαν, ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τἀγαθά.*

1463. *ὅταν*] *ὁπόταν* V. Cantabrig. 1. 2. Mut.

1463. 1464. Aristides (vol. 1. p. 152. ed. Jebb.) *μόνοι γὰρ ἀνθρώπων τῶν εἰς τὸ κοινὸν πολιτευσαμένων τὴν μὲν οἰκείαν ὥσπερ ἀλλοτρίαν ἐνόμισαν, τὴν δὲ ἀλλοτρίαν οὐχ αὐτῶν ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῶν σὺν κακίᾳ νεμομένων.* BERG.

1465. Illos reditus et quæstus, quos tunc percipiebat civitas, non haberi debere pro reditibus aut quæstibus dicit, sed pro contrario. Intelligit autem, ut schol. dicit, *τὰ θεωρικά, ἢ δικαστικά, ἢ ἐκκλησιαστικά*, i. e. *pecuniam, aut illam quæ ad res sacras et festa celebranda plebi distribuebatur, aut quæ ex judiciis redibat, aut quam accipiebant, qui in concionem venissent.* Sed præcipue illam pecuniam videtur intelligere, quæ ex judiciis redibat, ut patet ex versu sequenti. Athenienses enim civitatibus illis, quæ ipsis erant subjectæ, jus dicebant: et oportebat illos, qui litem aut controversiam de re aliqua inter se haberent, Athenas proficisci, et ibi rem in judicium adducere: et sycophantæ, quorum Athenis erat magnus proventus, sexcentas inveniebant causas, ut litibus involverent et peregrinos Atheniensibus subjectos et incolas et cives; hinc Atheniensium civitas assidue erat occupata in judicando: nec id ingratum erat plebi; nam ex mercede judiciaria alebantur plerique. Hos ergo reditus perniciosos esse reip. vult dicere Æschylus apud comicum. BERG.

1466. *γ'* addidi ex R. scholiasta et Suida in *Περικλῆς*. *γε πλὴν* D. F. V.

1469. *νυν*] *νῦν δὴ* C.

1471. ἡ γλῶττ' ὁμώμοκ'] Vid. ad v. 101.

1472. ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων] Oblitus est, se ad deum loqui. Sic Av. 1637. Hercules ad Neptunum dicit: ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Πόσειδον. BERG.

1474. ἔργον προσβλέπεις μ' εἰργασμένος] ἔργον εἰργασμένος προσβλέπεις R. μ' ἔργον εἰργασμένος προσβλέπεις V. Unde conjici potest ἔργον μ' ἐργασάμενος προσβλέπεις.

1475. Est hic versus parodia Euripidei versus in Æolo: τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ; Eundem versum salse in Euripidem retorsit Lais meretrix, cujus dictum ex Machone refert Athenæus p. 582. C. BRUNCK.

τοῖς] τοῖσι A.

1477. Parodia est versuum Euripidis in Phrixo, quos servavit Stobæus: τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν, | τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν | νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες | οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά. Eadem sententia erat in Euripidis Polyido: τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, | τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται; et diversis verbis in Hippolyto v. 192. BRUNCK.

τίς] τίς δ' V. Vat. et Suidas in τίς δ' οἶδεν.

1478. τὸ δὲ R. V. Cantabrig. 1. 2. Mut. et Suidas. Vulgo καὶ τό.

1479. χωρεῖτε — ὦ Διόνυσ'] Sæpe cum vocativo singulari verbum plurale adhibetur, quando ad plures directa oratione, unus tantum compellatur. Lys. 1166. ἄφετ', ὦ 'γάθ', αὐτοῖς. Vesp. 975. ἴθ', ἀντιβολῶ σ'· οἰκτείρατ' αὐτὸν, ὦ πάτερ, | καὶ μὴ διαφθείρητε. Exempla apud comicum nostrum frequenter obvia. Sic etiam Latini. Terentius Adelph. circa finem:

Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita invisa, Æschine, est,
Quia non justa injusta prorsus omnia omnino obsequor,
Missa facio; effundite, emite, facite quod vobis lubet.

BRUNCK.

τοίνυν] νῦν R.

1480. πρὶν ἀποπλεῖν A. D. F. R. V. Mut. πρὶν ἂν ἀποπλεῖν Cantabrig. 1. πρίν γ' ἀποπλεῖν Cantabrig. 2. πρίν γ' (γ' om. C.) ἀπελθεῖν Ald.

τοι addidit Brunckius.

1482. μακάριος codices. μακάριον Ald.

γ' om. quattuor codices Brunckii et Cantabrig. uterque.

1486. ἄπεισιν] ἄπεισ' R.

αὖ] Legebatur αὖθις.

1489. φίλοισι] Legebatur φίλοις.

1491. χαρίεν] χάριεν R.

1494. τά τε] καὶ τὰ R.

1498. ἀργὸν] ἀργῶν V.

1500. Αἰσχύλε] ὦ 'σχύλε Vat.

1501. τὴν ἡμετέραν] Scholiasta, τοῦτο ἔφη ὁ Πλούτων, ἐπεὶ προσήκει ἡ Ἀττικὴ Δήμητρι καὶ Κόρῃ.

1504. δὸς τουτὶ] Restim mittit Cleophonti, ut se suspendat, ut putat schol. Supra 690. de isto tamquam omnino perituro dicebat: ὡς ἀπολεῖται κἂν ἴσα γένωνται. Ceteri etiam, ad quos dat mandata, ut cito veniant ad inferos, videntur homines fuisse luce non digni. BERG.

1505. τουτὶ A. D. τοῦτο R. et Suidas in Πλούτων. τουτοὶ V. et Vat. τούτοις Ald.

ποριστaῖς] Hæc vox hic de φορολόγοις s. *vectigalium collectoribus* a schol. redditur. Antiphon [p. 791. Reisk.] οἵτινες καὶ νῦν τριάκοντα μνᾶς λαβόντες παρὰ τῶν ποριστῶν καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν πρακτόρων, *qui nunc contra me triginta minis acceptis a quæstoribus, a civibus, ab exactoribus*. Verum quum *quæstores* vulgo ab Atticis, quod ex eorum oratoribus itidem constat, ταμίαι dicerentur, satius est eamdem ποριστῶν vocem hic de φορολόγοις itidem interpretari. Apud Polluc. 4, 34. ποριστὴς in genere de *largitore* dicitur. SPANH. Vid. Boeckh. Œcon. civ. Athen. vol. 1. p. 179.

1506. Νικομάχῳ] Hic est, ut reor, Nicomachus, contra quem Lysias accusationem instituit, quæ exstat. Fuit autem scriba, γραμματεύς, non ὑποκριτής, ut quidam schol. male autumat. PALMER. Fuit ὑπογραμματεύς. Conf. ad v. 1084.

1507. Ἀρχενόμῳ] Hunc Suidas in Ἀδείμαντος vocat Ἀρχέμορον.

1510. ἥκωσιν, ἐγὼ D. R. V. Mut. et Suidas. Vulgo ἥκωσι, omisso ἐγώ.

1512. συμποδίσας] ξυμποδίσας A. C. D. Cantabrig. 1. 2.

1513. λευκολόφου videtur hic esse nomen appellativum e nomine proprio per derisionem factum. Adimantus, de quo hic agitur, filius erat Leucolophidæ. Xenophonti Hellen. 1, 4, 21. vocatur Ἀδείμαντος ὁ Λευκολοφίδου. Sic enim ibi le-

gendum ad codd. fidem, non, ut perperam editum est, *Λευκοροφείδου*. Potest tamen etiam accipi pro nomine proprio, siquidem, referente scholiasta, Eupolis in *Urbibus* Adimantum hunc inducebat sic de se loquentem: *οὐκ ἀργαλέον δῆτ' ἐστὶ πάσχειν τοῦτ' ἐμὲ, | τὸν Λευκολόφου παῖδα*; BRUNCK.

1515. *θᾶκον*] Vulgo [consentientibus R. V.] *θρόνον*, glossa in locum genuinæ vocis recepta, et sic corruptis numeris. Vat. cod. *θῶκον*. Sed hic, ut infra 1522. *θᾶκον* scribi debuit ex Atticorum usu. BRUNCK. *θᾶκον* Bentleius.

1517. *κἀμοὶ* Porsonus. *καί μοι* Bentleius. *καὶ* libri. In D. gl. *τηρεῖν ἐμοὶ καὶ σώζειν*.

1522. *ἐς*] *εἰς* libri.

In A. recte scriptum *θᾶκον*: in D. [et Vat.] *θῶκον*: in C. *θόκον*. Vide quæ de hujus nominis scriptura observavi ad Æschyli Prom. 280. et ad Eurip. Bac. 343. et interpretes ad Luciani Jovem Trag. vol. 2. p. 660. BRUNCK.

1524. *ὑμεῖς*] Chorum alloquitur.

1525. *ἱρὰς*] Legebatur *ἱεράς*.

1526. *τούτου μέλεσι*] Non quod omnes illi versus, qui mox recitabuntur, sint Æschyli; nam in illis Cleophontis est mentio, qui fuit post Æschylum; sed quia quædam ex illo depromta sunt. BERG.

1528. Scholiasta, *ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλου, εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέομεν.*

1529. *ἐς* R. et Cantabrig. uterque. Legebatur *κἐς*.

γαίας R. Vulgo *γαῖαν*.

1530. *τε*] Scribendum *δὲ* cum R.

ἀγαθῶν ἀγαθὰς ἐπινοίας] Ex Eumen. Æsch. 1015. *εἴη δ' ἀγαθῶν ἀγαθὴ διάνοια πολίταις*. BERG.

1532. *Κλεοφῶν*] Erat enim ille Cleophon de numero eorum, qui pacem respuebant, et ante hoc tempus post victoriam Atheniensium ad Cyzicum Endio Laconi legato pacem petenti multum adversatus fuerat, ut ait Diodor. 13. [c. 53. ubi vid. Wesseling. et Schneider. ad Xenoph. H. Gr. 1, 7, 2. in epimetro p. 78.] et iterum postea post pugnam ad Cynossema, Theopompo archonte, ut ait Eurip. schol. ad Or. p. 153. et 202. PALMER.

EQUITES.

PRIMA hæc earum fabularum est quas suo ipsius nomine inscriptas edidit Aristophanes: de quo in proœmio Acharnensium dixi. Nec nomen tantum suum publice est professus, sed etiam, quod ab didascaliæ scriptore est annotatum, primas ipse egit fabulæ partes, quæ Cleoni sunt tributæ. Acta autem est Lenæis mense Gamelione anni quarti olympiadis octogesimæ octavæ archonte Stratocle, qui septimus fuit annus belli Peloponnesiaci, brevi post expugnatam ab Atheniensium copiis Sphacteriam: ad quod factum Demosthenis spectant verba v. 55.

Chorum ex equitatu Attico composuit poeta, id est militibus qui Cleonem non solum minus quam alii cives metuerent, sed etiam ex animo odissent: cujus inimicitiæ quum non pauca in hac ipsa fabula vestigia deprehendantur, tum non minus manifestum in exordio Acharnensium documentum exstat, ubi equitum opera effectum esse dicitur ut Cleo quinque quæ per fraudem accepisset talenta reddere cogeretur. Non perspicitur tamen ex his locis quæ tanti odii caussa fuerit et origo: ut acquiescendum nobis sit in Theopompi narratione, quam ad v. 226. ex scholiasta memorabimus. Equitatum vero dicere malui quam ambiguo uti equitum vocabulo, quod non solum equitatum significat, sed etiam equestrem civium ordinem, quorum etsi non pauci equestria stipendia meruerunt, non tamen proprium hoc fuit ordini illi aut jus aut officium, quum equitatum ex omni civium ordine ab hipparchis esse delectum constet. Equitatum autem, non ordinem equestrem, ab choro repræsentari, vel unus ille versus ostendere possit 225. *ἀλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι.*

Quod Populum personatum introduxit Aristophanes, commune poetæ cum artificibus inventum est, qui Populi personam et statuis et tabulis pictis expresserunt. Et Atheniensium quidem *Δήμου* statuas memorat Pausanias 1, 1, 3. et 1, 3, 5. picturam 1, 3, 3. *Δήμου* Spartanorum *ἀνδριάντα μεγέθει μέγαν* 3, 11, 10. Præ ceteris tamen celebrata fuit Parrhasii tabula, de

qua ita scribit Plinius H. N. 35, 36. *Pinxit Demon Atheniensium, argumento quoque ingenioso: debebat namque varium, iracundum, injustum, inconstantem, eundem exorabilem, clementem, misericordem, gloriosum, excelsum, humilem, ferocem fugacemque et omnia pariter ostendere.*

Duo qui in principio fabulæ in scenam prodeunt servi, Demosthenis Niciæque nominibus appellantur minime servilibus, quæ non a poeta iis imposita, sed a grammaticis esse adscripta colligimus ex argumento fabulæ ab veteri grammatico scripto scholiisque ad versum primum. Ac de Demosthene quidem manifestum est conjecturam duxisse grammaticos ex versu 55, ubi ad Sphacteriam a Demosthene oppugnatam respicitur; alteri vero servo Niciæ nomen videntur tribuisse, quod is in eadem expeditione imperio cessisset Cleoni: de quo dixit Thucydides 4, 27. et 28. Quamvis igitur grammatici rationibus usi sint satis idoneis, tamen ne quid contra mentem poetæ instituatur, sublatis ex indice personarum Demosthenis Niciæque nominibus, restituenda sunt *οἰκέτης α'* et *οἰκέτης β'*, ut in exordio Pacis. Et *θεράποντος* personam ponunt codex Ravennas et scholiasta v. 240. 244. Eadem de caussa Cleonis nomen Paphlagoni cedere debebit, quo per totam fabulam tam constanter nominatum illum videmus, ut veri nominis nulla usquam mentio fiat præterquam in carmine chori v. 976, cujus loci eadem est ratio quæ aliorum non paucorum in aliis fabulis, in quibus nullæ sunt ipsius Cleonis partes.

---

1. Ἰατταταιάξ] Interjectio ex *ἰατταταῖ* producta more sermonis plebeii, ut *βαβαιάξ* ex *βαβαί*, *παπαιάξ* ex *παπαῖ*. *παπαιάξ* in dramate satyrico dixit Euripides v. 153, non dicturus in tragœdia. *ἰατταταιάξ* ex hoc loco sumptum memorant Joannes Alexandrinus *τονικ. παραγγ.* p. 38, 9. ubi in *ἰαττεάξ* est corruptum, Theodosius *περὶ γραμματικῆς* p. 79, 15, ubi *ἰατατάξ*, et Suidas in *ἐποποῖ*. Aristophanem imitatur Theodorus Prodromus in Boissonadii Anecdotis vol. 4. p. 430, 1. *ἰαταταιάξ τῆς ἁδρᾶς γενειάδος*. et 4. *ἰαταταιάξ τῆς κινάβρας τοῦ γράσου*.

2. Cohærent verba *κακῶς κακὸν ἀπολέσειαν*.

Παφλαγόνα] Cleonem ita vocat partim, quod esset peregri-

nus, barbarus et civis non genuinus, de qua re vid. ad Vesp. 1215, partim quia erat homo turbulentus, clamoribus suis omnia miscens. *παφλάζειν* enim significat *ebullire cum fremitu*, ut ollæ nimium ferventes, et metaphorice ad similia transfertur. Infra 919. de Cleone: *ἀνὴρ παφλάζει.* et in Pace 314. *παφλάζων καὶ κεκραγώς*. BERG. Huc respicit Eustathius ad Iliad. p. 360. *Παφλαγόνες μὲν οὖν ἀπὸ Παφλαγόνος, ἐνδόξου ἀρχηγοῦ καλοῦνται. ἡ δὲ κωμῳδία τὴν λέξιν παρέσυρεν εἰς ἀναιδῆ ῥήτορα, ὃν Παφλαγόνα ἔσκωψε, παρὰ τὸ οἷον παφλάζειν ἐν δημηγορίαις.* BRUNCK.

4. *ἐξ οὗ*] *ἀφ' οὗ* Suidas in *εἰσήρρησεν*. Quod alterius scripturæ interpretamentum esse videtur. Hesychius *ἐξ οὗ*: *ἀφ' οὗ*. Apud Thomam M. p. 273. scriptum est *ἐπεὶ γάρ*.

εἰσήρρησεν] *εἰσέφρησεν* varia lectio in scholiis. Hesychius, *εἰσέφρησεν*: *εἰσήγαγεν*. *εἰσέφρηκεν* (*εἰσέφρικεν* codex): *εἰσεπήδησεν*, *εἰσαφῆκεν*. Interpretationem *εἰσεπήδησεν* recte Albertus refert ad scripturam ab scholiasta Aristophanis annotatam: ut *εἰσέφρησεν* etiam Hesychio restituendum videatur, sicut apud Diogenem Laert. 1, 102. variatur inter *εἰσέφρικεν* et *εἰσέφρησεν*. Intransitiva significatione memoratur etiam ab Suida, *εἰσφρήσας*: *εἰσελθών*, et fortasse in glossa, *εἰσφρήσωσιν*: *ἀντὶ τοῦ εἰσδεχθῶσιν*. "*εἴσω τῶν ἱερῶν εἰσφρήσωσιν*." Polybius 22, 10, 7. *ἱππεῖς — οἳ καὶ παραβιασάμενοι τὸν μεταξὺ χάρακα τῶν πολεμίων εἰσέφρησαν εἰς τὴν πόλιν*. sed ubi recte judicat Schweighæuserus Heronem, qui locum illum servavit, suis non Polybii verbis uti. Alciphro 3, 53. *χθὲς Καρίωνος περὶ τὸ φρέαρ ἀσχολουμένου εἰσέφρησα εἰς τοὐπτάνιον*. L. DINDORF. Apparet ex his *εἰσφρεῖν* significatione intransitiva dictum recentioris linguæ vitium esse, non imputandum Aristophani.

5. *πληγὰς — τοῖς οἰκέταις*] *πληγαῖς — τοὺς οἰκέτας* R. Accusativum *πληγὰς* legit scholiasta, qui *κακὰ πράγματα* interpretetur, estque hæc usitata ratio dicendi.

7. *αὐταῖς*] *αὐταῖσι* Γ.Δ.Θ, scholiasta ad hunc locum et ad v. 495, Suidas in *αὐταῖσι διαβολαῖς*, quod ex *αὐταῖσι βουλαῖς* v. 3. est repetitum.

8. *νυν*] *δὴ* R. V.

9. *ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον*] Imitatur sermonem tragicum. Theophylactus epist. 32. p. 50. ed. Boisson. *δεῦρο,*

ξυναυλίαν, ὦ γερόντιον, κλαύσωμεν. Theodorus Metoch. Miscell. p. 304. *οἱ δὲ καὶ (ὑποκρίνονται) ξυναλγοῦντας ὁμοῦ καὶ ξυναυλίαν ὀλοφυρομένους Ὀλύμπου νόμον, ὡς ἡ κωμικὴ παροιμία.*

κλαύσωμεν] *πενθήσωμεν* Suidas in *ξυναυλίαν.*

Οὐλύμπου] Olympus Marsyæ fuit amasius et discipulus, quem idcirco *carum* magistro dixit Ovidius Metam. 6, 392. ubi cum Heinsio lego:

Illum ruricolæ, silvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, et tu quoque carus, Olympe,
Et Nymphæ flerunt.

Apollodorus Olympum Marsyæ patrem facit: alii, quorum potior auctoritas, Marsyam Hyagnidis filium fuisse perhibent, quos sequitur Antipater Thess. Epigr. 29. ubi Hyagnis filii mortem flevisse innuitur. BRUNCK. Ionica nominis forma utitur Euripides qui dicitur Iphig. Aul. 577. *Φρυγίων | αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις | μίμηματα πνείων.* Testimonia veterum de Olympo collegit Clintonus Fast. Hellen. vol. 1. p. 344.

νόμον] *νόμῳ* Suidas et Eustathius p. 1175, 63.

10. Niciæ tribuunt A. B. C. R. V. alii Demostheni. Ego ambobus tribui ex scholiasta, qui recte monet, *ὁμοφωνοῦσιν ἀμφότεροι μύζοντες.* Sic *ἰδοὺ* et *ἐχόμεθα* Æschylus et Euripides simul pronunciant Ran. 1378, 1381. Ceterum sexies scripsi *μυμῦ.* Libri *μὺ μῦ.* *Μυγμοῦ* exempla sunt apud Æschylum Eum. 117. 120. 129.

14. *ἵνα μὴ μάχωμαι*] Eodem sensu Plato Rep. 1. p. 351 d. *ἔστω, ἵνα σοι μὴ διαφέρωμαι.*

ἵνα μὴ] *ἵνα σοι μὴ* A. C. V. Δ. Θ. *ἵνα μή σοι* Γ.

15. *ἀλλ'* om. R.

16. Ex Euripidis Hippol. 345. ut et schol. dicit; ubi Phædra non audet indicare amorem cupitque ut nutrix per conjecturam rem assecuta dicat, quod ipsam dicere pudebat: *φεῦ, πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅμ' ἐχρῆν λέγειν*; ubi scholiasta: *κεκωμῴδηται δὲ ὁ στίχος οὗτος ὑπὸ Ἀριστοφάνους.* BERG. *ἁμὲ χρὴ* ex hoc loco restituendum Euripidi.

17. *τὸ θρέττε*] Juxta scholiastam *θρέττε* vox est barbara, *θαρρεῖν* significans. Videtur potius *ἐπιφώνημα* esse, seu adverbium incitandi, ut *ἀρὺ, σίττε* vel *σίττα* aliaque, quorum nonnulla recenset Eustathius ad Il. p. 855, 19. Hac voce *θρέττε* utebantur vulgo agasones, muliones, iique qui jumenta sarci-

naria et plaustra ducebant, ut hodie ejusdem conditionis homines gallice jumentis clamare solent *hardi!* BRUNCK. Hesychius, *θρέττε* (*θρέται* codex): *τὸ ἀνδρεῖον ἢ θρασύ.* Idem, *θρίττε* (*θρίτται* codex): *ἀνδρεῖον, θρασύ. ἔστι δὲ ἀμετάφραστον.*

18. *κομψευριπικῶς,* extrita propter metri necessitatem syllaba *δι,* libri scripti: *κομψευριπιδικῶς* Ald.

19. *μή μοί γε*] Nub. *μή μοί γε τοῦτον* —. 433. *μή μοί γε λέγειν.* Vesp. 1179. *μή μοί γε μύθους.* 1400. *μὰ Δία μή μοί γ', ὦ μέλε.* Lys. 932. *ποία ψίαθος; μή μοί γε.* 938. *μὰ τὸν Ἀπόλλω μή μέ γε.*

μὴ διασκανδικίσῃς] Scandix quoque in olere silvestri a Græcis ponitur. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poetæ objicit jculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Verba sunt Plinii vol. 2. p. 278. respicit ad Acharn. v.478. *σκάνδικά μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένος.* Ubicunque se offert occasio, Euripidis comicus noster humiles natales exprobrat, oleraque agrestia, quibus vendendis mater illius victum quærebat. Vide Thesm. 456. 910. Ran. 840. BRUNCK. Interpretantur hunc locum Hesychius et Suidas in *διασκανδικίσῃς* et Etym. M. p. 270, 50. per *διευριπιδίσῃς,* quo scholiasta quoque utitur. Sensu proprio, scandicibus vesci, Teleclides apud Athenæum 2. p. 56 d. *ξυγγενέσθαι διὰ χρόνου μ' ἐλιπάρει | δρυπεπέσι μάζαις καὶ διασκανδικίσαι.*

20. *ἀπόκινον,* id est *φυγὴν, ἀποχώρησιν.* Peculiariter sic appellatur saltatio quædam lasciva, de qua vide Meursii Orchestram in *ἀπόκινος.* BRUNCK.

21. *μόλωμεν*] Scholiasta, *τινὲς τὸ μόλωμεν προπερισπῶσι.* Sic v. 26. liber Ravennas *μόλωμεν αὐτὸ μολῶμεν.* Male.

23. *αὐτὸ φάθι*] Sic libri. Scholiasta, *ὅπερ* (*τὸ φαθι*) *ὁ μὲν Ἀπολλώνιος ὀξύνει, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς βαρύνει· παραλόγως γὰρ ὀξύνεσθαι.* Apparet ex his antiquitus *φαθὶ* esse pronunciatum *ὀξυτόνως,* grammaticos vero quosdam rationem usu potiorem habentes *φάθι* scripsisse. Arcadius p. 148, 26. *καὶ τὸ φθὲ οὕτως* (*ὀξυτόνως*) *ἐπεκράτησε λέγεσθαι.* Codex Havn. *φθί.* Corrigendum *φαθί.* Alia corruptela p. 172, 27. *τὸ δὲ βαθί ὀξύτονcν σεσημείωται.*

25. *κατεπάγων*] *κατεπαίδων* R. *κατεπάδων* Γ. *κατεπαγων* Δ.

26. *ἦν, οὐχ ἡδύ;*] Sic bene scriptum et distinctum in B.

Vulgo non interposita distinctione, ἦν οὐχ ἡδύ. ἦν hic valet ἰδοὺ, ut bene exponit scholiastes. ἦν, ἠνί. Posterius occurrit Pl. 75. Sæpe aggregantur ἦν ἰδού: hocque modo scribendum esse existimo, potius quam ἦν' ἰδοὺ, ut excudi passus sum Ran. 1390. et Pace 327. BRUNCK.

27. νὴ Δί] Scribebatur νὴ Δία. Vid. ad v. 319.

29. δεφομένων Bentleius. τῶν δεφομένων libri. Metri vitium correcturus librarius codicis B. scripsit τὸ δέρμ' ὁτιὴ τῶν δεφομένων ἀπέρχεται.

31. του R. Legebatur ποι, quod habet Suidas in βρέτας.

32. ποῖον βρέτας * *] Indicavi lacunam. ποῖον βρέτας, ὦ τᾶν Dobræus, numeris minus elegantibus, ut in Acharn. 761. οὐδὲ σκόροδα. ποῖα σκόροδ'; ὑμὲς τῶν ἀεί. Scribendum puto ποῖον βρέτας πρός; De præpositione πρός casui quem regit postposita dixi ad Soph. Œd. T. 525.

ποῖον βρέτας * *; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ] ποῖον βρέτας; ἐτεὸν ἡγῇ σὺ R. ποῖον βρέτας ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ A. C. Sic Θ. quoque, nisi quod ἡγῇ. ποῖον βρεττέτας ἐτεὸν ἡγῇ γὰρ Γ. βρέτας; ποῖον βρέτας; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ B. et Vaticanus Kusteri. βρέτας; ποῖον βρέτας ἡγῇ γὰρ Δ. ποῖον βρετέττας ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ Ald. Legitque ineptum hoc βρετέττας scholiasta. ἐν παρολκῇ, inquit παίζων.

34. Interpunctionem correxit Berglerus. Vulgo ὁτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ' οὐκ εἰκότως.

ὁτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'] Lepidum argumentum et comœdia dignum, quo Nicias probat esse deos. Ait enim: *oportet utique esse deos, quoniam illis immerito sum invisus*, vel *inimicus*. Simile quid in vita Diogenis narrat Laërtius 6, 42. Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζοι; πῶς δὲ, εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; Idem dictum in vita Aristippi 2, 103. Theodoro philosopho tribuit. Illi enim cum Mythrus quidam dixisset: Ἔοικας σὺ μὴ μόνον θεοὺς, ἀλλὰ καὶ βασιλέας ἀγνοεῖν· Theodorus respondit: πῶς ἀγνοῶ, ὅπου γε καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὄντα νομίζω; KUST.

35. πῃ Θ. πῇ (οι) Δ. πῃ (γρ. καὶ ποῖ) Γ. Legebatur ποι. Restitui πῃ, quod legit scholiasta.

38. ποιεῖν] ποεῖν R. Γ. Θ. Ald.

41. ἄγροικος] ἀγροῖκος R.

κυαμοτρὼξ] I. e. κυάμους τρώγων, ut est in Lys. 337. Scho-

liastes in istis duobus locis exponit: δικαστικὸς et δικάζων: quia fabis utebantur in ferendis suffragiis. Describit autem ingenium populi Atheniensis. BERG. κυαμοτρῶς varia lectio apud scholiastam: cum interpretatione ὁ κυάμοις δικάζων, ὁ τιτρώσκων. Photius p. 182, 7. κυαμοτρώξ: ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς ψήφοις κυάμου.

ἀκράχολος] ἀκρήχολος B. Δ. ἀκρόχολος A. Θ. et Suidas in ἄγροικος.

42. πυκνίτης] πυκνίτης (γρ. πυυκίτης) Γ. πυυκίτης B. C. et correcti Γ. Θ. Vid. ad v. 165. Affert hunc versum Dio Chrysost. vol. 1. p. 655. τὸν τοῦ δήμου θόρυβον πυκνίτην a comicis dictum memoravit Pollux 8, 133.

43. τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ] Initio mensis fiebat mercatus Athenis. Vesp. 169. ἀποδόσθαι βούλομαι | τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις· νουμηνία γάρ ἐστιν. BERG.

48. ἤκαλλ'] ἤκαλλεν lemma scholii. Vid. ad Acharn. 531.

49. Suidas: κοσκυλμάτια, τῶν βυρσῶν τὰ σμικρότατα περικόμματα. Dixit autem comicus ἐξηπάτα κοσκυλματίοις ἄκροις ad Cleonis irrisionem, cui perpetuo sordidam artem objicit, quam exercuerat, antequam ad rem publicam accessisset: et hoc præter exspectationem est. Nam consentaneum erat, ut observat scholiastes, dicere, ἐξηπάτα λογαρίοις αἱμύλοις. BRUNCK.

50. ἐκδικάσας μίαν] Supple δίκην, cognatum verbo substantivum: non, ut scholiastæ placet, ἡμέραν. ἐκδικάσας autem nihil hic magis notat, quam simplex δικάσας. Vesp. 594. κἂν τῷ δήμῳ γνώμην οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ | εἴπῃ τὰ δικαστήρι' ἀφεῖναι πρώτιστα μίαν δικάσαντας. BRUNCK.

51. ἐνθοῦ] Scribebatur ἔνθου.

τριώβολον] Quæ merces fuit judicum. Scholiasta Vesp. 300. ἦν μὲν γὰρ ἄστατον τὸ τοῦ μισθοῦ· ποτὲ γὰρ διωβόλου ἦν, ἐγίνετο δὲ ἐπὶ Κλέωνος τριώβολον.

55. μᾶζαν] μάζαν libri, ut solent, contra regulam Herodiani περὶ μονήρους λέξεως p. 31.

ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν] Quum Lacedæmonii in insula Sphacteria, quæ Pylo ex adverso sita est, ab Demosthene, Atheniensium duce, eo essent redacti ut obsidionem tolerare diutius non possent, Cleo, qui eo ipso tempore Demostheni in imperio successerat, insulæ expugnatæ hostiumque captorum laudem sibi soli arrogavit: vide Thucyd. 4, 39. Hinc explicandum jocu-

lare comici inventum placentam ab Demosthene præparatam Cleonem Populo tanquam ab se confectam apposuisse. Eandem rem tangit infra v. 392.

56. περιδραμὼν] παραδραμὼν V. περιθέων dixit v. 65.

57. παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην] Infra v. 778. dicit adversarius Cleonis, ad Populum de isto facinore: ἁρπάζων γὰρ τοὺς ἄρτους σοὶ τοὺς ἀλλοτρίους παραθήσω. Quod ille etiam facit postea; nam Cleoni leporinas carnes surripit et populi personæ offert, quas pse Cleo erat oblaturus. Ubi quum dixisset Cleo 1200. ἀδίκως γε τἄμ' ὑφήρπασας, alter respondet: νὴ τὸν Ποσειδῶ· καὶ σὺ γὰρ τοὺς ἐκ Πύλου. BERG.

59. βυρσίνην] Salsus jocus. μυρσίνην, *myrti ramum* exspectasses: sed de coriario loquens βυρσίνην, vocem a βύρσα fictam, dixit. In conviviis famuli frondosis ramis muscas a mensa abigebant. Ad hunc morem respiciens comicus scutica Cleonem armatum rhetores ait abigere, innuens eum ægre pati, si quis alius rhetor ad populum verba facere velit. BRUNCK. Etiam infra lepidissime ludit in his vocibus; ubi, quum adversarius Cleonis vellet dicere, avum Cleonis fuisse unum ex satellitibus *Myrrhinæ*, quæ erat Hippiæ tyranni uxor; sic loquitur v. 446. τὸν πάππον — τῶν δορυφόρων τῶν Βυρσίνης τῆς Ἱππίου. BERG.

61. ὁ δὲ γέρων R. et Suidas in σιβυλλιᾷ. Vulgo εἶθ' ὁ γέρων.

σιβυλλιᾷ] χρησμῶν ἐρᾷ, χρησμοὺς φαντάζεται, μαντικῶς ἔχει. Plures vide apud Suidam expositiones, e quibus illæ potiores sunt. BRUNCK.

62. μεμακκοακότα] Suidas: τὰ τῆς Μακκοῦς φρονοῦντα. Μακκὼ γὰρ καὶ Λαιμὼ ἐγένοντο ἐνεαὶ, τουτέστι βαρέως νοοῦσαι. Hesych. μακκοᾶν (male vulgo μακοᾶν) παραφρονεῖν. Ad quam glossam vide interpretes. Infra 396. μακκοᾷ καθήμενον, ubi exponitur ἀνοηταίνει, ἐνεόν ἐστιν. Vide ad v. 198. BRUNCK. Restitui μεμακκοηκότα ex R.

66. τάδε] Scribendum ταδί cum Brunckio.

67. Ὕλαν] ὕλλαν R.Δ.Θ.

68. ἀναπείσετ'] ἀναπείσητ' R, aliique nonnulli et Suidas in h. v.

70. ὀκταπλάσια R. Legebatur ὀκταπλάσιον. Apud Suidam ὀκταπλασίονα in χέζομεν.

71. ἀνύσαντε R. V. Γ. Θ. Vulgo ἀνύσαντες.

72. νὼ τρεπτέον] Eadem constructione Av. 1237. οἷς θυτέον αὐτούς, ubi libri deteriores αὐτοῖς. et in Vesp. 1514. καταβατέον μ' ἐπ' αὐτούς, ubi pronomen vulgo omissum addidi ex R. V. νῶ R, qui hunc versum Niciæ dat. νῶν (i. e. νῷν) C. νῦν A.

73. ΝΙΚΙΑΣ] δημ, R.

τὴν] ἣν R.

74. ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ] νικι, R.

75. αὐτὸς] οὗτος R.

78. ἐν Χαόσιν] Allusio ad v. χαίνω, quia sic divaricatis cruribus podex hiat. In Vesp. 1493. πλήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ, σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων. πρωκτὸς χάσκει. Forte etiam his verbis Cleonem ut impudicum traducere voluit comicus. BRUNCK.

79. τὸ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς] Allusio ad verbum αἰτεῖν. Similis jocus est in Marci Argentarii epigrammate: Ἀντιγόνη, Σικελὴ πάρος ἦσθά μοι· ὡς δ' ἐγενήθης | Αἰτωλή, κἀγὼ Μῆδος ἰδοὺ γέγονα. BRUNCK.

ὁ νοῦς δ'] ὁ δὲ νοῦς Γ.Δ. cum Plutarcho Moral. p. 517 a, duobus Suidæ codicibus in κλωπεύειν, Eustathio p. 1764, 34.

ἐν Κλωπιδῶν] Subauditur δήμῳ. Pagus erat Atticæ Κρωπία dictus: gentile Κρωπίδης, cujus ad imitationem comicus finxit nomen Κλωπίδαι, tanquam a Κλωπία. Alludit autem ad κλὼψ, κλέπτης, innuitque Cleonis furacitatem. E fictis pagorum nominibus sæpe jocum petit. Vide not. ad Av. 1126. Hujus loci meminit Eustathius ad Odyss. p. 1764, 30. μήποτε δὲ καὶ εὐφυῶς καὶ ἀστείως τὸ τοιοῦτον ἐθνικὸν, ὁ Αἰτωλὸς, ἐπελέγη ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῷ ποιητῇ, ἵνα τὸν ἐπαίτην δηλώσῃ. κἀντεῦθεν καὶ ὁ κωμικὸς, εἴτε καὶ ἄλλως ἡ παροιμία, ὠφέληται εἰπεῖν· Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κρωπιδῶν. ἵνα σκωπτικῶς δηλώσῃ τὸν ταῖς χερσὶ μὲν αἰτοῦντα, καὶ οἱονεὶ καὶ αὐτὸν λαλοῦντα, Ἔμβαλε κυλλῇ· (1083.) τῷ δὲ νῷ κλέπτοντα. ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν τραυλισμοῦ ἐκωμῴδουν, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ Κλωπιδῶν. Κρωπιδῶν γὰρ ὤφειλεν εἶναι ὡς ἀπὸ γένους ἢ τόπου. δηλοῖ δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ κωμικῷ καὶ τὸ, Ὁ λᾶς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Vesparum versus est 45. in quo mirum acumen captat Eustathius, ὁλᾷς positum pro ὁρᾷς interpretando per ὁ λίθος. BRUNCK.

80. *κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν* Demostheni, reliqua Niciæ tribuit R, errore inde a versu 72. continuato.

81. *ἀποθάνοιμεν* A. Θ. Libri reliqui, in quibus R. V, *ἀποθάνωμεν*.

83. Imitatur locum ex Sophoclis Helena ab scholiasta allatum, *ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν | καὶ μή τι πλείους τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.* Herodotus 3, 15. a Berglero comparatus, *αἷμα ταύρου πιὼν* (Psammenitus) *ἀπέθανε παραχρῆμα.*

84. *Θεμιστοκλέους*] Narrationem de sanguine taurino a Themistocle epoto consecutaque inde morte ejus, quam neque Herodotus neque Thucydides memorant, explodunt Symmachus ab scholiasta memoratus et Cicero in Bruto c. 11. De quo vide interpretes Thucydidis 1, 138. Eam non probasse, sed tanquam fabulam in vulgus notam usurpasse putandus est Aristophanes.

85. *ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος*] Theopompum comicum apud Athen. 11. p. 485. contulit Berglerus.

86. *χρηστόν τι*] Similem sententiam Hedyli ex Athenæo 11. p. 472. citavit Berglerus, *πίνωμεν· καὶ γάρ τι νέον καὶ γάρ τι παρ' οἶνον | εὕροιμεν λεπτὸν καί τι μελιχρὸν ἔπος.*

βουλευσαίμεθα] *βουλευσώμεθα* Ald. et libri aliquot deteriores.

87. *περὶ ποτοῦ γοῦν ἔστι σοι*] Lysias p. 127, 5. *ὅτι οὐ περὶ πολιτείας ὑμῖν ἔσται, ἀλλὰ περὶ σωτηρίας ὁ λόγος, εἰ μὴ ποιήσαιθ' ἃ Θηραμένης κελεύοι. ὁ λόγος* omissum in duobus codicibus, et recte fortasse.

γοῦν] *οὖν* R. *γὰρ* corr. V. et margo Δ. Videtur librarios *γοῦν* in interrogatione positum offendisse, quo Euripides utitur Hel. 1247. *ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην θανεῖν;*

89. *ἄληθες*] *ἀληθὲς* R. V.

Φιλόστρατος] Quia monitus fuerat in oraculo sibi cavere a Cleone, quem κυναλώπεκα appellatum audiverat, quum quærat Isiciarius, num perceperit, quid hoc nomine significetur, respondet Demus Philostratum esse; quia famoso illi lenoni cognomen fuerat impositum κυναλώπηξ, quo indigetatur in Lys. v. 957. Nihil hic commune habuit cum aliis, quibus cognomen inditum fuit χηναλώπηξ. BRUNCK.

1074. ὅτι ἡ τριήρης] Sic recte A. [et R.V.] Perperam in aliis libris ὅτιὴ τριήρης, manifesta menda. Postulat enim sermonis indoles, ut nomini τριήρης perinde ac sequenti κύων articulus adjungatur, non secus ac in v. 207. quem similis invaserat corruptela: ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν, ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρόν. Reformandus est ad codd. fidem locus in Ran. 455. ubi pravam retinui lectionem, περί τε ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας, quum ad Atticismi normam itidem scripserit comicus, περί τε τοὺς ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας. BRUNCK.

1076. ᾔκασεν] γρ. εἴκασε V. a manu rec. εἴκασεν A.B.Γ.Δ.Θ.

1078. εἶεν] εἶέν R.

1081. Λητοΐδης] λητοίδης R.

Κυλλήνην] Fingit oraculum de hac urbe esse, quia paronomasiam facturus est ἔμβαλε κυλλῇ (χειρί), et significat manum curvam ad munera accipienda paratam. BERG.

1084. φράζει R. Vulgo φράζεις.

1085. ἐς] εἰς Γ.

1086. ἔστιν ἐμοὶ] ἔστι μοι A.C.Γ.Δ.Θ.

1087. βασιλεύσεις] Scribendum βασιλεύεις cum R.

1088. ἐρυθρᾶς] ἐρυθρῆς B.

γε] τε A.C.V.Γ.Δ.Θ.

1089. γ' fortasse delendum.

λείχων ἐπίπαστα] Conf. v. 103.

1090, 1092. μοὐδόκει R. Legebatur μοι 'δόκει.

1090. ἀλλ' ἐγὼ εἶδον ὄναρ] Cleo ad decipiendum Populum insomnia fingebat, ut supra 809. ad eum dicit Allantopola: τόνδ' ἐξαπατᾷς καὶ ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ. Ob eamdem caussam etiam oracula quædam jactabat, ut supra v. 61. de eo dicebat Demosthenes: ᾄδει δὲ χρησμούς. Hinc data est occasio poetæ, ut institueret certamen inter Cleonem et ejus adversarium, de oraculis et insomniis. BERG.

1091. πλουθυγίειαν] πλοῦθ' ὑγίειαν R.

1093. ἐκ πόλεως] Ex acropoli.

γλαῦξ] Scribebatur γλαὺξ, quo accentu Attici non utuntur. De quo dixi ad Thesaurum Stephani.

1094. ἀρυβάλλῳ] Genus poculi, quod sic describit Athenæus 11. p. 783: ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνωθεν δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους καλοῦσιν. Hic *poculum* potius significat, non (ut schol. vult) *crumenam*.' KUST.

1098. νῦν R.Γ.Δ. Vulgo μήν.

1100. ἐγὼ] ἔγωγε R.Δ.Θ.

1102. οὐκ] οὐδ' V. Sic Vesp. 1337. ὡς οὐδ' ἀκούων ἀνέχομαι δικῶν.

1103. Θουφάνης] γρ. θεοφάνους Θ. ὑπογραμματέα fuisse narrat scholiasta. De quo genere hominum vide ad Ran. 1084.

1108. ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ] Solœcum est ἂν duplicatum ante subjunctivum. Prius omisit Suidas in ἡνία et πυκός. Scribendum cum Reisigio Conject. p. 188. ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον αὖ ποιῇ. Nam antea jam Demi benevo-

lentiam oblatis muneribus certatim captaverant Cleo atque isiciarius.

ἂν ποιῇ] ἂν ποῇ Δ.Θ. ἂν εὖ ποιῇ Γ.

1109. πυκνὸς R.V. et Herodianus apud Stephanum Byz. in πνύξ. Legebatur πυυκός, consentiente Suida.

1110. Prior versus pars ἀλλαντοπώλῃ, altera Cleoni tribuebatur. Correctum ex A.B.R.V.

εἴσω R. et γρ. Γ. Vulgo ἤδη.

1118. πρὸς τόν τε R. et Suidas in εὐπαράγωγος. Reliqui libri πρός τε τὸν.

1119. δέ] τε Γ.Θ. γρ. δέ Γ.

1121. et 1141. Captat poeta his carminibus benevolentiam spectatorum cavetque ne quæ Demus adhuc edidit stultitiæ documenta secus interpretentur.

1126. βρύλλων] ὑποπίνων interpretantur grammatici, a βρῦν derivantes, quæ infantium vox est, de qua vide ad Nub. 1482.

1130. ἄρας] Vid. ad Lys. 799.

1131. χοὔτω] χ' οὕτω R. et Suidas in πυκνότης. Legebatur οὕτω.

1136. ὥσπερ δημοσίους] Tanquam victimas publicas.

1137. πυκνὶ V. πυκνῇ R. Vulgo πυυκί. Vid. ad v. 165.

1139. παχὺς] Ambiguo utitur vocabulo, quod non solum opimas victimas significat, sed etiam divites homines, ut ἀνὴρ παχὺς Vesp. 287.

1144. κἄμ' R. Vulgo καί μ'.

1150. κημὸν καταμηλῶν] Id est, *camum judicialem specilli loco in fauces immittens*. Nam ut medici specillo ori immisso vomitum ciere solent (quod Græci μηλῶσαι et καταμηλῶσαι vocant): sic ego (inquit hic populus) fures ærarii, postquam divites facti sunt, vomitu quasi remetiri cogo ea, quæ malis acquisiverant; ad quam rem specilli loco adhibeo camum judicialem. Idem autem est, ac si diceret: Suffragiis meis damnatos mulctam gravissimam mihi persolvere cogo: vel, publice damnatos bonis omnibus exuo. Κημὸς enim erat vas ex junco vel vimine textum, in summo latius, in imo angustius, specilli instar; per quod judices calculos in cadum demittebant. KUST.

1151. ΚΛΕΩΝ] δημ' R, totum ei versum tribuens.

ἅπαγ'] ἔρρ' varia lectio scholiastæ.

1154. δεκάπαλαι] Vox comico more composita. Philonides apud Athen. 1. p. 23. *κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι.* BERG.

1155. πρόπαλαι πάλαι πάλαι] Præstat conjunctim scribi προπαλαίπαλαι, pariterque v. 1157.

1157. βδελύττομαι σφῷ] Scribebatur βδελύττομαί σφω.

1158. εἰ δὲ R. Vulgo εἴ γε.

1160. ποιῶμεν] ποῶμεν Γ.Δ. ποοῦμεν R.

1161. ἰδού isiciario, ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ Cleoni vulgo tribuitur. "Loquendi vices in B. aliter, et prout personis convenit, divisæ "sunt. Prior, ut par est, Cleo Demi consilium probat, eique "exsequendo se accingit, dicens ἰδού. Postea isiciarius e scena "erumpens ait, ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. His in verbis, Cleoni si tri-"buantur, parum est acuminis; sin isiciario, plurimum. Glo-"riatus fuerat Cleo v. 742. se duces exercitus ad Pylum *sup-"plantavisse*: τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν τοὺς ἐν Πύλῳ. Id-"circo isiciarius ei nunc dicit: *haud sane me in hoc cursu, ut "alios facere soles, supplantabis.* ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. *Supplantari "me non sino.* Eadem est significatio verborum ὑποδραμεῖν et "ὑποθεῖν: estque istuc eo facetius, quod simul adludit ad "Demi verba θέοιτ' ἄν." BRUNCK.

1163. ἢ 'γὼ θρύψομαι] *Nisi delitias faciam.* Gallice: *ou il faudra que je sois bien difficile.* Vel *ou je ferai bien le renchéri.* Vim verbi non reddiderat Berglerus vertens, *aut profecto obtundar.* BRUNCK.

1169. τἠλεφαντίνῃ] Respicit ad statuam Minervæ χρυσελεφαντίνην, de qua vide scholion ab me editum.

1172. Πυλαιμάχος] Fingit deæ nomen e rebus ad Pylum gestis. Conf. v. 1167.

1174. ὑπερέχει σου χύτραν] Parodia versuum Solonis apud Demosth. p. 226, 27. τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη | Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει. De locutione τὴν χεῖρα ὑπερέχειν v. Hemsterh. ad Lucian. Timon. c. 10. vol. 1. p. 118.

1177. σοὔδωκεν] Libri σοι δῶκεν vel σοι 'δωκεν.

1178. ὀβριμοπάτρα A.R.V.Γ.Δ. Vulgo ὀμβριμοπάτρα. "Insititiam literam μ in ὄβριμος et compositis non agnoscit genui-"nus sermo Græcus. Librariorum vel grammaticorum sequio-"ris ævi commentum est. Quod autem ad prosodiam adtinet,

" cujus lex violata videri possit ob productam hujus vocis pri-
" mam syllabam, eam sequitur comicus, qua epici poetæ, a
" quibus ridiculi causa illa Palladis epitheta sumsit, eam vocem
" efferre solent, in qua licentiæ est locus, quia extra communis
" et comici sermonis usum est. Apud Athenæum etiam pag.
" 94. E. ubi hi versus proferuntur, exstat *ὀβριμοπάτρα.*"
BRUNCK. *γ'* om. V.

1180. *τοῦ πέπλου*] Qui in Panathenæis consecrari Minervæ solebat. V. schol. ad v. 566.

1181. *Γοργολόφα*] Vid. ad Acharn. 567.

ἐκέλευε] *ἐκέλευσε* V.

1182. *ἐλατὴρ* genus est placentæ; Suidæ, *πλακουντῶδες πέμμα πλατὺ, ὅθεν καὶ ἡ ἐπωνυμία· παρὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἐλαύνεσθαι εἰς πλάτος. ἢ ἄρτος πλατὺς, ἐν ᾧ τὸ ἔτνος ἐτίθεσαν, καὶ προσῆγον τοῖς βωμοῖς.* Posterioris generis est placenta illa in Dionysiaco sacro offerenda, Acharn. 245. *ὦ μῆτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, | ἵν' ἔτνος καταχέω τοῦ 'λατῆρος τουτουί.* Ludit autem comicus in adfinibus vocibus *ἐλατὴρ, ἐλαύνειν.* BRUNCK.

ἐλαύνωμεν] *ἐλαύνοιμεν* V.

1183. *ταδί νυν*] Scribebatur *ταδὶ νῦν.*

1185. *ἐς*] *εἰς* libri.

ἐντερόνειαν] Suidas: *τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀρχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖται· οἱ δὲ τὸ τῶν νεῶν ἔδαφος· οἱ δὲ τὰ ἐγκοίλια. βέλτιον δὲ τὴν τῶν ἐγκοιλίων ὕλην λέγειν. Costæ* seu *statumina.* Similis est præcedenti jocus: neuter Latine exprimi potuit. BRUNCK.

1187. *καὶ πιεῖν*] *κἀκπιεῖν* V.

κεκραμένον τρία καὶ δύο] Intelligit ordinariam et maxime olim apud Græcos usitatam vini temperaturam, qua duabus vini partibus tres aquæ admiscebantur. Vide omnino Eustathium p. 1624. KUST.

1189. *ἐνετριτώνισε*] Tribus aquæ portionibus miscuit. Vox a comico conficta. KUST.

1195. *τάδ'*] *τόδ'* Γ.Δ. *τόδ'* Θ.

1196. *ἐκεινοὶ γὰρ* Elmsleius ad Acharn. 754. *ἐκεῖνοι γὰρ* R.V.Γ.Δ.Θ. Legebatur *ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ'.*

ἔρχονται. τίνες;] *ἔρχονταί τινες* diversa lectio scholiastæ.

1197. *βαλάντια*] *βαλλάντια* R.Γ.Δ.Θ.

1200. Dum Cleo aliorsum spectat, interea leporinam ei surripit Allantopola et offert Populo. Idem iste Allantapola dicit supra 745. ἔψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην. BERG.

1201. τοὺς ἐκ Πύλου] Nempe illos trecentos Lacedæmonios in insula Sphacteria captos. Quod autem hic aperte dicit de Cleone, id de eo allegorice dicebat Demosthenes v. 55. ἐμοῦ μᾶζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν | πανουργότατά πως περιδραμὼν ὑφαρπάσας | αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. BERG.

1206. ὑπεραναιδευθήσομαι Elmsleius ad Eurip. Heracl. 387. Libri et Suidas ὑπεραναιδεσθήσομαι. Mihi ὑπεραναιδισθήσομαι corrigendum videri dixi ad v. 398.

1214. ἔνεστιν A.R.V.Δ.Θ. ἔνεστ' (γρ. ἔστιν) Γ. ἔστιν C. Vulgo ἔστ'.

οὐχ R. ἀλλ' οὐχ A.C.V.Γ.Θ. Vulgo ἀλλά γ' οὐχ.

1218. τάδ' Elmsleius. Legebatur νυν, quod om. R.V.Γ.Δ.Θ.

1221. εἰργάζετο] σ' εἰργάζετο Θ. σ' ἠργάζετο R. ἠργαζόμην sæpe scriptum in codice Parisino 2934. Demosthenis. ἠργάζετο in marmore Elginiano apud Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 287. Similiter ἠθισμένος pro εἰθισμένος et alia hujusmodi non raro inveniuntur in libris antiquis.

1225. τυ] τοι R.Γ.Δ.Θ. altera scriptura annotata in Γ.Θ. Scholiasta, μιμεῖται δὲ τοὺς Εἵλωτας ὅταν στεφανῶσι τὸν Ποσειδῶνα. Quæ referenda esse ad Εἵλωτας τοὺς ἐπὶ Ταινάρῳ σατύρους, quos ex Herodiano memorat Eustathius p. 297, animadvertit O. Muellerus in Niebuhrii Museo Rhenano vol. 3. p. 488. Quod carmen fuit poetæ veteris ignoti, quem τὸν τοὺς Εἵλωτας ποιήσαντα appellant Herodianus περὶ μονήρους λέξεως p. 10, 34. 26, 29. et Athenæus.

κἀδωρησάμαν V. Scribebatur κἀδωρησάμην, quod habet Eustathius p. 125 extr. Dorica dialecto carmen illud scriptum fuisse ex fragmentis apparet. Fortasse autem κἀδωρυξάμαν scribendum. Apud Theocritum 7, 42. δωρύττομαι, ubi libri multi δωρήσομαι.

1230. Libri φράζων ὑφ' οὗ δεήσει μ' (δεήσειν A.Δ.) ἡττᾶσθαι μόνου. Quod vitium alii aliter, nemo probabiliter, correxerunt. Scribendum videtur φράζων ὑφ' οὗ με χρή 'στιν ἡττᾶσθαι μόνου. De quo dixi ad Sophoclis Œdip. Col. 504. Futurum δεήσει ab interprete positum qui χρή 'σται legisset.

1233. εἴ τι ξυνοίσεις] Schol. εἰ συμφωνήσεις, εἰ μεθέξεις. Sophocl. Ajac. 430. ubi Ajax loquitur: αἰ αἰ, τίς ἄν ποτ᾽ ᾤετ᾽ ὧδ᾽ ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς, ubi scholia: ξυνῳδὸν ἐσόμενον. BERG.

1237. μοὐ] 'μοῦ V. Legebatur μου. μοὐ est μοι ὁ. Quam crasin restitui Vesp. 902. ποῦ μοὐ διώκων ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων; ubi libri ποῦ δ᾽ οὑ διώκων.

1238. εἶεν om. R.Θ.

1239. ἐναντία R. Vulgo ἐναντίον.

1240. Ex Telepho Euripidis.

1242. καί τι καὶ βινεσκόμην Meinekius. Vulgo Κλ. καὶ τί; Ἀλλ. καὶ βινεσκόμην. Nub. 1076. ἐμοίχευσάς τι. Demosthenes p. 402, 23. κατακλίνεσθαι καί τι καὶ ᾄδειν ἐκέλευον.

1244. λεπτή τις ἐλπίς ἐστ᾽ ἐφ᾽ ἧς ὀχούμεθα] De hac locutione copiose dictum a Porsono ad Eurip. Orest. 68. ἐπ᾽ ἀσθενοῦς | ῥώμης ὀχούμεθα. Annotata est a Phrynicho in Bekkeri Anecd. p. 49, 27.

1249. κυλίνδετ᾽] κυλίνδετέ μ᾽ R. Versus ex Bellerophonte Euripidis.

1251, 1252. Parodia versuum Euripidis Alcest. 179, 180.

θνήσκω· σὲ δ᾽ ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται
σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ᾽ ἴσως.

1252. οὐκ ἂν] οὐχὶ Suidas in κλέπτης et οὐχὶ μᾶλλον.

1254—1256. choro tribuebantur. Correctum ex R.

1256. ἔσομαι R. et γρ. Γ. et Suidas in Φανός. Legebatur γένωμαι.

Φανὸς proprium viri nomen est, quod occurrit etiam in Vesp. 1220. quo ex loco conjicere possis, scribam illum fuisse Cleonis familiarem. Si nomen fictum non est, nulla hic esse possit adlusio ad v. φαίνειν, delatorum et sycophantarum proprium, cujus significationis in exemplum hunc locum citat Eustathius p. 1607, 16. ὅτι δὲ οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ οὐκ ἀγαθὴν λέξιν εἶχον τὸ φαίνειν, δηλοῖ καὶ ὁ συκοφάντης, καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν. BRUNCK.

1258. τἀγορᾷ A.B.C.R.V.Γ.Δ.Θ. τῇ ἀγορᾷ Ald.

1259. τοίνυν] τοίνυν γ᾽ Ald.

1263. Κεχηναίων] Schol. ἔπαιξε παρὰ τὸ Ἀθηναίων. Factum nomen a κέχηνα, quod de stultis et imprudentibus sæpe usurpat comicus. BRUNCK.

1264. ΧΟΡΟΣ] χοροῦ κομμάτιον R. Exordium τί κάλλιον—ἀείδειν ex carmine Pindarico sumptum esse annotavit scholiasta.

1265. ἐς] εἰς Suidas in ἀνέστιος et Θούμαντις.

Λυσίστρατος] Vid. ad Ach. 855.

1269. Θούμαντιν] Pauper et fatidicus, ut ait schol. Macrum eum etiam fuisse patet. Athenæus 712. p. 551. citat Hermippi comici locum: βοίδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος. BERG.

1270. οὗτος] Legebatur οὑτοσὶ, forma in tali carmine non ferenda.

ὦ φίλ' R.V.Γ.Δ.Θ. Aberat ὦ.

ἀεὶ ex conjectura addidi.

θαλεροῖς] θαλεροῖσι Ald.

δακρύοισιν] Libri δακρύοις.

1273. ἐν δίᾳ R.Γ.Δ, cum hiatu vix excusando. Legebatur ἐν διὰ τὸ. Πυθῶνι δίᾳ sumpsit a Pindaro Pyth. 7, 10. Ἄπολλον, οἵ τεόν γε δόμον | Πυθῶνι δίᾳ | θαητὸν ἔτευξαν. Itaque vix dubitari potest quin ἐν ab interprete illatum sit: quo ejecto alia est restituenda vocula, μὴ, etiam propter sensum necessaria, σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι δίᾳ μὴ κακῶς πένεσθαι. Verba σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας cum infinitivo construuntur quia notionem continent implorandi. Similiter προσπίτνω apud Euripidem Electr. 221. ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, προσπίτνω σε μὴ θανεῖν.

1274. παράβασις præscriptum in R. λοιδορεῖσθαι pro λοιδορῆσαι scholiasta et Suidas.

1277. αὐτὸς R. et Suidas in εἰ μὲν οὖν et λοιδορεῖσθαι. Vulgo οὗτος.

ἦν] ὢν R. et Suidas in εἰ μὲν οὖν.

1278. Ἀρίγνωτον] Hunc fuisse citharœdum ait scholiastes. Comicus hic fratrem Ariphradis dicit esse. Eorum pater fuit Automenes, cui comicus in Vesp. 1275. dicit, tres fuisse filios, unum citharœdum, qui sine dubio est iste Arignotus, alterum histrionem, tertium Ariphradem. Cæterum hunc *Arignotum* notum omnibus esse dicit, alludens ad significationem vocis ἀρίγνωτος, i. e. *valde notus* aut *notabilis*. BERG.

1279. Proverbium est de rebus notis, ut ait scholiastes: ὅστις οἶδε τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν. Matron ap. Athen. 4. p. 135. de sepia: ἡ μόνη ἰχθὺς ἐοῦσα τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν οἶδεν. BERG.

ἢ τὸν ὄρθιον νόμον] Erat modulatio quædam, quasi dicas

suscitatoria. Facit autem ejus mentionem, quia etiam erat res nota et quia de musico loquitur. BERG.

1280. *ξυγγενὴς* ex Brunckii editione remansit. Codices, ut videtur, et Ald. *συγγενής*.

1281. *πονηρός· ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται*] Andocides p. 13, 39. *Ἐπιχάρης δ' οὗτος ὁ πάντων πονηρότατος καὶ βουλόμενος εἶναι τοιοῦτος.* BERG.

1282. *οὐ γὰρ—παμπόνηρος* om. V.Γ.Δ.Θ.

1285. *κασαυρίοισι*] Duplex hujus nominis et cognatorum forma exstitit, altera per *αυ* diphthongum scripta, altera per *ω*, de quibus vide Albert. ad Hesychium in *κασωρεῖς*. Aristophani *κασωρίοισι* restituendum ex Stephano Byzantino in *κασώριον*, qui gravior auctor est quam Suidas in *κασσαυρίοις* et qui *ἐν κασαυρίοις* sine nomine scriptoris memoravit Pollux 6, 188. quod ab librariis pro *κασωρίοις* substitutum esse potest. *κασαλβίοις* diversam lectionem annotavit scholiasta.

λείχων] *λίχων* R.

1286. Nomen *ἐσχάρα* hic *τὸ γυναικεῖον μόριον* significat, ut Eustathius declarat ad Odyss. p. 1323, 29. *δῆλον δ', ὅτι ἐσχάραν καὶ τὸ γυναικεῖον ἐκάλουν μόριον.* Hancque præstabat expositionem sequi, præ illa scholiastæ, *τὰ χείλη τῶν γυναικείων αἰδοίων.* BRUNCK.

1287. *Πολυμνήστεια*] Polymnestum, poetam Colophonium, et Œonichum inter *ἀρρητοποιοὺς* fuisse ait scholiasta et de Polymnesto Cratini affert versum, *καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει μουσικήν τε μανθάνει.* ex quo Photii glossa sumpta est, *Πολυμήστει' ἀείδειν: γένος τι μελοποιίας· Κολοφώνιος δὲ ὁ Πολύμνηστος.*

1289. *οὔποτ'*] Libri nonnulli *οὔτε ποτ'*, unus *οὐδέποτ'*. *κοὔποτ'* Athenæus 10. p. 446. *μήποτ'* Suidas in *Ἀριφράδης* (qui *οὔποτ'* in *Πολύμνηστος*) et scholiasta Luciani vol. 3. p. 164.

1290. *ἐννυχίαισι φροντίσι*] Euripides Hipp. 378. ab scholiasta comparatus, *ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ | θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος.* Quem locum iterum ridet Ran. v. 931.

1295. *μὲν* addit Bentleius.

1297. *τῆς σιπύης* R.V.Γ.Δ.Θ. Aberat *τῆς*.

ἂν ὁμοίως R. Vulgo *ἀνομοίως*. *ἐὰν ὁμοίως γρ.* C. *ἀλλ' ὅμως* A.Δ.Θ. et *γρ.* Γ.

1300. *ξυνελθεῖν*] *συνελθεῖν* Γ.Δ.Θ.

ἐς] εἰς libri.

1302. οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;] Parodiam esse versus Euripidei Alcmæone annotavit scholiasta. Quod de Alcmæone τῷ διὰ Ψωφῖδος esse intelligendum ostendi in præfatione ad Alcestin p. 9.

1303. Καλχηδόνα Casaubonus. Libri Καρχηδόνα. Vid. ad v. 174.

1304. μοχθηρὸν] πονηρὸν R.Γ.Δ.Θ.

1305. ταῖς] τὰς R.Γ.Δ.

1307. χρῇ] Scribebatur χρή.

1309. Ναυφάντης—Ναύσωνος] Nomina a ναῦς ficta.

1311. ἢν δ' ἀρέσκῃ R.Γ. et γρ. Θ. ἂν δ' ἀρέσκῃ A.V.Δ.Θ. εἰ δ' ἀρέσκει C. εἰ δ' ἀρέσκοι vulgo.

καθῆσθαι] καθεῖσθαι R.

δοκεῖ Bentleius. δοκῶ libri et Suidas in Θησεῖον.

1312. ἐς] εἰς libri.

πλεούσαις] Scribendum πλεούσας cum Reiskio. Conf. Vesp. 270. ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ', ὦνδρες, ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν.

1316. κλείειν] Scribendum κλῄειν. Quæ antiquior scriptura Aristophani ubique restituenda videtur. ἀποκεκλήκαμεν (id est ἀποκεκλῄκαμεν) servarunt libri in Av. 1262.

1319. Legebatur ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε καὶ φέγγος ἐν (ἐν om. A.C.V.Γ.Δ.Θ.) Ἀθήναις. Correctum ex R.

1320. κνισῶμεν scholiasta. Vulgo κνισσῶμεν. "κνισσᾶν ἀγυιὰς "est in vicis vel ante fores ædium diis sacrificare. Qua phrasi "usus etiam est in Avibus v. 1233. et Demosth. c. Midiam: "χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισσᾷν ἀγυιὰς καὶ στεφανη-"φορεῖν. Vide etiam Polluc. 1, 28. Alii tamen scribendum "censent ἀγυιᾶς cum circumflexo in ultima, tanquam a nomin. "ἀγυιεὺς, inter quos est Harpocrat. v. Ἀγυιᾶς, quem vide." KUST.

1321. ὑμῖν] ἡμῖν Ald.

1323. ἰοστεφάνοις] ἰοστεφάνοισιν R.Θ. Vid. Acharn. 637.

1324. ἴδοιμεν Brunckius. Libri ἴδωμεν.

τιν' addidit Porsonus.

ποῖος Reisigius in Conjectaneis in Aristoph. p. 151. Libri καὶ ποῖος.

1327. φαινομέναισιν] φαινομένῃσι A.Γ.Δ.Θ. φαινομέναις Ald.

1329. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι]

Imitatur Pindari verba, ab scholiasta ad Acharn. 673. et Nub. 298. aliisque scriptoribus servata, *λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι.* quibus verba *ὦ ταὶ* ex Aristophane recte videtur addidisse Brunckius, *ὦ ταὶ λιπαραὶ*—. Apud Æschinem epist. 4. *αἵ τε λιπαραί.*

1331. *τεττιγοφόρας*] Legebatur *τεττιγοφόρος.* Correxit Porsonus ex Hesychio, qui ita scribit, *τεττιγοφόρας: Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν τῆς κεφαλῆς τριχῶν εἰρομένων* (supplendum *ἐφόρουν*) *χρυσοῦς τέττιγας.* Quæ Musurus inepte interpolavit ex Suida in *τεττιγοφόροι.* De cicadis his v. Thucyd. 1, 6.

λαμπρός] *λαμ̄* R. Quod fortasse erunt qui in *λάμπων* mutare volent.

1332. *χοιρινῶν*] Quibus judices utuntur. Vid. Vesp. 332, 349. In Ald. *χοιρίνων.*

1333. *ξυγχαίρομεν*] *συγχαίρομεν* Δ.Θ.

1334. *τοῦ Μαραθῶνι* Bentleius. Legebatur *τοῦ 'ν Μαραθῶνι. τοῦμμαραθῶνι* R.

1337. *μέλ'*] *μέλε'* Γ.Θ.

1338. *οἷ'* R.V.Γ.Δ.Θ. Legebatur *οἷον.*

1339. *τί δ' ἔδρων πρὸ τοῦ, κάτειπε, καὶ ποῖός τις ἦ* R. Legebatur *τί δ' ἔδρων, κάτειπέ μοι, πρὸ τοῦ; ποῖός τις ἦ* (*ἦν* A.C.V.Γ. Δ.Θ. *εἶ* B.)

1340. *τἠκκλησίᾳ*] *τῆι κλησίαι* R. hic et alibi.

1341. *ἐραστής* R. Legebatur *ἐραστής τ'.*

1344. Suidas: *ἀνορταλίζειν. καὶ ἀνωρτάλιζες, κούφως ὠρχοῦ, ἐπῄρου· καὶ ταχέως ἐπίστευες, πρὶν δοκιμάσαι. ὀρταλίζειν δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἀναπτεροῦσθαι ὀρνέων.* Hesych. *ἀνορταλίζειν, ἅλλεσθαι. ἐντεῦθεν καὶ οἱ νεοττοί, ὀρτάλιχοι.* Idem *κερουτιᾷ, γαυριᾷ. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑψαυχενούντων ταύρων.* BRUNCK.

1346. *τί φῄς;* extra versum posui, ut in Nub. 235. *ταυτί μ' ἔδρων, ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐκ* R.V.Γ.Δ.Θ. Legebatur *τοιαῦτά μ' ἔδρων, ἐγὼ δ' οὐκ.*

ᾐσθόμην] *ᾔδειν* R.V.Γ.Δ.Θ.

1347. *γ' ἂν* R. Legebatur *γάρ.*

ἐξεπετάννυντο—ξυνήγετο] Conf. ad v. 720.

1348. *σκιάδειον* A. Vulgo *σκιάδιον.* Priorem nominis formam frequentat comicus. Vide Av. 1508. 1550. Thesm. 823. 829. BRUNCK. *σκιαδεῖον* Γ.Δ.Θ. *γρ. καὶ σκιάδιον* Γ.

1350. Δί' εἴ γε Porsonus. Libri Δία γ' εἰ.
δύο A.C.R.V.Δ.Θ. δύω Ald.

1351. ποιεῖσθαι] ποεῖσθαι R.
μακρὰς V. correctus, A.Γ.Δ.Θ. Reliqui libri, inter quos R, λέγων. In margine V. γρ. μακρὰς χωρὶς τοῦ λέγων, in Γ. superscr. ἢ λέγων κείμενον.

1352. τοῦθ' A. et superscr. in B. τοῦτο θ' Γ.Δ. τούτων R. Legebatur τοῦτον cum interpunctione post καταμισθοφορῆσαι. τοῦτο pecuniam dicit navibus impendendam.

1353. ἂν om. V.

1355. πρότερον] προτέραις A. et Suidas in αἰσχύνομαι.

1357. νυνδὶ Seidlerus. νῦν δὲ libri. Eustath. p. 45, 6. ἐπέκτασιν ποιεῖ οὐ μόνον τὸ ι ἐν τῷ οὑτοσὶ καὶ νυνὶ καὶ ἐνταυθὶ κατὰ τὸν τεχνικὸν Γεώργιον—καὶ νυνμενὶ, φησὶ, καὶ νυνγαρὶ ἀντὶ τοῦ νῦν—. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δ μετὰ τοῦ ι, οἷον ὁδὶ καὶ νυνδὶ ἀντὶ τοῦ νῦν (imo ἀντὶ τοῦ νῦν δέ). νυνδί restitui Plut. 1033. Ejusmodi sunt apud Aristophanem, præter usitatissima illa τουτογί et ταυταγί, νυνμενὶ Av. 448. τηνδεδὶ 18. Eccl. 989. ταυτηνδὶ Av. 1364. τουτουμενὶ Ran. 965. τουτοδὶ Plut. 227. ἐνγεταυθὶ Thesm. 646. ἐνμεντευθενὶ et τηδεδὶ apud Metagenem Athenæi 6. p. 269 f. Quorum pleraque ab librariis corrupta fuerunt.

1362. ἐς A.B.C.R.V.Γ.Θ. εἰς Ald. et Suidas in Ὑπέρβολον.

1363. ἐκκρεμάσας] κρεμάσας V.

1366. ἐλαύνουσιν] ἐλαύνωσι Δ.Θ.

1368. γ'] δ' R. Quod defendi potest.
ὑπολίσποις] Remiges ὑπόλισπα πυγίδια appellat, quia in transtris diu sedendo, crebroque inter remigandum succussu, nates eis deterebantur: ob eamque causam, nempe quia maximam vitæ partem in navibus transigebat plebs Attica, depyges erant plerique, cujus vitii originem mythographi referunt ad Theseum, qui natium partem in saxo reliquit, unde ab Hercule abstractus fuit. Ceterum idiotismum Atticæ dialecti librariorum culpa obliteratum fuisse arbitror. Scripserat Comicus ὑπολίσφοις. Mœris: λίσφους, Ἀττικῶς· ἀπύγους, Ἑλληνικῶς. Ad quam notam vide Piersonum p. 245. Hesychio λίσπη exponitur λεία, καὶ ἐκτετριμμένη. καὶ ἄπυγος λίαν. Prior interpretatio pertinet ad Ran. 826. ubi λίσπη γλῶσσα, neglecto Atticismo, bene in chorico cantico adhibetur. Sed in senariis alia res est,

in quibus non solet comicus ab usu suæ dialecti recedere. BRUNCK. ὑπολίποις R. Scribendum ὑπολίσφοις cum Brunckio. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 175, 176. Eadem forma λίσφη Ranarum quoque versui restituenda videtur. Similes Atticismi sunt φιδάκνη, de quo vid. ad v. 792. et σφόγγος et σφογγίον, de quo dictum ad Ach. 463.

1369. ὁ πολίτης] Corrigendum ὁπλίτης. Quod vidit Fr. Thierschius in Actis Academiæ Bavaricæ (a. 1835.) vol. 1. p. 700. Conf. Pac. 1180, 1181. Vulgata scriptura utitur Suidas in κατάλογος.

κατάλογος] Photius p. 138, 25. Κατάλογος: ἡ ἀπογραφὴ τῶν ὀφειλόντων στρατεύεσθαι· καὶ ἡ ἐξαρίθμησις. Vide Thucyd. 6, 31. Xenoph. Mem. 3, 4, 1. Polluc. 8, 115.

1370. μετεγγραφήσεται] μεταγραφήσεται Ald. Correctum ex codicibus.

1371. ἐγγεγράφεται] ἐγγράψεται R.Δ.

1372. Κλεωνύμου] Ignavus enim erat, et ῥίψασπις appellabatur. Multis in locis timiditatem ei comicus exprobrat. BRUNCK.

1373. Legebatur ἀγοράσει γ' (τ' R. δ' Δ.Θ.) ἀγένειος. Restitui crasin ἀγοράσἀγένειος, similem illi κλαύσᾶρα Pac. 532. et οἰμώξᾶρα Plut. 876. ἀγοράσει autem scholiasta recte explicat ἐν ἀγορᾷ διατρίψει.

οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ] οὐδεὶς ἐν τἀγορᾷ V.Γ.Δ.Θ. ἐν τ' ἀγορᾶι οὐδεὶς R.

1374. Clisthenes et Strato molles erant et impudici, qui pilos sibi vellebant et barbam radebant. Vide Thesm. 571. Ran. 422. Ach. 117. BRUNCK.

1375—1380. Agoracrito continuat Ald.

1375. ἐν τῷ μύρῳ] Id est in tabernis unguentariis. Sic Polyzelus in fragmento ap. schol. Plut. 550. de Dionysio quodam, ἐν τῷ μύρῳ—βαυκίζεται.

1376. στωμυλεῖται] Ran. 1071. τῶν μειρακίων στωμυλλομένων. BERG.

1377. Vulgo sic legitur hic versus: σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. Quæ lectio vitii suspecta est, ne manifestam dicam. Ei præter Suidam nullus antiquus suffragatur liber. In B. scriptum est: δεξιὸς ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς οὐκ ἀπέθανεν. In C. δεξιός γ' ὁ Φαίαξ σοφῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. Importune et insulse iu hoc adolescentium sermone, quem Demus refert, in-

jicitur mentio capitalis judicii, quod effugerit Phæax: commentum hoc esse videtur Græculorum, qui, ne nihil ad mendosam lectionem adferrent, historiolam illam excogitaverunt. Nihil tale in A. cujus longe diversa est lectio: *σοφὸς γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς ἐμάνθανε*. Unde meliorem, et, ni fallor, veram reconcinnavi: *δεξιὸς ὁ Φαίαξ, καὶ σοφῶς ἐμάνθανε*. Quæ sequuntur, sunt pleraque ambiguæ significationis, et ad obscenum sensum auditorum mentem deflectebant. BRUNCK. De sensu verborum verissime judicavit Brunckius: sed de scriptura fallitur. Cum A. consentiunt Δ.Θ, annotato tamen in Θ. *γρ. τ' οὐκ ἀπέθανε*. Sed quum libri antiquiores, Ravennas Venetusque et Florentinus Γ. in vulgata scriptura consentiant, sic potius corrigendum videtur *σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς τε κατέμαθε*. De Phæace, quem *δεινὸν ῥήτορα* vocat scholiasta, minus honorifice judicat Plutarchus in vita Alcib. c. 13. *ἀγῶνα δ' εἶχε* (*'Αλκιβιάδης*) *πρὸς Φαίακα τὸν 'Ερασιστράτου——ἀρχόμενον ὥσπερ αὐτὸς αὐξάνεσθαι τότε καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ἐλαττούμενον δὲ τοῖς τ' ἄλλοις καὶ περὶ τὸν λόγον. ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός. ἦν γάρ, ὡς Εὔπολίς φησι, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.*

1378. *συνερκτικὸς*] *ξυνερκτικὸς* A.B.C. *συνεριστικὸς* Suidas in *Φαίαξ*, vulgata utens scriptura in *συνερκτικός*. Recte interpretatur scholiasta *συνείρειν τοὺς λόγους καὶ συντιθέναι δυνάμενος εὐκόλως*. Demosthenes p. 328, 12. *εἶτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας ὥσπερ πνεῦμ' ἐφάνη καὶ πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί*. Alia hujusmodi vide in Thesauro Stephani s. *συνείρω*. Ab *συνείρειν* autem non potest derivari *συνερκτικός*. Quamobrem *συνερτικὸς* scribendum.

περαντικὸς] Idem est quod *συλλογιστικός*. *περαίνειν* enim et *συμπεραίνειν* apud Græcos significat, argumentis in syllogismi formam redactis aliquid concludere vel demonstrare. Potest autem et sensus obscœnus hic latere, quoniam *περαίνειν* de re Venerea etiam dici constat. KUST.

1379. *γνωμοτυπικὸς*] Ran. 877. *ἀνδρῶν γνωμοτύπων*. Nub. 950. *γνωμοτύποι μέριμναι*.

κρουστικὸς] Ad dicendi artem referuntur *κροῦσις καὶ περίληψις* Nub. 317. BERG.

1381. *καταδακτυλίζειν* verbum est nequam. Hesychius: *σιφνιάζειν, καταδακτυλίζειν. διαβέβληνται γὰρ οἱ Σίφνιοι, ὡς παιδικοῖς χρώμενοι. σιφνιάσαι οὖν, τὸ σκιμαλίσαι.* Idem: *σκιμαλίσαι, καταδακτυλίσαι.* Suidas, *καταδακτυλικὸς, συνουσιαστικὸς κατὰ τὸν δακτύλιον τοῦ πρωκτοῦ.* Hic versus perperam vulgo choro tribuitur. BRUNCK. Scholiasta: *ἄδηλος ὁ στίχος, καὶ πάντες αὐτὸν ἐσημειώσαντο διὰ τὸ ἀκατάλληλον· ἄδηλον γὰρ τίς τίνι λέγει.*—*οὐκοῦν* edd. ante Brunckium, sine interrogationis signo in fine versus. *οὔκουν* Suidas in *Φαίαξ*, Brunckius tacite.

1382. *κυνηγετεῖν*] *κυνηγεττεῖν* dici tradit Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 48, 30. De quo dixi ad Soph. Ajac. 5.

1383. *τούτους*] *τούτοις* Δ. *τούτοις* (superscr. υ) Θ.

παυσαμένους] *παυσαμένοις* Δ. et superscr. *ους* Θ.

1384. *τὸν ὀκλαδίαν*] Ælianus V. H. 4, 22. ubi de deliciis veterum Atheniensium agit, *καὶ ὀκλαδίας αὐτοῖς δίφρους οἱ παῖδες ὑπέφερον, ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε.* ubi vid. quæ interpretes attulerunt.

1385. *ἐνόρχην*] *ἔνορχιν* Α.Θ. *ἔνορχιν* (superscr. ην) Γ.

1386. *Jube eum flexis innixum genubus procumbere,* ita ut figuram referat, quam Lysistrata his verbis describit: *οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος.* BRUNCK.

ποίει] *πόει* R.V.Γ.Δ.Θ.

1388. *γ'*] *δ'* R.V. Male. V. Pac. 916.

1392. *ἔλαβες αὐτὰς* Bentleius. Legebatur *ἔλαβε ταύτας.* *ἔλαβες ταύτας* A.B.C.Γ.Δ.Θ.

οὐ γὰρ] Vid. ad Ach. 576.

1393. *σὺ μὴ* B. et Vaticanus. Reliqui libri *μὴ σύ.*

λάβοις Brunckius. Legebatur *λάβῃς.*

1394. *ἐς* R.V. Vulgo *εἰς.*

1400. *τε*] *δὲ* Γ.Δ.Θ.

1401. *πίεται τὸ λούτριον*] Legebatur *αὖ τὸ λοῦτρον πίεται.* *πίεται τὸ λοῦτρον* R.V.Γ.Δ.Θ. et Suidas in *λοῦτρον.* Ex quo veram lectionem restituit Elmsleius. Hesychius *λούτριον: τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ καὶ λελουμένον, ἤγουν ἀπόνιμμα, λοῦτρον, τὸ αὐτό.*

1404, 1405. *ἐς*] *εἰς* Suidas in *ἕδρα.*

1408. *οἷς* R. et Eustathius p. 1936 extr. Legebatur *οὖς.* Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 50, 29. *λωβᾶσθαι τόνδε καὶ τῷδε, αἰτιατικῇ καὶ δοτικῇ.* Plato Criton. p. 47 e. *ᾧ* (libri dete-

riores δ) τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν. Nec veteres tantum hac constructione utuntur, sed etiam recentiores scriptores. Procopius B. Vand. p. 259 b. τῶν ὅρκων οἷς ἐλωβήσασθε. In fine fabulæ aliquot chori versus videntur excidisse, nisi ab usitato more, qui in decem reliquis fabulis est servatus, recessit Aristophanes, quod in Prometheo et Agamemnone fecit Æschylus, in Trachiniis Sophocles.

ACHARNENSES.

PRIMA Aristophanis comœdia Dætalenses fuit, archonte edita Diotimo olympiadis octogesimæ octavæ anno primo, verum non ab ipso poeta, qui tum jam in publicum prodire vereeundaretur[a], sed ab Philonide histrione in scenam producta. Hanc duobus annis proximis, archontibus priore Eucle, altero Euthydemo, Babylonii et Acharnenses fabulæ sunt secutæ, quibus ipsis quoque commendationem ab alieni nominis auctoritate quæsivit poeta, non alia, ut videtur, de caussa quam ut chorum facilius impetraret minorque, si victus ex certamine discederet, famæ jactura esset. Nam Callistrato histrioni tradidit, qui non solum primas utriusque fabulæ partes ageret, sed etiam poetæ vicem quodammodo susciperet. Quod sic est intelligendum ut Callistratus chorum ab archonte petiverit et acceperit victorque ab judicibus certaminis sit declaratus nulla facta Aristophanei nominis mentione. Tantum tamen abest ut delitescere propterea aut ignorari nomen suum ab Atheniensibus voluerit Aristophanes, ut operam videatur dedisse ut quam plurimis innotesceret. Itaque non est mirandum, in ipsa Acharnensium fabula, quotiescunque de rebus poetæ dicendum esset, ita verba fieri ut nulla usquam habita Callistrati ratione omnia ad Aristophanem auctorem referantur. Ejusmodi est quod Equitum fabulam, quam proximo post Acharnenses anno suo ipsius nomine docuit Aristophanes, jam nunc se meditari manifestis prodit verbis v. 300, ὡς *μεμίσηκά σε* Κλέωνος *ἔτι μᾶλλον, ὃν | κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι καττύματα.* Porro litem ab Cleone propter Babyloniorum fabulam sibi illatam duobus hujus fabulæ locis tangit, v. 377. *αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ* Κλέωνος *ἅπαθον | ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν. | εἰσελκύσας γάρ μ' ἐς τὸ βουλευτήριον | διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου | κἀκυκλυβόρει κἄπλυνεν, ὥστ' ὀλίγου*

[a] V. parabasin Equitum inde a v. 512. Nubium 530. Vesparum 1018.

πάνυ | ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος. et v. 502. οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι | ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω. Denique possessionem suam Æginеticam memorat v. 654: in qua insula diu multumque versatum esse Aristophanem narrat vitæ scriptor, cujus verba ad locum illum apponemus. Quarum rerum rationes quantumvis manifestas quum minus perspexissent grammatici quidam neque ad illam de Equitibus prædictionem animum advertissent, in eam delati sunt opinionem ut Aristophanem, quum Babylonios et Acharnenses scriberet, Callistrati personam ex omni parte induisse sibi persuaderent: quemadmodum Joannes Tzetza commentarios in Lycophronem suos Isaaco fratri se supposuisse gloriatur in epistola ad Basilium protonotarium. Itaque Callistratum illum non solum cleruchum fuisse finxerunt Æginеticum, sed etiam Cleonem non Aristophani, sed Callistrato litem propter Babyloniorum fabulam intendisse crediderunt: qui error in scholiis Vesp. v. 1275. animadvertitur. Ceterum cavendum est ne quis grammaticorum illam opinionem Aristonymi et Amipsiæ comicorum consensu confirmari existimet, qui Aristophanem ἐν τετράδι γεγονέναι, id est laborum suorum fructus aliis permisisse, dixerunt[b]. Quo nihil aliud indicatur quam Aristophanem reportatæ victoriæ laudem non ipsum appetivisse, sed histrionibus suis permisisse ut chorum ab archonte poscerent victoresque publice declararentur, quod summum fuisse constat et honorificentissimum, quo poetæ scenici ornari possent, præmium.

Indici personarum intuli Πρυτάνεις, de quibus v. ad v. 54. Contra eximantur Κηφισοφῶν, ejusque loco ponatur θεράπων Εὐριπίδου de quo v. ad v. 395. et ἄγγελοι, pro quibus κήρυκες ponantur, de quibus dicetur ad v. 1071. et 1085. In R. hæ tantum personæ positæ, Δικαιόπολις. κῆρυξ. Ἀμφίθεος. χορὸς Ἀχαρνέων. ἡμιχ. (ἡμιχόρια propter v. 557—571.) Λάμαχος. Μεγαρεύς.

De v. 1—16. disputat Gregorius Corinthius in Walzii Rhetor. vol. 7. p. 1345.

1. δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν] Imitari videtur Synesius a Berglero comparatus epist. 7. πῶς δοκεῖτε δέδηγμαι τὴν καρδίαν.

[b] Vid. ad Vesp. 1018.

et encom. calvit. p. 63. μέσην αὐτὴν δέδηγμαι τὴν καρδίαν. Alia hujusmodi ad Stephani Thesaurum sunt allata s. v. δάκνω.

3. ψαμμακοσιογάργαρα] ψαμμοκοσιογάργαρα libri et Macrobius Saturnal. 5, 20. et Suidas in h. v. et γάργαιρε, καρκαίρω, κόσσια. Correctum ex Hesychio, cujus in codice ψαμμακόσια γάργαρα scriptum, et Eustathio p. 986, 52. Macrobii verba sunt "Aristophanes comicus composito nomine ex arena et "gargaris innumerabilem, ut ejus lepos est, numerum conatur "exprimere. In fabula enim Acharnensium ait, ἃ δ' ὠδυνήθην, "ψαμμοκοσιογάργαρα. ψαμμακόσια autem pro multis Varro sæpe "in Menippeis suis posuit: sed Aristophanes adjecit gargara, "ad significationem numerositatis innumeræ." Eupolis apud scholiastam, ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμοκοσίους, quod ψαμμακοσίους scribendum cum Brunckio, ut ἑπτακόσιοι et ὀκτακόσιοι dicitur.

4. φέρ' ἴδω, τί δ'—] Av. 812. φέρ' ἴδω, τί δ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσται τῇ πόλει; Epicharmus apud Diogenem Laert. 3, 14. φέρ' ἴδω, τί δ' αὐλητάς; Sic φέρε, τί δέ Eurip. Hel. 1043. φέρε, εἰ δὲ Demosth. p. 997, et quæ sunt similia ejusdem generis.

χαιρηδόνος] Hesychius, χαιρηδόνα: τὴν χαράν. Quæ glossa ex hoc loco petita esse potest. Nam accusativum posuit grammaticus intellecto λέγει, ut in glossis ab Elmsleio collatis, ἰήους καμάτους, κρόνιππον et κύνειον θάνατον, quæ referuntur ad Sophoclis Œd. T. 174, ubi ἰηίων καμάτων est, et ad locos Aristoph. Nub. 1070. Vesp. 898, in quibus nominativi leguntur. Usitatissimum est ἀλγηδών, cui assimilatum esse χαιρηδών animadvertit scholiasta.

5. εὐφράνθην] Scribendum ηὐφράνθην ex lemmate scholiastæ. In scholio ipso scriptum εὐφράνθην.

6. τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν] Duplex de hac re narratio scholiastæ est, altera ab ipso conficta, punitum Cleonem esse propter injurias equitibus illatas, altera ex Theopompo repetita, quinque talenta ab insulanis accepisse Cleonem, qui Atheniensibus persuaderet ut tributa illis imposita minuerent. αἰσθόμενοι δὲ, pergit scholiasta, οἱ ἱππεῖς ἀντέλεγον καὶ ἀπῄτησαν αὐτόν. Ex quo tantum videtur colligi posse, equitum studiis factum esse ut Cleo acceptam ab insulanis pecuniæ summam redderet vel sponte vel γραφῇ δώρων petitus, quæ ab heliastis judicanda fuit: nam quod grammaticus in argumento Equitum scriptorque vitæ Aristophanis p. xiii. ed.

Kust. autumant, damnatum ab equitibus Cleonem esse (*καταδικασθῆναι*), ipsorum est commentum non cogitantium judiciariam potestatem equitibus Atticis nullam unquam fuisse. Gravem autem cum equitibus inimicitiam exercuisse Cleonem documento est Equitum fabula. Quinque talentorum numerum in medio relinquimus utrum proprie intelligi voluerit Aristophanes an numeri rotundi instar posuerit, quoniam multarum hoc caussarum *τίμημα* fuit, ut in Pace v. 171. *πέντε τάλανθ' ἡ πόλις ἡ Χίων | διὰ τὸν σὸν πρωκτὸν ὀφλήσει.* et Nub. v. 759. *εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη.* Usus verbi *ἐξήμεσεν* simili ex Equitibus loco illustratur v. 1148. *ἔπειτ' ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου.* Similiter vomendi verbo utuntur Latini in sermone plebeio. Plautus Curcul. 5, 3, 10. *atque argentum propere propera vomere.* Ceterum equites non ordinem equestrem, sed equitatum Atticum intelligi liquet ex iis quæ in prooemio Equitum dicemus.

8. *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι*] Euripides in Telepho apud scholiastam *Κακῶς ὀλοίτην· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι. ὀλοίτην* Elmsleius: schol. *ὄλοιτ' ἄν.* Aristid. vol. 1. p. 543, 11. *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι ἀνακαλέσαι.*

10. *'κεχήνη* Bentleius. Libri *κεχήνη*, nisi quod *κεχήνει* R. Etymol. M. p. 386, 30. *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ διαλυθὲν ἐκ τοῦ Ἰωνικοῦ συναιροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ποιοῦσιν εἰς η πεποιήκη λέγοντες· ὅθεν παρὰ Ἀριστοφάνει, ἐκεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον.* Photius lexic. p. 160, 6. ab Porsono indicatus *Κεχήνη: κεχηνὼς ἤμην· ὡς τὸ ᾔδη (ᾔδεα) ᾔδειν.* Herodianus in Hortis Adonidis fol. 198. recto, *Ποῦ συναιροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι τὸ διαλυθὲν τῆς ει διφθόγγου παρὰ τοῖς Ἴωσιν εἰς η, οἷον ἐπεποίηκα ἐπεποιήκην. ὅθεν τὸ ἐκεχήνην ἐγὼ διὰ τοῦ η παρὰ Ἀριστοφάνει, οἷον Ὅτε διεκεχήνην* (hoc est *δὴ ἐκεχήνην*) *προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον.*

Αἰσχύλον] Æschyli aliquod drama; nam ipse mortuus erat. BERG. Scriptor vitæ Æschyli: *Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἠγάπησαν Αἰσχύλον, ὡς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χορὸν λαμβάνειν.* Quinctilianus 10, 1. 66. *Correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permisere, suntque eo modo multi coronati.* Suidas: *Εὐφορίων· υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ αὐτός· ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρὸς, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν· ἔγραψε δὲ καὶ οἰκεῖα.* Ad hunc

fortasse respexit noster. Ante sexennium, olympiadis 87. anno primo, primum præmium obtinuerat Euphorio, secundum Sophocles, tertium Euripides. ELM.

11. ὁ δ' ἀνεῖπεν] Intelligendus ὁ κῆρυξ. Thucyd. 2, 2. καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται—. MITCHELL.

Θέογνι] Notatur ut malus poeta infra 140. et Thesm. 170. KUST. Χιόνα esse vocatum, quod poesis ejus frigida instar nivis esset, perhibet scholiasta: quod quodammodo confirmatur versibus 138—140. Ceterum fuit unus ex triginta tyrannis, quod testantur scholiasta, Harpocratio, Suidas, Xenophon Hellen. 2. 3, 2.

12. ἔσεισε μου τὴν καρδίαν attulerunt Phrynichus in Bekkeri Anecdotis vol. 1. p. 41, 12. et Suidas in ἔσεισε. Notanda autem trajectio verborum πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν pro τοῦτ' ἔσεισέ μου πῶς δοκεῖς τὴν καρδίαν.

13. ἐπὶ μόσχῳ] Duplex hujus loci interpretatio apud scholiasten legitur. Alii scilicet Moschum malum citharœdum Agrigentinum hic tangi putant, alii μόσχον pro vitulo, victoris præmio accipiunt. Hanc sententiam amplexus est Bentleius ad Phalaridem p. 302. Neutra, quod sciam, aliqua auctoritate innititur nisi scholiastæ, quæ quidem levissima est et prorsus indigna cui fides in re dubia habeatur. ELMSL. Quod scholiasta citharœdum illum Agrigentinum fuisse narrat, indicio est non ex hoc loco fictum, sed aliunde quoque cognitum fuisse artificem. Hæc igitur vera interpretatio videtur, quam Gregorius quoque Corinthius sequitur ad v. 1. citatus, scribendumque ἐπὶ Μόσχῳ.

14. Βοιώτιον] Modus a Terpandro inventus, ut ait scholiasta.

16. Χαῖρις] Chæris malus tibicen notatur infra 866. et Pac. 951. Av. 858. Duos hujus nominis fuisse colligimus ex schol. Pacis et Avium.

18. κονίας τὰς R, scholiasta et Suidas in ῥύπτει. κονίας^γε τὰς Γ, γε ab alia manu scripto. Legebatur κονίας γε τὰς, errore librarii κονία producta syllaba media dici ignorantis.

19. κυρίας ἐκκλησίας] κυρία ἐκκλησία quæ dicatur explicat Pollux 8, 95. τῶν ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κυρία ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν, εἴπερ καλῶς ἄρχουσιν, ἢ ἀποχειροτονοῦσιν· ἐν ᾗ καὶ τὰς εἰσαγγελίας ὁ βουλόμενος εἰσαγγέλλει καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν



δημευομένων ἀναγινώσκουσιν οἱ πρὸς ταῖς δίκαις καὶ τὰς λήξεις τῶν κλήρων. Similiter Harpocratio ex Aristotele aliique grammatici, de quibus dixit Schoemannus in libro de comitiis p. 29—32.

20. αὐτηί] ἡδεὶ Δ.

22. τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον] Hesychius, Σχοινίον τὸ μεμιλτωμένον: ἔρραινον ὑπὲρ τοῦ σοβῆσαι τὴν ἀγορὰν, ὁπόταν βραδύνοιεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν. Corrupta sunt hæc: sententia vero satis expedita est. Consulendus noster in Eccl. 378. καὶ δῆτα πολὺν ἡ μίλτος, ὦ Ζεῦ φίλτατε, | γέλων παρέσχεν, ἣν προσέρραινον κύκλῳ. Pollux 8, 104. inter τῶν Ληξιάρχων munera: Καὶ σχοινίον μιλτώσαντες, διὰ τῶν τοξοτῶν συνέλαυνον τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Hinc fortasse Hesychii glossa ita constituenda est: Σχοινίον τὸ μεμιλτωμένον· ὃ ἔρραινον ὑπὲρ τοῦ σοβῆσαι τὴν ἀγορὰν, ὁπότε βραδύνοιεν, εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Usitatius esset, ὑπὲρ τοῦ σοβῆσαι τὸ πλῆθος. ELM. In glossa Hesychii nihil mutandum præter ὁπόταν in ὁπότε. Nam recte dicitur βραδύνειν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν. Illi autem σοβῆσαι τὴν ἀγοράν simile est τύπτειν τοὺς τῆς ἀγορᾶς, quod dixit schol. v. 724. Rem ipsam copiosius explicat scholiasta. Themistius Or. 26. p. 320 D. διὰ τοῦτο αὐτῇ (τῇ φιλοσοφίᾳ) ῥαστώνη πλείων συναγαγοῦσαν εἰς ἐκκλησίαν ἄνευ σχοινίου μεμιλτωμένου ἀναβῆναι ἐπὶ βῆμα ὑψηλόν.

23. ἀωρίαν] ἀωρίᾳ Suidas s. h. v. Accusativum, fortasse ex hoc ipso loco sumptum, posuit Phrynichus in Bekk. Anecd. vol. 1. p. 4, 22. ἀωρίαν (nam sic codex:) οἷον παρὰ τὴν δέουσαν ὥραν. οὐκ ἐπὶ νοητῶν μόνον, ἀλλ' ἁπλῶς παρὰ δέον. Sic ὥραν apud Æschylum Eum. 109. καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς | ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.

24. Hesychius: Ὠστιοῦνται· ὠσθήσονται. Vide Plut. 830. ELM.

25. Ad hunc versum et 42. respicit Pollux 8, 133. de Pnyce agens: Ἐκάλουν δέ τινα προεδρίαν, καὶ πρῶτον ξύλον. ELM. Idem 4, 121, πρῶτον δὲ ξύλον ἡ προεδρία, μάλιστα μὲν δικαστῶν. Photius lex. p. 469, 10.

26. ἀθρόοι vulgo. ἄθροοι diserte scholiasta et Suidas in Ἄθροι καταρρέοντες. ELM. Recte Elmsleius ἄθροοι restituit. Eustath. p. 1387, 4. Ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς λεξικοῖς φέρεται καὶ ταῦτα· ἐκ τοῦ ἀθρόος γίνεται ἄθρους.—καὶ Ἀριστοφάνης, Ἑστῶτας ὥσπερ

τοὺς ὀρεωκόμους ἄθρους. Fortasse igitur hic quoque *ἄθροι* scribi præstat, quod Suidas videtur legisse: nisi illo in loco contracto *ἄθρους* propter solam metri necessitatem usus est poeta.

30. Erotianus: Κορδίνημα· *γράφεται καὶ σκορδίνημα· καρηβαρίαν δὲ σημαίνει, παρὰ τὸ κάρα δινεῖσθαι, ὡς καὶ* Ἀριστοφάνης *ἐν* Ἀχαρνεῦσι. Rectius Hesychius, consentientibus aliis grammaticis: *Σκορδινᾶσθαι· τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν καὶ στρέφεσθαι μετὰ χάσμης. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τοὺς ἐγειρόμενους ἐξ ὕπνου, ὅτε χασμώδεις ὄντες ἐκτείνουσι τὰς χεῖρας*. *Pandiculari* vocant Latini, monente Foesio ad Hippocratem, nostrates *To yawn and stretch*. Vide nostrum Vesp. 642. Ran. 922. ELM. Similiter Photius p. 524, 21.

32. *ἐς*] *εἰς* libri et Stobæus Floril. 56, 8.

τὸν ἀγρὸν] Nam ex agris in urbem commigraverant initio belli Peloponnesiaci. V. Thucyd. 2, 14. et 17. BERG.

34. *πρίω*] Valde ineptum est Græci interpretis commentum, qui Atticam vocem *πρίω* Acharnensibus propriam fuisse dicit. Scilicet Acharnensis fuit Dicæopolis, qui inferius v. 406. diserte Chollides vocatur. ELM.

35. *οὐδ' ᾔδει*] Dedi *οὐδ' ᾔδην*, quam tertiæ personæ formam Aristophanis ætate unice usurpatam fuisse verisimile est. Vide Nub. 1347. Vesp. 558. 635. Pac. 1182. Av. 1298. Dawesium p. 231. Piersonum ad Mœridem p. 174. aliosque grammaticos. In Eq. 1317. vulgo legitur: *Καὶ τὰ δικαστήρια συγκλείειν, οἷς ἡ πόλις ᾔδε γέγηθεν*. Atqui in fine fabulæ mutata populi studia fingit poeta. Legendum igitur, una littera mutata, *ᾔδ' ἐγεγήθην*. ELM. *οὐδ' ᾔδ' εἰ* R. *οὐδ' ᾔδη* B.Δ. Stobæi libri partim *οὐχ ἡ δὴ* partim *οὐχὶ δεῖ*. *οὐδ' ᾔδειν* Suidas in *πρίων*, qui pro prima persona male accepit. Aut *ᾔδειν* aut *ᾔδην* verum videtur. Nam formam consonanti terminatam metrum exigit Nub. 1347. Pac. 1182. Dixit de his formis Buttmannus Gram. vol. 1. p. 434.

36. *χὼ πρίων ἀπῆν*] Ab imperativo *πρίω* finxit nomen *πρίων*, nullo ad verbum *πρίειν* respectu: etsi factum ab hoc verbo nomen exstitit *πρίων πρίωνος*, quod Vesparum v. 694. restituimus.

38. *ὑποκρούειν*] Hesychius, *ὑποκρούει: ἀντιλέγει*. Male. Ex Eccl. 256. 588. 596. vertendum *interpellare*. ELM. Recte Phrynichus in Bekk. Anecd. vol. 1. p. 68, 10. *ὑποκρούειν τοὺς*

ῥήτορας: τὸ μεταξὺ λεγόντων αὐτῶν ὑποφθεγγόμενον ἐμποδίζειν.

39. τις om. R.

πλὴν] πρὶν Γ.

41. τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον] Noster Pac. 64. τοῦτ' ἐστὶ δῆτα τὸ κακὸν αὔθ' οὑγὼ 'λεγον. Hinc malim in Lys. 240. τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον, ubi vulgo legitur ταῦτ'. ELM.

42. 43. ἐς] εἰς libri.

42. ἐς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται] Aristides vol. 2. p. 95, 15. fortasse ex hoc loco, οὐδὲ εἰς τὴν προεδρίαν ὠθίζονται. Qui vulgarem formam Atticæ ὠστίζεσθαι substituit.

43. πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν] Sic et in Eccl. 129. in concione mulierum. BERGL.

44. τοῦ καθάρματος] Hesychius: Κάθαρμα· τὸ χοιρίδιον ᾧ τὴν ἑστίαν ἐκάθαιρον ἐν ταῖς ἐκτροπίαις· ὁ δὲ ἐπιτελῶν δημοσίως, περιστίαρχος ἐλέγετο. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις et δημόσιος corrigunt interpretes. Καθάρσιον vocant Æschines in Timarchum p. 48. et ex eo Harpocratio in ipsa voce, et Pollux 8, 104. Mustelam pro porcello ludens adhibet noster Eccl. 128. ELM. Alia de hoc ritu comitiorum collegit Schoemannus p. 91. (plagula G).

45. τίς ἀγορεύειν βούλεται;] V. ad Eccl. 130.

46. Præconis partes prytani sunt tribuendæ. V. ad v. 54.

47. ἀλλ' ἀθάνατος. ὁ γὰρ 'Αμφίθεος] Perraro in senariis tribrachum excipit anapæstus, cujus alterum apud Aristophanem exemplum est in Eccles. 315. pedibus illis pariter ut hic inter duas dipodias divisis et interpunctione sejunctis, καὶ θοἰμάτιον· ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν. Nam tertium exemplum Nub. 663. ἀλεκτρυόνα κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν ἄρρενα, restituta accusativi forma contracta ἀλεκτρυῶ removit Porsonus. In eadem dipodia Aristoph. Lys. 1148. ἀδικίομες, ἀλλ' ὁ πρωκτὸς ἄφατος ὡς καλός. et, quæ minus certa sunt exempla, Nub. 845. Thesm. 285. Alia plurima quæ manifestis debentur erroribus librariorum collegit Dobræus in appendice ad Porsoni Aristophanica p. 111—115. De dactylo et anapæsto infra dicemus ad v. 733.

48. γίγνεται] γίνεται R, quæ prope constans hujus codicis scriptura est, pariterque γινώσκω, non γιγνώσκω. De quo dixi ad Thesaurum Stephani vol. 2. p. 620, 621.

54. οἱ τοξόται] Scholiastæ mos gerendus erat, vere et ad decori rationem monenti, hæc verba ab uno e prytanibus dici:

τοῦτό φησιν εἷς τῶν πρυτάνεων, κελεύων ἐκβαλεῖν τὸν Ἀμφίθεον ὡς ὑβριστήν. In B. personam scripserat primo librarius κῆρυξ, se ipse postmodo correxit, reposuitque πρύτανις, quod verum est. Vide Petitum ad Leg. Att. p. 294. Nec hoc solum loco præconis persona male posita fuit pro prytani. Supra v. 46. verba illa τίς ὤν; et οὐκ ἄνθρωπος; et v. 59. κάθησο σῖγα. male præconi tribuuntur, et in prytanis partes transferenda sunt. Debet etiam hujus nomen inter dramatis personas reponi. BRUNCK. Brunckii sententiæ favet Plato Protag. p. 319 C. καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθείς, ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν ἢ ἐξάρωνται, κελευόντων τῶν πρυτάνεων. ELM. Aristoph. Eq. 665. κᾆθ' εἷλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις χοἱ τοξόται. Conf. etiam Thesm. 929.

58. ποιῆσαι] ποιεῖσθαι R, vitio librarii, qui ad v. 52. aberravit. ποιῆσαι Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 45, 6.

σπονδὰς ποιῆσαι] Media forma eodem sensu adhibetur v. 52. 131. Σπονδὰς ποιούντων de diis induciarum auctoribus dicitur in Pac. 212. et eodem sensu εἰρήνην ποιήσας de Trygæo v. 1199. Neque aliter Thucyd. 2, 29. Ἐλθών τε ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Νυμφόδωρος τήν τε τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐποίησε, καὶ Σάδοκον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Ἀθηναῖον. Activam igitur formam retinuerim in hoc versu, reposuerim in v. 52. 131. ELM.

κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας: σημαίνει μὲν τὸ παύσασθαι τοῦ πολεμεῖν ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος· παρακολουθεῖ γὰρ τοῖς μὴ πολεμοῦσι κρεμαμένας ἔχειν τὰς ἀσπίδας. Hæc Phrynichus l. c. Eodem sensu Libanius vol. 1. p. 159, 15. τοῦτον δὴ τὸν χρόνον τὰ μὲν εἰωθότων ἡμῖν πολεμεῖν τόξα ἦν ἐν παττάλοις.

59. κάθησο σῖγα] κάθησο· σίγα Elmsleius, fortasse propter v. 123. σίγα, κάθιζε. Prytani hæc verba esse tribuenda ostendit Brunckius ad v. 54.

61. οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως R.Γ. οἱ παρὰ βασιλέως πρέσβεις vulgo. οἱ πρέσβεις scholio præfixum.

63. ταῶσι] Scribendum more Attico ταὧσι, quam scripturam de Avium v. 102, 269, 884. diserte testatur Athenæus 9. p. 397 E. ex Tryphone.

64. σχήματος] φορήματος Suidas in ἐποποῖ. φρονήματος Theodosius περὶ γραμματικῆς p. 79, 12. quod ipsum quoque ex φορήματος corruptum videtur.

67. ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος] Olymp. 85, 4.

68. *παρὰ Καΰστριον πεδίον*] Legebatur *διὰ τῶν Καϋστρίων πεδίων*. Liber Ravennas *παρὰ τῶν καϋστρίων πεδίων*. Scribendum erat *παρὰ Καΰστριον πεδίον*. Non solent talia numero dici plurali, sed singulari: vide exempla apud Strabonem p. 897. et 984. ed. Falcon. et quæ plura hujusmodi memorat Stephanus Byzantinus.

69. *ὁδοιπλανοῦντες*] *ὁδοιπλανῶντες* A.Γ, forma vitiosa, de qua v. Lobeck. ad Phrynich. p. 630. *ὁδοιπλανοῦντες* (ω) B.

70. *μαλθακῶς*] Ridiculus est legatus labores memorans, quos in itinere exhausit, molliter cubans in carpento, eumque sic ridicule loquentem de industria inducit comicus. BRUNCK.

72. *παρὰ τὴν ἔπαλξιν*] Qui in mœnibus excubant, dicuntur esse *παρ' ἔπαλξιν*. Thucyd. 2, 13. *Ὁπλίτας δὲ τρὶς χιλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν— ἀπό τε τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν νεωτάτων, καὶ μετοίκων ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν*. BERG.

73. *δὲ*] *γὰρ* R. Quod referri potest ad *ἀπολλύμενοι* v. 71. Sed repetitum videtur ex *σφόδρα γάρ*.

πρὸς βίαν ἐπίνομεν] Sophocles apud Athenæum 10. p. 428 A. a Berglero comparatus, *τὸ πίνειν πρὸς βίαν | ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ*.

74. *ἐκπωμάτων*] *ποτηρίων* grammaticus Biblioth. Coislin. p. 476: *ἐκπωμάτων* Pollux 6, 100. 10, 68.

75. *ὦ Κραναὰ πόλις*] Vide Meurs. de regibus Athen. 1, 13. KUST. Arcem Athenarum *Κραναὰν* simpliciter vocat Lysistr. 481. Hesych. *Κραναόν*: *ὑψηλὸν, τραχύ*. BERG. V. scholiastam.

521. χόνδρους ἅλας] χόνδρους ἁλὸς vulgo: ubi ex Atticorum consuetudine saltem rescribi debebat ἁλῶν. Hesychius: Χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες. Suidas Χόνδρος· τοῦ στομάχου τὸ ἔντερον· καὶ χόνδροι ἁλῶν· θρόμβοι, παχὺς ἅλς. Sed vera scriptura debetur choliambo Phœnicis Colophonii apud Athen. p. 359 F. Δότ', ὠ'γαθοί, τι τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν | ἔχει, κορώνῃ· χᾶλα λήψεται χόνδρον. Nimirum χόνδρος pro adjectivo usurpatur. Nec dubitari potest quin scripturam quam reposui habuerit schol. Is enim ait: Ἢ χόνδρους ἁλός· οὕτως οἱ Ἀττικοί. Atqui in vulgata scriptura nihil Atticorum proprium est. Comparativum χονδρότερος in Hederici lexico manuali indicat Schweighæuserus ad Athenæum. Cæterum χόνδροις ἁλσὶν opponuntur λεπτοὶ ἅλες. Noster apud schol. ad Vesp. 1313. Pollucem 6, 65. et Athen. p. 367. B. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα; | εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος, ἢ λεπτοὺς ἁλάς; ELM. Recepi emendationem Elmsleii ἅλας, quam confirmavit R, in quo est χονδρὰς ἅλας. Diversas de hac re fuisse grammaticorum sententias colligimus ex Chœrobosci verbis in Bekkeri Anecdotis p. 1316. περὶ δὲ τοῦ χόνδρος ἅλς, εἴτε ὁμοιοπτώτως δεῖ συντάττειν εἴτε ἀνομοιοπτώτως, ἐν τῷ ὀνοματικῷ Ἡρωδιανοῦ, εἰ θεῷ φίλον, μαθησόμεθα. ἁλὶς χόνδρους legitur apud Hippocratem p. 879 C.

524. Hunc versum et tres sequentes affert Plutarchus in Pericle (c. 30.) p. 168 E. Μεγαρεῖς δὲ τὸν Ἀνθεμοκρίτου φόνον ἀπαρνούμενοι, τὰς αἰτίας εἰς Ἀσπασίαν καὶ Περικλέα τρέπουσι, χρώμενοι τοῖς περιβοήτοις καὶ δημώδεσι τούτοις ἐκ τῶν Ἀχαρνέων στιχιδίοις, Πόρνην κ. τ. λ. KUST.

Σιμαίθαν] Hesychius: Σιμαίθα: ἑταίρας Μεγαρικῆς ὄνομα. De scortis Megarensibus proverbium erat Μεγαρικαὶ σφίγγες, ab Hesychio et Suida memoratum. Quod tradit schol. hujus furti

auctorem fuisse Alcibiadem, temere dictum videtur, nec bene cum temporis rationibus conciliari potest. ELM. Simile est *Σύμαιθος* fluvii Siculi nomen, quod syllaba prima correpta dicitur a poetis Latinis, ab librariis interdum *Σίμαιθος* scribitur.

525. *μεθυσοκότταβοι*] *μεθυσσοκότταβοι* R. Formas vitiosas *μέθυσσος γόγγυσσος Διόνυσσος* agnoscit, quod mireris, Arcadius p. 78, 2. *Διόνυσσος* R. in Nub. 91.

526. *κᾇθ'*] *εἶθ'* Athenæus 13. p. 570 a. ubi apographum Florentinum *κᾇθ'*.

Μεγαρῆς] *Μεγαρεῖς* libri et Plutarchus l. c., Suidas in *πεφυσιγγωμένοι*. *Μεγαρῆς* Athenæi codex Venetus.

πεφυσιγγωμένοι] Hesychius: *Πεφυσιγγωμένοι*: *ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς σκορόδοις φυσίγγων· ὅπερ ἐστὶν, ἐντεριωνῶν.* Recte Erotianus: *Σκορόδου φύσιγγα· τὸ ἔξωθεν λέμμα.* Consulendus Piersonus ad Mœrin p. 397. ELM.

527. *'Ασπασίας πόρνα δύο*] *'Ασπασίας πόρνας δύο* R. *'Ασπασίας πόρνας δύω* Athenæus. *'Ασπασίας*, quod agnoscit Suidas in *Πεφυσιγγωμένοι*, pro accusativo plurali accipit schol. et ex eo Suidas in *'Ασπασίαι δύο ἑταῖραι*. *'Ασπασίᾳ πόρνα δύο* Plutarchus. Omnino retinendus est genitivus *'Ασπασίας*, qui non a *πόρνα* pendet, sed ab *ἀντεξέκλεψαν*. Noster Eq. 1149. *Ἅττ' ἄν κεκλόφωσί μου.* Vesp. 1369. *Τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα.* Ita sæpissime. Verba Athenæi sunt: *Καὶ 'Ασπασία δὲ ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν, καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλὰς, ὡς καὶ ὁ χαρίεις 'Αριστοφάνης παρασημαίνεται.* ELM. Conf. Plutarch. Moral. p. 855 f.

528. *κἀντεῦθεν*] *κἀκεῖθεν* Athenæus.

530. *οὑλύμπιος*] *ὀλύμπιος* A. sine articulo, quem agnoscit Diodorus 12, 40. Huc respicit Plutarchus Pericle p. 156 B. ELM.

531, 532. Aristides vol. 2. p. 137, 6. Ad hunc locum respexerunt Plutarchus in vita Periclis c. 8. p. 156 b. Lucianus vol. 3. p. 506. Julianus epistol. p. 374 a. Cicero in Oratore ad Brutum c. 29. Quintilianus Instit. orator. 2, 16, 19. vol. 1. p. 373. ed. Spalding.

531. *ἤστραπτεν*] *ἤστραπτ'* Plinius Epistol. I. 20. Quod restituendum. In Equit. 48. libri omnes, *ἤκαλλ' ἐθώπευ' ἐκολάκευ' ἐξηπάτα.* ubi lemma scholii *ἤκαλλεν*.

ξυνεκύκα] συνεκύκα Aristides. συνεκύκα τὰ πράγματα Georgius Cedrenus vol. 1. p. 336 b.

532. σκόλια] Scribebatur σκολιά.

533. μήτε γῇ Bentleius. Libri omnes μήτ' ἐν γῇ. Conf. ad Equit. v. 610. Imitatur Timocreontis Rhodii scholion, quod attulit scholiasta.

535. Μεγαρῆς] μεγαρεῖς A.C, a prima manu B, Suidas in βάδην.

538. Ad hæc verba consulendus omnino Thucydides 1, 139. ELM.

ἠθέλομεν] ἠθέλομεν δ' R.

540. Scholiasta, ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν: καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου. ἐρεῖ τις ὅτι οὐκ ἐχρῆν πόλεμον κινῆσαι τοὺς Λακεδαιμονίους. τί οὖν ἐχρῆν αὐτοὺς ποιεῖν εἴπατε. τί ἐχρῆν R.Γ. τί 'χρῆν Δ. Scribebatur τί χρῆν.

541. εἰ] εἰ καὶ R.

542. κυνίδιον Σερίφιον.] Seriphus erat insula vilissima sub Atheniensium imperio. Dicit autem: si quis Lacedæmonius vel Seriphios re aliqua levissima privasset, annon Seriphiis opem tulissetis contra Lacedæmonios? Ergo et Lacedæmonios putandum est merito Megarensibus opem ferentes bellum movisse. BERG.

543. Senarius Euripideus esse videtur ex verbis scholiastæ. ELM.

545. τριακοσίας ναῦς] Nimirum Athenienses florentibus rebus trecentas naves sive triremes instructas habere solebant. Æschines περὶ παραπρεσβείας p. 51, 32. τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. Idem navium numerus traditur a Thucydide, Demosthene, Aristide, et aliis, quorum loca collegit Meursius de Fortuna Athen. c. 7. KUST. V. Boeckh. de œcon. civili Athen. vol. 1. p. 279.

548. στοιᾶς] στοᾶς vulgo, sed alteram formam ter habet noster Eccl. 676. 684. 686. ΤΟΝ ΑΠΟ ΤΕΣ ΣΤΟΑΣ (τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς) habet tabula lapidea Olympiadis 92. anno quarto incisa, quam evulgavit Chandlerus in Sylloge Græcarum inscriptionum. Ea hodie in Museo Britannico adservatur. Cæterum recte censet schol. hic intelligi τὴν ἀλφιτόπωλιν στοάν, quam memorat noster etiam in Eccl. 686. ELM. Quem secutus sum.

552. Hesychius a Brunckio emendatus: Κωπεῖς· τὰ εἰς κωπὰς εὔθετα ξύλα. Glossa fortasse pertinet ad Lys. 422. ubi Brunckius, quod mirere, *remiges* in interpretatione Latina reliquit. Plura dabit Valckenarius ad Herodot. 5, 23. ELM. Theophrast. vol. 1. p. 176. ed. Schneid. οἱ τοὺς κωπέας ξύοντες. Comparandus cum hac descriptione Homerus Il. B, 149—154. ubi scholiasta, μεγαλοφυῶς ηὔξησε τὴν ταραχὴν, ἣν κατελεπτολόγησεν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν.

553. θαλαμιῶν A, a secunda manu B, et ut videtur R. Vulgo θαλαμίων. "In Pac. 1232. libri plerique θαλαμιᾶς habent, quod "Brunckius, nescio an consulto, mutavit in θαλαμίας. Quo-"cunque modo scribatur, pro adjectivo accipiendum videtur. "Hesychius a Kustero emendatus: Θαλάμιαι (Θαλάμια vulgo) "κῶπαι· αἱ κατωτάτω· καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν, θαλάμιοι "λέγονται." ELM. Herodot. 5, 33. διὰ θαλαμίης. Sed substantivum potius esse videtur ἡ θαλαμιά.

554. νιγλάρων] γεράνων A. νιγλαμίων C. Hesychius: Νίγλαροι· τερετίσματα, περίεργα κρούματα. Vide Pollucem 4, 82. et Hesychii interpretes. Pherecrates apud Plutarchum de Musica p. 1142 A. a Kustero indicatus: Εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς γὰρ εἰσηνέγκατο | ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους, | καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην | καμπῶν με κατεμέστωσε.

555. Scholiasta, τὸν δὲ Τήλεφον: καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.

556. ἡμῖν Γ. Vulgo ὑμῖν.

557—559. choro tribuit R.

562. αὔτ'] ταῦτ' R.

563. ἀλλ' οὐδὲ χαίρων] ἀλλ' οὔτι χαίρων non male Bentleius. Ita noster Vesp. 185. οὔτις σύ; ποδαπός; Ἰθακὸς Ἀποδρασιππίδου. | οὔτις; μὰ τὸν Δί', οὔτι χαιρήσων γε σύ. Ran. 843. ἀλλ' οὔτι χαίρων αὔτ' ἐρεῖς. παῦ', Αἰσχύλε. Soph. Œd. Tyr. 363. ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Sed interdum usurpatur ἀλλ' οὐδὲ pro ἀλλ' οὐ, ut in hujus fabulæ v. 784. ELM.

564. θενεῖς A.R. Vulgo θένεις.

566. ὦ Hermannus de metris p. 255. Legebatur ἰώ. Quod librarii posuerunt propter præcedens ἰώ. Similiter peccatum in codicibus quibusdam Euripidis Medeæ v. 1274. ἰὼ τλᾶμον, ὦ κακοτυχὲς γύναι.

567. Hesychius: Γοργολόφας· ἀπὸ τοῦ λόφου τῆς περικεφα-

λαίας, καὶ τῆς ἀσπίδος· Γοργόνα γὰρ (ἣν vulgo) ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος· ἵνα τὸν Λάμαχον εἴπῃ. De vocibus hujus formæ consulendus Valckenarius ad Phœniss. 120. Ex nostri Nub. 571. et Eurip. Hipp. 1399. restituendum ἱππονώμας Sophocli Aj. 232. ubi vulgo legitur ἱππονόμους contra metrum. ELM. Γοργολόφα Minerva dicitur in Eq. 1181.

569. εἴτε τις ἔστι A.C.R.Γ. εἴτ' ἔστι τις Ald.

ταξίαρχός τις ἢ] Legebatur ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἤ. Correxit Elmsleius, cujus hæc est annotatio "Manifesto vitiosum est " στρατηγὸς inter ταξίαρχος et τειχομάχος positum. Post mag- " num illum Lamachum, proximo loco nominandus erat is qui " dignitate proxime accederet. Ut Latinis nominibus utar, " quis unquam ita locutus est: *Dictator, aut prætor, aut con-* " *sul, aut privatus senator?* Præterea dicendum erat ἄλλος " στρατηγὸς, cum ex v. 593. satis constet ipsum Lamachum de " στρατηγῶν numero fuisse. Itaque verba ἢ στρατηγὸς delevi, " et alterum τις post ταξίαρχος induxi, unde justus efficitur " versus dochmius, quales sunt reliqui omnes qui hic Choro " tribuuntur. Causa corruptæ scripturæ fuit τις repetitum, " quod librariis displicuisse videtur. Cum hæc παρατραγῳδῶν " dicat noster, aptissima sunt exempla duo quæ ex tragicorum " scriptis adduxit Porsonus ad Hecub. 1169. (Barnesio 1178.) " quem locum ita repræsentat: Εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν " κακῶς, | ἢ νῦν λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν. Prius est ex " Orest. 1218. Φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, | ἢ ξύμ- " μαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς, | ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ." Addiderat his Elmsleius alterum Porsoni exemplum ex Sophoclis Trach. 944. falsa deceptus lectione, quam emendavi annotatione ad locum ipsum. E versu Aristophanis στρατηγός ejiciendum esse metrum arguit: nam reliqua Elmsleii argumenta minus firma sunt. Additum autem illud ad ταξίαρχος ab librario est sive explicandi sive amplificandi caussa, quia hæc non raro conjunguntur. Sic ταξίαρχον ἢ στρατηγὸν Aristoph. Thesm. 833. στρατηγῶν καὶ ταξιάρχων Lysias p. 133, 36. 134, 35. Themistius or. 7. p. 86 a. οὐ μόνον λοχαγοὶ καὶ στρατηγοὶ καὶ ταξίαρχοι. 8. p. 111 a. ταξιάρχους τοὺς αὐτοὺς καὶ στρατηγοὺς καὶ λοχαγούς. 10. p. 134 b. οὐ στρατηγὸς, οὐ ταξίαρχος, οὐχ ὁπλίτης. p. 138 b. ταξίαρχοι καὶ στρατηγοί.

570. τειχομάχας Dobræus. Legebatur τειχομάχος.

571. ἔχομαι A.C.R. et scholiasta. ἴσχομαι Ald. Conf. Eq. 388. νῦν γὰρ ἔχεται μέσος. Nub. 1047. ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον. Ran. 469. ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος. Metaphoram a palæstra petitam esse monet scholiasta. ELM.

574. Γοργόν'] Insigne clypei. Iisdem verbis utitur infra v. 1181. nisi quod ibi ἐκ τῆς ἀσπίδος positum.

575. λόφων] φίλων R. Infra 1074. ταχέως λαβόντα τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους. Choro hunc versum tribuit R.

576. οὐ γὰρ] Eodem sensu usurpatur οὐ γὰρ Eq. 1392. Vesp. 836. 1299. Soph. Ajac. 1320. ELM.

ἄνθρωπος] Libri ἄνθρωπος.

577. κακορροθεῖ] Hesychius interpretatur κακολογεῖ, λοιδορεῖ, ὑβρίζει. Vocabulum tragicis usitatissimum usurpat noster etiam in Thesm. 896. ELM.

578. Verba λέγειν τάδε respicere videntur ad κακορροθεῖ in superiore versu. ELM. Brunckius hunc versum ejecerat.

580. οὐκ οἶδά πω] Vesp. 1354. νῦν δ' οὐ κρατῶ πω (vulgo 'γὼ) τῶν ἐμαυτοῦ χρημάτων. ELM.

581. ἰλιγγιῶ] ἠλιγγιῶ R. Scribendum εἰλιγγιῶ cum Suida in h. v., quod infra v. 1218. præbet R. Quæ antiqua est scribendi ratio. Vid. L. Dindorfium ad Thesaurum Stephani vol. 3. p. 243.

582. ἀπένεγκέ μου] Sic etiam Suidas in μορμώ. Malim ἀλλ' ἀντιβολῶ, προσένεγκέ μοι τὴν μορμόνα, vel eundem sensum diversis verbis. Vulgata scriptura prorsus absurda est. ELM. Poterat facilius ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἐπένεγκέ μοι τὴν μορμόνα. Sed nihil mutandum. Fraudem Elmsleio fecerunt proxima verba παράθες νυν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί: quæ minime repugnant antecedentibus. Dixerat Dicæopolis terribilem Lamachi armati speciem vertiginem sibi afferre. Itaque obsecrat ut Gorgonem, quæ in clypeo est depicta, ab se auferat. Quo facto clypeum supinum sibi apponi jubet: ita enim nec Gorgonem conspicit et clypeus pelvis instar est, in quam vomere liceat.

584. πτερόν] Cratinus apud Pollucem 10, 76. μῶν βδελυγμία σ' ἔχει; πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω. Plutarchus de rep. gerenda p. 801. B. Πλάτων ὁ κωμικὸς τὸν δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ·

λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου·
μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν 'Αγύρριον·

καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν, ὅπως ἐμέσῃ, λέγοντα· προσίσταταί μου πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη· καί· βόσκει δυσώδη Κέφαλον, αἰσχίστην νόσον. Pro κεφαλὴν reposui Κέφαλον, oratorem nobilissimum, de quo consulendus Taylorus ad Lysiæ vitam p. 103. ELM.

588. 589. Ita hæc Elmsleius interpunxit et personis distribuit. Libri Δι. πτίλον γάρ ἐστιν εἰπέ μοι τίνος ποτέ; Λα. ὄρνιθος ἔστιν. Δι. ἆρα κομπολακύθου;

589. κομπολακύθου] Fictum avis nomen a κόμπος et λακεῖν, διὰ τὸ κομπαστὴν εἶναι τὸν Λάμαχον. Vid. Etym. M. p. 526, 41. Infra 1182. πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου. Verbum κομπολακεῖν est Ran. 961.

590. τεθνήξεις Elmsleius. τεθνήξει Δ. τεθνήξει vel τεθνήξῃ A.B. τεθνήσει C.R, scholiasta, Suidas in τεθνήσῃ. τεθνήσῃ Γ. "Eadem scripturæ diversitas est in Nub. 1436. Vesp. 654. "Activam formam superius v. 325. et in Æsch. Agam. 1288. "indicavit Dawesius p. 96. Utrobique mediam formam re- "spuit carminis ratio. Hodie apud Platonem in Gorgia p. "320. D. legitur τεθνήξεται, ubi τεθνήξει diserte agnoscunt "scholiastes a Ruhnkenio editus, et Thomas Magister in Τεθνή- "ξεται. Equidem crediderim veteres Atticos dixisse τεθνήξω, "recentiores τεθνήξομαι: τεθνήξω enim nimis Attice dictum "videtur Luciano Solœcista p. 570. qui alteram formam So- "cratis grammatici auctoritate confirmat. Eandem mutatio- "nem subiit futurum ζήσω, quod habet noster Plut. 263. et in "fabula deperdita apud Clementem Alex. p. 751, 9. Plato de "Rep. 5. p. 660. D. et 9. p. 741. C. Recentiores ζήσομαι "magno consensu. Ἑστήξω habent Eur. Iph. Aul. 675. noster "Lys. 634. Thucyd. 3, 37. 102. Xenoph. Anab. 2, 4, 5. Plato "Conviv. p. 1205. E. de Rep. 9. p. 738. E. Demosth. adv. "Lept. p. 468. Ἑστήξεται recte legitur in senario Hegesippi, "infimæ ætatis comici, apud Athen. p. 290. D. male apud "Xenoph. Pæd. 6, 2, 17. Venat. 10. 9. His consideratis, ac- "cedo Dawesio activam formam τεθνήξω apud nostrum ubique "restituenti." ELM.

591. οὐ γὰρ κατ'] οὐ κατ' Ald. unde Scaliger οὔ σου κατ'.

595. σπουδαρχίδης] Phrynichus Bekkeri p. 63, 18.

598. κόκκυγες] Nescio an huc respexerit Hesychius: Κόκκυ-

γες: ἐπὶ ὑπονοηθέντων πλειόνων εἶναι καὶ ὀλίγων ὄντων. ELM. Hesychio fortasse restituendum κόκκυγες γ'.

γε Reiskius et Brunckii editio. Priores editiones τε. Particulam om. R.

601. νεανίας] Fere post decennium, ineunte bello secundo Peloponnesio, ἡλικίᾳ προήκων dicitur Lamachus a Plutarcho Alcibiade p. 200. B. Ita fere Sallustius Catil. 49. *Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat.* Cæsarem eo tempore annos sex et triginta natum esse monent interpretes. ELM.

οἷος σὺ] Legebatur οἵους σύ: qui solemnis est librariorum error. Demosthenes contra Androtion. p. 613, 9. μισεῖν τοὺς οἷός περ οὗτος. Libri tres τοὺς οἵους περ οὗτος. Ibid. p. 617, 24. et contra Timocrat. p. 758, 6. οὐδ' οἷός περ σὺ χρώμενοι συμβούλοις ἐπολιτεύοντο. Libri plerique omnes οἵοις περ σύ. Idem contra Dionysodor. p. 1297, 19. τοιαύτας προφάσεις πορίζομένους οἵαις περ Διονυσόδωρος οὑτοσὶ χρῆται. Aliquot codices οἵας. Æschines περὶ παραπρεσβείας p. 48, 20. HSt. τρισμυρίους κιναίδους οἵους περ σύ. Bekkerus ex uno codice οἷος.

603. Tam obscura est horum hominum memoria, ut quæ de illis tradiderit scholiastes, ex ejus ingenio profecta videantur. Quippe nihil facilius erat quam dicere: Οὗτος ἐπὶ πονηρίᾳ διεβάλλετο· οὗτος ἐπὶ συκοφαντίᾳ ἐκωμῳδεῖτο. Nec minus ignoti sunt Dexitheus v. 14. Amphitheus 46. Lacratides 220. Marpsias 701. Ctesias 839. Prepis 843. Nicarchus 908. Ctesipho 1002. Nostro concinit Eupolis apud schol. ineditum ad Aristid. 3. p. 374. cujus testimonium debemus Valckenario Diatrib. p. 252. Καὶ μηκέτ' ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους | ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα, | ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν. Vulgo, καὶ μηκέτ' ἄναξ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους. ELM.

605. Γερητοθεοδώρους] Hesychius, Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ (codex οἰκονομικοὶ) τοὺς εὐρυπρώκτους (codex πρώτους), ἀπὸ Θεοδώρου τινὸς οὐκ εὖ τῇ ἑαυτοῦ ὥρᾳ (codex τῆς—ὥρας) χρησαμένου. Conf. eundem in 'Αριστόδημος.

606. τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ καὶ Γέλᾳ] Lachetem tangit poeta, quem post triennium in Vespis sub canis persona in scenam produxit. Vide Thucyd. 3, 86. 88. 90. 99. 103. 115. ELM.

καὶ Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ] Athenæus 7. p. 314 f. ὡς ὁ ἐκ Γέλας,

μᾶλλον δὲ Καταγέλας, οὗτος ποιητής. ubi Aristophanis imitationem indicarunt Coraës et Porsonus. Aristophanes apud Plutarch. compar. Aristoph. et Menandri p. 853 c. *ὑπὸ* (leg. *ὑπὸ τοῦ*) *γέλωτος εἰς τὸ γελᾶν ἀφίξομαι.* Recte Xylander correxisse videtur *ἐς Γέλαν.* Plautus Sticho 4, 2, 50. *Nunc ego nolo e gelasimo mihi te catagelasimum.*

608. *ἀεὶ* R. et Suidas in *ἀμηγέπη.* Legebatur *ἤδη.* Voculam omisit Γ. Tum *μισθοφοροῦντας* R.

ἀμηγέπη] *ἀμηγέπη* A. *ἁμηγέπου* R. cum spiritu aspero, quem adscivi. *ἀμηγέποῦ* B.Γ. *ἀμηγέπου* Ald. *ἀμηγέποι* Suidas. "Quin-" que adverbia hujus formæ ita scribenda sunt apud Suidam, " *ἁμωσγέπως, ἁμοθενγέποθεν, ἁμοθιγέπου, ἁμηγέπῃ, ἁμοσεγέποι.*" ELM.

609. *Μαριλάδη*] Nomen carbonario aptum *ἀπὸ τῆς μαρίλης,* ut mox *Πρινίδης.* BERG.

610. *ὢν ἐνὶ* Invernizius affert ex R, qui non *ἐνί*, sed *ενη* sine accentu præbet idque a manu recentiori. *ὢν ἓν ἢ* A. *ὢν ἕν; ἢ* B. *ὢν ἕν, ἢ* C, Ald. *ὢν ἕν. ἢ* Γ.Δ. Interpunctionem correxit Elmsleius, qui *ἐνὶ* recte eo sensu accipere videtur quo Aristophanes alibi *ἦν* et *ἠνὶ* dixit. Scholiasta, *οὕτως ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις ἔνη, ἵνα λέγῃ ἐκ πολλοῦ. Ἀττικοὶ δὲ τὸ ἔνη περιττὸν ἐτίθεσαν, ὡς τὸ ἔχων, ληρεῖς ἔχων. οἱ δὲ λείπειν φασὶ τὸ δύω, ἵνα ἐρωτῶν λέγῃ ἓν ἢ δύω.* Similiter Suidas in *ἐνή. πολιὸς ὢν ἔνη, qui perendie*, sive *jamjam, canus eris*, Hermannus ad Vigerum p. 840. et Dobræus.

612. *κ' Εὐφορίδης* Brunckii editio: priores *καὶ Εὐφορίδης* consentiente R. et, ut opinor, Γ.Δ. *ἢ Εὐφορίδης* Elmsleius, cum hac annotatione "Euripides Electra 1097. *ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ* " *εὐγένειαν εἰσιδών.* Crasin *ἢ εἰς* habet noster Eq. 1312. (ex " emendatione Dawesii p. 249.) Lys. 2. bis, Ran. 186. 187. " bis. *ἢ εἰδότος* Eurip. Iph. Taur. 1048. *ἢ ἀπὸ* Soph. Trach. " 239. Eurip. Hippol. 803. *ἢ ἄπαγε* Iph. Aul. 817. *ἢ ἀληθὲς* " Menander apud Stobæum XII. *ἢ ἁμάρτημα* Philemo apud " Athen. p. 516. F. *ἢ ἑξακοσίους* noster Av. 1251. *ἢ ἐνιαυτῷ* " Ran. 18. *ἢ ἑτέρᾳ* 64. Adde Damoxenum apud Athen. p. " 15. B. *Ἐτῶν ἴσως ἑκκαίδεκ' ἢ ἑπτακαίδεκα.* Passim usurpatur " *ἢ οὔ.* Quod ad hujus loci scripturam attinet, eadem diversitas " conspicitur apud Soph. Phil. 491. ubi monuit me Porsonus " legendum esse, *Τραχινίαν τε δειράδ', ἢ τὸν εὔροον.*"

613. οἶδεν] εἶδεν Δ.

614. Quis fuerit ὁ Κοισύρας mihi quidem nondum compertum est. Megacles Cœsyræ filius, quem hic tangi arbitrantur schol. et Brunckius, pater fuit Clisthenis, qui rempublicam constituit post ejectos Pisistratidas. Hujus Megaclis ex filio Hippocrate nepos fuit alter Megacles, Periclis avunculus, avusque Alcibiadis maternus. Sed ὁ Κοισύρας, quem hic irridet noster, manifesto juvenis erat. Neminem Alcmæonidarum his temporibus clarum invenio, præter Euryptolemum Pisianactis filium, quem Alcibiadis ἀνεψιὸν diserte vocat Xenoph. Hist. Gr. 1, 4, 19. Ipsum Alcibiadem intelligi suadent maternum genus a Cœsyra ductum, et auctoritas in republica jam inde a prima juventute concessa. Verum ei non conveniunt quæ de ære alieno dicuntur. ELM.

615. ὑπ'] ὑπὲρ vulgo. Bentleii emendationem confirmat schol. Ὑπό τε ἐράνων καὶ ὀφλημάτων. De honesta Lamachi paupertate consulendus Plutarchus Alcibiade p. 202. C. Nicia p. 533. A. Πολιτικοῖς παραγγέλμασι p. 822. E. Ælianus Var. Hist. 2, 43. ELM.

616. ἐγχέοντες Athenæus 9. p. 409. F. Noster Ἥρωσι apud Pollucem 7, 167. Μήποτ' ἀπόνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖτε, μηδὲ λούτριον. Vocem ἀπόνιπτρον apud nostrum indicat Pollux 7, 40. ELM.

618. ὦ δημοκρατία] Av. 1570. ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε; BERG.

621. ταράξω A.C.R. κατάρξω Ald.

622. καρτερόν] κρατερόν R.

623. γε B.Δ. γε καὶ A.C.R.Γ. καὶ Ald.

626. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

627. τοῖς ἀναπαίστοις R.Γ. et Suidas in ἀποδύντες. Legebatur τοὺς ἀναπαίστους.

630. ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν] A Cleone præcipue: vid. v. 377, 502.

632. ἀποκρίνεσθαι pro ἀπολογεῖσθαι legitur etiam in Vesp. 951. Thesm. 186. Eupolis apud Harpocrationem in Ἀπόκρισις: Ὡς ὑμῖν πάντως ἐγὼ | ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ * * * κατηγορημένα. Quæ verba, metro Eupolideo scripta, ex parabasi desumpta videntur. ELM.

633. ἄξιος] Pac. 918. Πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρύγαιος ἁθμονεὺς ἐγώ. Plut. 877. Νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, πολλοῦ γ' ἄξιος |

ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεός ἐσθ', ὅτι | τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς. ELM.

636. *ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις* Bentleius. Libri *οἱ πρέσβεις ἀπὸ τῶν πόλεων.*

637. *ἰοστεφάνους*] Alludit poeta ad Pindari verba, *Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι*, monente scholiaste, quo respexit etiam in Eq. 1329. *Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι.* ELM.

638. *ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε*] Phrynichus Bekkeri p. 39, 32.

640. *εὕρετο* R. et Suidas in *ἀφύα*. *εὗρε τὸ* editiones ante Brunckium et Suidas in *θωπεύει* et *λιπαρά*.

ἀφύων] *ἀφυῶν* Elmsleius contra præcepta grammaticorum. Vide Ioannem Alexandr. p. 17, 3. et appendicem ad Etymolog. Gudian. p. 662, 59. *ἀφύων τιμὴ* ex hoc loco Hesychius.

643. *τοιγάρτοι*] Hesychius, *τοιγάρτοι: καὶ γάρ, τοιγάρτοι* (f. *τοιγαροῦν*). ELM.

645. *παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις* Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 400. Libri *παρεκινδύνευσεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν*. Porsonus *ὅστις γ' εἰπεῖν παρεκινδύνευσ' ἐν Ἀθηναίοις.*

647. *βασιλεὺς*] Persarum.

652. *ταῦθ'* R. Legebatur *τοῦθ'*.

653. *τὴν Αἴγιναν ἀπαιτοῦσιν*] Æginæ occupationem inter præcipuas belli caussas memorat Thucydides 1, 139. ELM.

654. *ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται*] Ex his verbis scholiasta antiquior recte collegit Aristophanem cleruchum fuisse Ægineticum: quod diserte testatur Theogenes ab scholiasta Clarkiano Platonis memoratus p. 331. ed. Bekk. *κατεκλήρωσε δὲ (Ἀριστοφάνης) καὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης.* de quo scriptore vide Clinton. Fast. Hellen. vol. 2. p. 369. Accedit quod vitæ Aristophanis scriptor tradit p. XIII. ed. Kust. *οἱ δὲ Αἰγινήτην (αὐτόν φασιν εἶναι), στοχαζόμενοι ἐκ τοῦ πλεῖστον χρόνον τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι αὐτόθι, ἢ καὶ ὅτι ἐκέκτητο ἐκεῖσε, κατά τινας δὲ καὶ ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Φίλιππος Αἰγινήτης.* Recentioris scholiastæ commentum est, non Aristophanem sed Callistratum histrionem cleruchum dici Ægineticum: de quo errore dixi in procemio annotationum.

655. *μή ποτ' ἀφῆθ'* Tyrwhittus. *μή ποτ' ἀφήσετε* R. *μήποθ'* (sic) *ἀφήσητ'* Ald. *μήποτε δείσηθ'* C.

κωμῳδήσει τὰ δίκαια] Hoc eodem sensu dictum crediderim quo εἰπεῖν τὰ δίκαια 645. λέγειν τὰ δίκαια Eq. 510. ELM. Locutionem βοηθεῖν τὰ δίκαια comparavit Schoemannus ad Isæum p. 358.

657. οὐδ'—οὐδ' R. et Suidas in ὑποτείνων. Legebatur οὔθ'—οὔθ'.

658. οὐδὲ πανουργῶν R. Legebatur οὔτε πανουργῶν.

οὐδὲ κατάρδων R. Legebatur οὔτε κατάρδων consentiente Suida in κατάρδων.

659. Euripides apud Suidam in ἀλωτὸν ac παλαμᾶσθαι et Ciceron. ad Atticum 6, 1. 8, 1. ab Elmsleio comparatus πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ (χρῇ) καὶ παλαμάσθω | καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω· | τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον | ξύμμαχον ἔσται, | κοὐ μή ποθ' ἁλῶ κακὰ πράσσων.

664. λακαταπύγων A.B.C.Δ. καταπύγων R. λακοκαταπύγων Ald. λακκοκαταπύγων Γ. Photius lexic. p. 203, 5. ab Bentleio indicatus, Λακκατάρατοι: οἱ ἄγαν κατάρατοι· καὶ λακκαταπύγων ὁ ἄγαν καταπύγων. Quæ rectius simplici κ scribuntur, λα longo ut in Λάμαχος.

665. φλεγυρὰ A.B.C.R.Γ.Δ, scholiasta, Suidas in φλέγουσα et, cujus glossam ad hunc locum recte retulit Elmsleius, Hesychius in φλεγυρά: ὑβριστική, λαμπρά. φλεγυρὸν Ald. Idem comparavit Cratinum apud Athen. p. 344. F. Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν | ψῆφος δύναται φλεγυρὰ | δείπνου φίλων ἀπείργειν· | νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει· | βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν, | τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

668. ἀνῆλατ'] ἐνῆλατ' R.

671. ἐπανθρακίδες] Hesychius: 'Απανθρακίδες· οἱ πρὸς ὄπτησιν ἐπιτήδειοι ἰχθύες. et inferius: 'Επανθρακίδες. τὰ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτώμενα ἰχθύδια. Hanc scripturam repræsentant noster Vesp. 1127. Pollux 6, 55. et alii. Verbum ἀπανθρακίζω legitur in Av. 1546. Ran. 506. ELM.

671. Θασίαν] Athenæus 7. p. 329 B. 'Αριστοφάνης δ' ἐν 'Ολκάσιν· 'Ω κακοδαίμων, ὅστις ἐν ἅλμῃ πρῶτον τριχίδων ἀπεβάφθη. τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον, ἣν καὶ Θασίαν ἐκάλουν ἅλμην. Hesychius: Θασία ἅλμη· εἰς ἣν ὄψα ὀπτώμενα ἔβαπτον. Hinc nescio quis Thasius Θασία ἅλμη vocatur a Cratino apud Athen. p. 164. E. ut Σκυθῶν ἐρημία Cephisodemus a nostro inferius v. 703. ELM.

ἀνακυκῶσι] Libri ἀνακυκλῶσι. Correctum ex Suida, qui κυκῶσι posuit in Θαρσίαν (Θασίαν).

λιπαράμπυκα] Facete utitur comicus dithyrambico epitheto, quod nihil aliud illi significat quam λιπαράν. Μναμοσύνας λιπαράμπυκος dixit Pindarus Nem. 7, 22. BRUNCK.

674. ἀγροικότερον] A. Reliqui libri ἀγροικότον, quod ex εὔτονον præcedente ortum.

677. ἐκείνων ὤν] Similia exempla comparavit L. Dindorfius ad Thesaurum Stephani in ἐκεῖνος.

681. Hesychius: Παρεξηυλημένος· ὑπὸ γήρως τὸν νοῦν παρεξηυλημένον ἔχων ἀμυδρόν (l. τὸν νοῦν ἀμυδρὸν ἔχων)· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν γλωσσίδων, τῶν ἐν τοῖς αὐλοῖς· αἱ γὰρ κατατετρημέναι, ἐξηυλίσθαι (κατατετριμμέναι, ἐξηυλῆσθαι corrigunt) λέγονται. ELM. Similiter Photius p. 395, 27.

682. οἷς] οἷς ὁ R. De Neptuno ἀσφαλείῳ vid. schol.

683. τονθορύζοντες] Sic τονθορύζων Ran. 747. τονθορύσας Vesp. 614. Diversa forma, τονθορυγοῦντες, legitur in luculento Pherecratis fragmento apud Athen. p. 268. F. et Pollucem 6, 58. Plura dabit Valckenarius ad Ammonium p. 119. ELM.

τῷ λίθῳ est τῷ βήματι. Noster Pac. 680. Ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πυκνί. Eccl. 87. Ὑπὸ τῷ λίθῳ, τῶν πρυτάνεων καταντικρύ. Hinc vocatur Cleon in Eq. 956. Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. ELM.

684. Hesychius: Ἠλυγή· σκιά. καὶ ἐπηλυγισμός· ἐπισκιασμὸς, σκότος. Consulendi Piersonus ad Mœrin p. 163. Ruhnkenius ad Timæum p. 117. et Hesychii interpretes. ELM. Vitiosus est Hesychii accentus ἠλυγή, corrigendus secundum Arcadium p. 105, 8. ubi in ἀλέγη corruptum est.

685. νεανίας accusativus est, quod hactenus latuit interpretes. Verum potius crediderim nostrum scripsisse νεανίαν, licet receptam habeat Suidas in Παίειν. Meminerint tirones συνηγόρων officium fuisse, non reos, sed accusatores (κατηγόρους) consilio suo et eloquentia adjuvare. Iniquum censet poeta senem in judicio constitutum ab imberbi causidico exagitari. Vide v. 713. et sequentes. ELM. Scribendum νεανίαν cum Elmsleio. Inepta enim est vulgatæ scripturæ ambiguitas.

686. ἐς τάχος] Idem quod ταχέως. Sic εἰς εὐτέλειαν idem quod εὐτελῶς Av. 805. BERG.

ξυνάπτων] Non est *copulans*, quæ Brunckii est interpretatio,

sed potius accipiendum est de brevi concisoque dicendi genere, vel de verborum syllabarumque contractione. Hoc sensu *ξυνάπτειν* dixit Theopompus apud Athen. p. 423. A. *ἠρίσταμεν· δεῖ γὰρ ξυνάπτειν τὸν λόγον.* Scilicet *ἠρίσταμεν* usurpavit pro *ἠριστήκαμεν.* Quod superest, nemini obscurum esse arbitror, quamobrem tantopere festinaverint accusatores. Scilicet iis propositum erat, intra præscriptum temporis spatium, duas puta tresve horas, quam plurima accusationis capita conferre. ELM.

στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι] *στρογγύλα ῥήματα* quæ dicantur optime explicuit Schneiderus ad Theophrast. vol. 3. p. 63. "Metaphorice Dionysius Halic. vol. 5. p. 470, 9. Lysiæ in "argumentandi ratione esse ait *στρογγύλην λέξιν καὶ πυκνήν.* "Ibid. p. 464, 12. *ἡ συστρέφουσα τὸ νόημα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις*: quocum Stephanus comparat Juvenalis *curtum sermone rotato torquet enthymema.* Usus metaphorici "hujus exemplum antiquissimum habet Aristophanes ubi de "oratore ait: *ἐς τάχος παίει, ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι.* "quorum verborum vim scholii auctor vetusti non est assecu-"tus reddens his: *πιθανοῖς, πανούργοις.* Convenit plane no-"strum *gedrungen.* Post Aristophanem Aristoteles Rhetoric. "2, 21. *προστιθέντα τὸ διότι στρογγυλώτατα.* Demetrius Pha-"ler. *συνθεῖναι στρογγύλως καὶ δεινῶς* junxit. Dionysius Hal. "similiter *συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα* Lysiam "ait p. 482, 4.: contra de Isocrate: *στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν ἡ* "*τούτου λέξις καὶ συγκεκροτημένη, ἀλλ' ὑπτία καὶ κεχυμένη.* Ci-"cero eodem fere sensu *oratorem* ipsum, *verba* et *orationem* "*pressam* dixit de Orat. 2, 23. 13. Bruti 55. Or. 5."

687. *σκανδάληθρ' ἱστὰς*] *σκανδαλιθρίστας* R. Duplicem scripturam *σκανδαληθριστὰς* et *σκανδάληθρ' ἱστὰς* memorat scholiasta. Hesychius, *σκανδαλοθρίστας, καὶ σκάνδαλον· τὸ ἐν ταῖς μυάγραις.* Incorrupta scriptura utitur Suidas in *σκανδάληθρα.* Cratino hæc verba tribuere videtur Photius p. 516, 1. *σκανδάληθρα* (codex *σκανδαλίθρα*): *καὶ σκάνδαλα λέγουσιν· σκανδάληθρ' ἱστὰς* (codex *σκανδαλίθρας τὰς*) *ἐπῶν· Κρατῖνος. σκανδάληθρον* memorat Pollux 7, 114. 10, 156.

688. *ἄνδρα Τιθωνὸν*] Nota est fabula de senectute Tithoni. Sic *'Ιαπετός* Nub. 998. BERG.

σπαράττων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν] Ita Eq. 221. *ἀλλὰ παῖε,*

καὶ δίωκε, καὶ τάραττε, καὶ κύκα. 692. *ὠθῶν κολόκυμα, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.* Pac. 320. *ὡς κυκάτω, καὶ πατείτω πάντα, καὶ ταραττέτω.* 654. *καὶ κύκηθρον, καὶ τάρακτρον.* Malim *κυκήθρα.* ELM.

689. 691. *ὀφλῶν* Elmsleius. Scribebatur *ὄφλων.*

690. *εἶτα λύζει*] *εἶτ' ἀλύει* varia lectio apud scholiastam.

693. Excidit comma post *εἰκότα. ἀπολέσαι* autem cohæret cum *περὶ κλεψύδραν*, quod Dobræus in *παρὰ κλεψύδραν* mutabat, ut *παρ' ἀσπίδα* dicitur.

699. *ὅτ' ἦμεν*] *Quum vigebamus*, ut interpretatur Brunckius. Sic *ὅτ' ἦμεν ἔτι* Lys. 666.

701. *κᾆτα πρὸς ἁλισκόμεθα*] Libri et Suidas *προσαλισκόμεθα. καὶ προσέθ' ἁλισκόμεθα* Elmsleius, *κᾆτα πρὸς ἁλισκόμεθα* positurus, si hæc scriptura exemplis confirmaretur. De quo dixi in præfat. ad Demosthenem vol. 1. p. x. *Πρὸς σῶσον* dixit Eurip. Helen. 956. *πρὸς ἔχειν χάριν* Aristides vol. 1. p. 505, 7. cui *πρὸς ᾔδει χάριν* restitui vol. 2. p. 195, 6.

702. *τί* Elmsleius. *τίς* libri et Suidas in *Μαρψίας.*

703. Thucydidem Melesiæ filium, Periclis in republica gerenda adversarium, memorat noster etiam in Vesp. 947. Ex Plutarcho in Pericle p. 161. F. colligas eum Olympiadis 84. anno primo *ἐξοστρακισθῆναι.* Operæ pretium esset sparsa de eo veterum testimonia in unum conferre. ELM.

Verba *τῷ γὰρ εἰκὸς* leguntur etiam in Thesm. 839. Nec diversa sunt *τῷ χρὴ πιστεύειν* Nub. 385. *τῷ τοῦτο κρίνεις* Plut. 48. Subauditur *τεκμηρίῳ.* ELM.

704. Hesychius: *Σκυθῶν ἐρημία· παροίμια ἀπὸ τῶν φυγόντων ἐξ Ἐφέσου Σκυθῶν διαδοθεῖσα· φοβηθέντες γὰρ καὶ ταραχθέντες, [οὐ] κατὰ γνώμην ἀπῆλθον. τίθεται τοίνυν ἐπὶ τῶν ἐρημουμένων ὑπό τινων.* Hæc vera esse possunt: sed hoc loco *Σκυθῶν ἐρημία* est ipse Cephisodemus, cujus e majoribus aliquis Scythicam uxorem duxisse videtur: id quod postea Demostheni objectum est. Inde est quod eum v. 707. sagittarium sive servum publicum, et inferius v. 712. patris cognatos Scythas appellat poeta. Cephisodemi meminit noster etiam in Holcasin, a schol. ad v. 710. et Suida in *Εὐάθλους δέκα* allegatus, ubi duas voces de meo adjeci: *Ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης ξυνήγορος* | [*τοῖς παλαιοῖς*], *ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ὑμῖν τοῖς νέοις.* ELM.

706. *κἀπεμορξάμην*] Hesychius, *ἀπεμορξάμην: ἐδάκρυσα.* Consulendus Porsonus in præfat. ad Hecub. p. 26. ELM.

709. *Ἀχαίαν* Elmsleius ex Hesychio et Suida in *Ἀχαία*, quocum confer Bekkeri Anecd. p.473, 28. Scribebatur *Ἀχαιὰν*, consentiente Etymolog. M. p. 180, 34. et grammatico Parisino in appendice ad Orionem p. 185. Grammaticorum explicationes afferentur in annotatione ad scholia.

ἠνέσχετο] *ἠνέσχετ' ἂν* Etymolog. M.

710. *κατεπάλαισεν ἂν μὲν* Kusterus. Libri *κατεπάλαισε μὲν ἂν*, nisi quod R. *ἂν* particulam omisit.

715. Hesychius: *Νωδός· ὁ ὀδόντας οὐκ ἔχων· καὶ ἐννεὸς, κωφὸς, μὴ λαλῶν.* Vide Plut. 266. et Pollucem 2, 96. ubi laudantur Phrynichus et Eubulus. Diversam formam ex Pherecrate affert idem grammaticus 10, 89. *Μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκας; οὔ. τί μ' εἴργασαι; | ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα, | ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος;* ELM.

716. *χὠ Κλεινίου*] Jam ante biennium quam acta est hæc fabula, inter claros oratores habitus est Alcibiades, qui vix dum e pueritia egressus erat. Noster *Διαταλεῦσιν* apud Galenum 5. p. 706. paullo aliter a Brunckio emendatus: A. *Ἀλλ' εἶ σορέλλη, καὶ μύρον, καὶ ταινίαι.* | B. *ἰδοὺ σορέλλη· τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.* | A. *ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλαγήσει τῷ χρόνῳ.* | B. *τὸ καταπλαγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.* | A. *ἀποβήσεταί σοι ταῦτά ποι τὰ ῥήματα.* | B. *παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο τἀποβήσεται* | A. *τί ὑποτεκμαίρει, καὶ κακῶς ἄνδρας λέγεις | καλοκαγαθίαν ἀσκοῦντας;* B. *οἴμ', ὦ Θρασύμαχε, | τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων γηρύεται;* ELM.

717. *κἂν φύγῃ τις*] *κῆν φύγῃ τις* vulgo, ubi *φύγῃ* pro *μὴ πίθηται* dictum videtur, secus quam Brunckio aliisque acceptum est. Demosth. adv. Leptinem p. 498. *εἰ δὲ τοῦτο φεύξονται, καὶ μὴ ἐθελήσουσι ποιεῖν.* Eodem sensu *παραβῇ* dixit Andocides in Alcibiadem p. 121. *ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν.* Ad verba *ἐξελαύνειν τὸν γέροντα τῷ γέροντι*, instar omnium allegandus est Antiphanes apud Athen. p. 44. A. *οἴνῳ (δὲ δεῖ) τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, | σάλπιγγι τὴν σάλπιγγα, τῷ κήρυκι τὸν βοῶντα, | κόπῳ κόπον, ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην, | αὐθαδίαν αὐθαδίᾳ, Καλλίστρατον μαγείρῳ, | στάσει στάσιν, μάχῃ μάχην, ὑπωπίοις δὲ πύκτην, | πόνῳ πόνον, δίκῃ δίκην, γυναικὶ τὴν γυναῖκα.* ELM. *κῆν* libri præbent Eq. 261. Pac. 1356. Quæ crasis Doricæ dialecto magis convenit quam Atticæ.

720. πᾶσι R. Legebatur τοῖσι. Conf. v. 620, 624.

724. λαχόντας τούσδ'] Libri λαχόντας, τοὺς δ'. Correxit Elmsleius. Ipsa lora dicuntur agoranomi. Quod intellexit scholiasta ad v. 967.

ἐκ Λεπρῶν] Quinque horum verborum explicationes memorat scholiasta, quarum duæ tantum dignæ sunt consideratu, altera, οἱ δὲ ἐκ λεπρῶν βοῶν, διὰ τὸ τὰ ἐκ λεπρῶν βοῶν δέρματα ἰσχυρὰ εἶναι· altera, ἄμεινον δὲ λέγειν ὅτι τόπος ἔξω τοῦ ἄστεος Λεπρὸς (fort. Λεπροὶ) καλούμενος, ἔνθα τὰ βυρσεῖα ἦν. Mihi posterior unice probatur, nec mirandum hunc Atticæ terræ locum, ut tot alios locos, semel tantum commemorari. Priorem interpretationem parum apte defendit Elmsleius, cujus hæc est annotatio "Ad λεπρῶν subauditur δερμάτων aut κυνῶν. Noster Δαι-"ταλεῦσιν apud schol. ad Theocriti 2, 12.

"τί δαί; λεπρὸν κυνίδιον ἐπρίω τῇ θεῷ
"εἰς τὰς τριόδους;

"ἱμὰς κύνειος est in Vesp. 231. et κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον in "Eq. 289. ubi schol. κυνείῳ σε δέρματι παίσω."

728. φανερὰν] φανερῶς R.

730. ἐπόθουν] Scribendum ἐπόθευν cum Bentleio.

τυ] τοι R.

ναὶ τὸν φίλιον] νὴ τὸν φίλιον Pherecrates apud Pollucem 2, 127. et Suidam in φίλιος, ab Elmsleio comparatus.

731. κῶρι' Elmsleius. κόρι' Γ. κόριχ' R. κόριά γ' Ald.

ἀθλίου] Scribendum ἀθλίω cum Bentleio.

732. μᾶδδαν] Scribebatur μάδδαν, nisi forte forma Dorica α brevi est pronunciata. Librorum in hac re auctoritas nulla est. Nam Atticam quoque formam μᾶζα librarii tantum non constanter μάζα scribunt contra regulam Herodiani περὶ μονήρους λέξεως p. 31, 19.

ἀμβᾶτε] Dixit ἀμβᾶτε poeta, quia actores εἰσελθόντες κατὰ τὴν ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσι, teste Polluce 4, 127. Eadem de causa dixit ἀνάδος v. 245. ἀνάβαινε Eq. 149. Vesp. 398. 1341. ELM.

733. ἀκούετον δή, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα] Quum tribrachum et anapæstum in versibus iambicis rarissime conjunxerint comici Græci, de quo dixi ad v. 47, rationi consentaneum erat ut magis etiam ab dactylo et anapæsto abhorrerent, quos pedes consociari vel in anapæsticis versibus inelegans habetur. Nostri

tamen loci corrigendi quas critici excogitarunt rationes, ut vel *ἀκούετε δὴ*, vel *ποτέχετον τὰν*, vel *πότεχ' ἐμὶν*, vel *πότσχετ' ἐμὶν* scriberetur, nulla est quin aliquid dubitationis habeat. Itaque veram esse censeo librorum scripturam nec mirandum, quum vix tria quattuorve tribrachi ante anapæstum positi exempla inveniantur, unum tantum de antiquiore comœdia superesse dipodiæ ex dactylo et anapæsto compositæ exemplum, cui duo accedunt comicorum recentiorum, alterum Damoxeni apud Athenæum 3. p. 102 c. *αἱ μεταβολαὶ γὰρ αἵ τε κινήσεις, κακὸν | ἠλίβατον ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλοιώματα | ἐν ταῖς τροπαῖς ποιοῦσιν.* alterum Machonis 8. p. 346 b. *εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολᾷδας Μυκονίας.* Neque enim operæ pretium est alia commemorari quæ librariorum peccatis deberi ostendit Dobræus loco ad v. 47. ab me indicato. Cum Aristophanis versu, in quo *τὰν γαστέρα* præter exspectationem dictum est pro *τὸν νοῦν*, comparandus locus simillimus Eq. 1014. *ἄκουε δή νυν καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί.* Reliquum est ut Elmsleii annotationem apponam, memorabilem propter novas quasdam de secunda et tertia persona dualis observationes, quæ verissimæ videntur quatenus ad scriptores Atticos pertinent. Nam de Homero rectius judicavit Buttmannus Grammat. vol. 1. p. 349. Nec quæ de prima persona dualis dixit Elmsleius extra dubitationem posita videntur.

ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα] Aut legendum *ποτέχετον τὰν γαστέρα*, aut reponenda Dorica forma trisyllaba aoristi, qui Atticis est *πρόσχετε* vel potius *πρόσσχετε*. Dorienses *πότσχετε* dixisse minime affirmarim: Atticos *κατφθίμενος* vel *καπφθίμενος* dixisse satis constat ex Eur. Suppl. 894. Electr. 1299. Rhes. 378. Numerum dualem cum plurali permistum habes cum alibi, tum in Pluto 73. *κακόν τι μ' ἐργάσεσθε, κοὐκ ἀφήσετον.* In Nub. 1506. vera scriptura esse videtur: *τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζέτην εἰς τοὺς θεοὺς, | καὶ τῆς σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;* Priorem versum insigni diversitate emendarunt librarii et editores, quippe qui nescirent secundam personam dualem nunquam a tertia diversam fuisse. Eodem ductus errore Brunckius *εἰχετόν γ'* edidit in Soph. Œd. Tyr. 1511. ubi recte vulgo repræsentatur: *Σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας.* Ita Eur. Alc. 664. *Τοιάνδε καὶ σὺ χἠ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην.* Ita quoque Scolion omnium celebratissimum apud Athen. p. 695. B.

Ἀεὶ σφῷν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν, | φίλταθ' Ἁρμόδιε κἀριστόγειτον, | ὅτι τὸν τύραννον κτανέτην, | ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην. Hæc etiam mutavit Brunckius Analect. 1. p. 156. Præterea vera scriptura aliquoties apud Platonem exhibetur: ut εὑρέτην Euthyd. p. 191. C. ἐπεδημείτην ibid. ἐμαθέτην p. 198. E. ἐκοινωνησάτην de Legg. 6. p. 856. B. εἰπέτην Sympos. pag. 1185. B. In cæteris plerisque veterum scriptorum locis librarios sibi obtemperantes habuerunt grammatici Alexandrini: sed nullum memini vidisse versum qui veram hujus personæ formam non admittat. Obstare quidem videtur Homerus Il. Θ. 455. ubi vulgo legitur: Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων, πληγέντε κεραυνῷ, | ἂψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεσθον, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστίν. Sed in illo loco, quicquid de numero duali statuatur, indubie reponendum est ἵκησθον, ut sit ἂν ἵκησθον futurum Homericum pro ἵξεσθον. Porro scribendum est καμέτην Il. Θ. 448. λαβέτην K. 545. ἐπέτην Λ. 775. ἠθελέτην 781. ἠλθέτην Æsch. Agam. 1216. ἐφύτην Soph. Œd. Col. 1379. ἐβάτην 1696. ἀπεφυγέτην 1739. ἐλαχέτην 1746. εὐδαιμονοίτην Eur. Med. 1073. δρῴτην Alc. 213. ἠρκεσάτην El. 1300. ξυνωμνύτην (ubi malim ξυνόμνυτον) Aristoph. Eq. 236. ξυνεβήτην Vesp. 867. ἠλθέτην Av. 112. Thesm. 1158. ἐμελλέτην Plut. 103. φθανοίτην 485. Plura exempla inter legendum observata enotare neglexi[a]. Grammaticis Alexandrinis debemus etiam primam personam dualem, quam ter tantum apud probatos scriptores offendi. Homerus Il. ψ. 485. Δεῦρό νυν, ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος. Soph. Phil. 1079. Λῴω τιν' ἡμῖν· νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον. El. 950. Ἀπεστέρηκε, καὶ μόνα λελείμμεθον[b]. Ubique reponenda videtur prima persona pluralis, quam in Homero multi agnoscunt. Hiatum facile vites, legendo περιδώμεσθ'. In Sophocle fraudi fuisse librariis conjicio dualia νὼ et μόνα: qua etiam de causa in Plut. 447. contra omnes libros, quantum scimus, post ἀπολιπόντε Fracinus φευξούμεθον invexit, relicto διαμαχούμεθα in proximo versu. Verum, ut concedam φευξούμεθον Græcum esse, quod quidem ægre concesserim, nostrum ab hac ἀκριβείᾳ longe alienum fuisse docebunt sequentia. Av. 664. Καὶ νὼ θεασώμεσθα τὴν ἀηδόνα. Ran. 885. Εὔχεσθε δὴ καὶ σφώ τι, πρὶν τἄπη λέγειν. Plut. 608. Ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθὶ μεταπέμψεσθον.

[a] Conf. Elmsl. ad Eurip. Medeam p. 240.

[b] λελείμμεθα codex Monacensis, nullius auctoritatis liber.

Locus observatu dignissimus est Ran. 1479. Χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', εἴσω. τί δαί; | ἵνα ξενίσω σφὼ πρὶν ἀποπλεῖν. εὖ τοι λέγεις. Dixit ὀνοματοθήρας Pompeianus apud Athen. p. 98. A. Πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον. ELM. De prima persona dualis Elmsleius iterum dixit ad Eurip. Iphig. Taur. 777. in Museo Cantabrigiensi fasc. 6. p. 294.

737. πρίαιτο] πρίατο R.

738. ἀλλ' ἔστι γάρ μοι] ἀλλ' ἐστὶν ἡμῖν Suidas in ἀλλ' ἐστὶν et Μεγαρικαὶ σφίγγες.

μαχανά] μηχανά R.

739. χοίρως Elmsleius. Libri χοίρους.

φέρεν Brunckius. Libri φέρειν.

742. εἴπερ] αἴπερ Elmsleius.

ἰξεῖτ' Elmsleius. ἰξεῖτ' R. Vulgo ἴξετ'.

743. τὰ πρᾶτα (πρῶτα R.) — τᾶς λιμῶ] Ran. 421. κἄστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.

τᾶς λιμῶ Bentleius. Libri τᾶς λιμοῦ. λιμὸν feminino genere dicit more Dorico. Vid. Phrynich. p. 188. ed. Lobeck.

745. κἤπειτεν ἐς] κἤπειτ' εἰς R. εἶτεν et ἔπειτεν, quorum altero utitur Scymnus v. 568, utrumque Machoni restitui apud Athen. 13. p. 583, ἐσχάτως βάρβαρα dicit Phrynichus p. 124. ed. Lob. Quæ observatio non pertinet ad dialectos Doricam et Ionicam. Nam ἔπειτεν sæpius dixit Pindarus, Ionibus autem εἶτεν et ἔπειτεν tribuit Ælius Dionysius apud Eustathium p. 1158, 37. legiturque apud Herodotum.

746. γρυλιξεῖτε] Vulgo γρυλλιξεῖτε. Vide ad Plut. 307.

747. χοιρίων μυστηρικῶν] Quia Cereri in sacris illis, quæ mysteria dicebantur, immolari solebant. Hinc etiam v. 764. χοῖροι μυστικοὶ dicuntur. Vide Muret. Var. Lect. 3, 7. KUST. Conf. Pac. 374.

748. ἐγὼν] ἐγὼ R.

καρυξῶ R. Legebatur καρυξῶ γε.

Δικαιόπολιν ὄπα. Δικαιόπολι] Sic emendavi interpunctionem vitiosam Δικαιόπολιν. ὄπα Δικαιόπολις;

749. Δικαιόπολι R. Legebatur Δικαιόπολις.

750. ἀγοράσοντες] ἀγορασοῦντες R.

ἵκομες Elmsleius. ἵκομεν R. Vulgo ἥκομες. ἥκομεν Γ. Δ.

751. διαπεινᾶμες ἀεὶ ποττὸ πῦρ] Præter exspectationem dic-

tum pro *διαπίνομεν*. Nam ad ignem compotare solebant veteres. Pac. 1131. *οὐ γὰρ φιληδῶ μάχαις, ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλκων μετ' ἀνδρῶν ἑταίρων φίλων*. Plato Rep. 2. p. 372 c. *μύρτα καὶ φηγοὺς σποδιοῦσι πρὸς τὸ πῦρ μετρίως ὑποπίνοντες*. 4. p. 420 d. *πρὸς τὸ πῦρ διαπίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους*.

ἀεὶ R.Γ. et Suidas in *διαπεινῶμεν* et *διαπίνωμεν*. Scribebatur *αἰεί*. *αἰὲς* Brunckius. Quæ forma legitur Lysistr. 1267.

753. *οἷα δή*] Id est *πράττομεν οἷα δὴ πράττομεν*. Similiter Eurip. Heracl. 632. *πάρεσμεν, οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία*. Est igitur *οἷα δή* idem fere quod Angli et Germani dicunt *so so*, Galli *là là*.

754. *ὅκα μὲν ἐγὼν* A.Γ. *ὅκα μὲν ἐγὼ* R. *ὅκα μὲν*, omisso *ἐγὼν*, C. *ἀλλὰ γὰρ ὅκα μέν γα* Ald. et, qui *ἐγὼν* inter *μὲν* et *γα* adscriptum habet, B.

τηνῶθεν R. Scribebatur *τηνόθεν*. Unde explicanda est præcedentium verborum interpolatio in libris deterioribus.

755. *ἔπραττον*] Scribendum *ἔπρασσον* cum Elmsleio. *ἐξορύσσετε* servarunt libri v. 763.

τῇ] Scribendum *τᾷ* cum Brunckio.

757. *σά μάν* A.R. et margo B. *σαμάν* Ald. *σὰ μέν* C. *τί μάν* B. *τιμάν* Δ, qui in margine *γρ. σαμάν*.

758. *τί δ' ἄλλο* Dicæopolidi tribuunt A.B. Megarensi continuat Ald., *Μεγαροῖ* cum sequentibus *πῶς ὁ σῖτος ὤνιος* conjuncto. Veram rationem secutus est Suidas in *τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ*.

πῶς ὁ σῖτος ὤνιος] Eq. 480. *πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;*

759. *παρ' ἀμὲ* R. *παρ' ἁμὲ* vulgo, quod revocandum. *παρὰ με* Γ. Gregorius Corinth. p. 237. *καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς παρ' ἁμὲ φασίν*. ubi Aristophanis locum indicavit Koenius. *παρ' ἁμὶ* Elmsleius. Nec ferendus accusativus foret in veteri Atticorum dialecto. Sed Doricæ dialecti ratio alia esse potuit.

πολυτίματος ᾇπερ τοὶ θεοὶ] *πολυτίμητος* alio sensu, *multum honoratus, venerandus*, deorum est epitheton usitatissimum, ut *πολυτίμηθ' Ἡράκλεις* infra v. 807. Hic autem de grandi pretio dictum est.

760. *οὐχ ὑμὲς αὐτῶν ἄρχετε;*] Vide annotationem ad scholia.

761. τῶν R. Vulgo ὧν, consentiente Gregorio Cor. p. 244.

762. ἀρωραῖοι] ἀρουραῖοι R. Synesium epist. 105. δίκην ἀρουραίου μυὸς ἐνεδεδύκει comparavit Berglerus.

763. πάσσακι] Corrupte Hesychius πασσακίῳ: πασσάλῳ.

ἄγλιθας Suidas in ἄγλιθες. Libri ἀγλίθας (γλίθας R).

764. χοίρως Bentleius. Libri χοίρους.

766. παχεῖα καὶ καλά A.C.R.Γ. et Gregorius Cor. p. 252. παχεῖαι καὶ καλαί Ald. Alteram filiam post alteram ostendit Megarensis.

767. χοῖρος] Ludunt in ambiguitate vocis, quæ et porcum et τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον significat. BERG. Eandem esse vocis Latinæ *porcus* ambiguitatem ex Varrone constat de re rust. 2, 4, 10.

ναὶ] νὴ R.

770. τὰς ἀπιστίας] Notandum numero plurali dictum, quo fortasse non esset usus in sermone Attico. Longe alia Platonici loci (Rep. 5. p. 450 c.) ratio est, a Mitchello citati.

772. περίδου Suidas in θυμιτίδων et περίδου, scholiasta Equit. 788. et Brunckii editio. περιδοῦ Γ. et editiones ante Brunckium.

μοι R.Γ, scholiasta Equit., Suidas. Legebatur νῦν μοι.

θυμητιδᾶν scripsi ex Γ. Sed veram formam θυματιδᾶν servarunt A.B.C.Δ. θυμητίδαν R. θυμιτιδᾶν Ald. θυμητίδων (θυμητίδα codex Oxoniensis) Suidas in περίδου. θυμίτιδος scholiasta Equit. 788. θυμίτων Suidas in θυμιτίδων. ἅλας θυμίτας in sermone Attico dicit infra v. 1099.

774. ναὶ] νὴ R, ut 767.

775. σὺ] Scribendum τὺ cum Brunckio.

εἶμεναι A.B.C.R.Γ.Δ. Legebatur ἤμεναι. Gregorius Cor. p. 227. τὸ εἶναι εἶμεναι λέγουσι.

777. τὺ Kusterus. Libri σύ.

χοιρίον] Legebatur χοιρίδιον. Correctum ex R, qui τὸ χοιρίον.

778. σιγῆν ex Gregorio Cor. p. 228. repositum. Libri σιγῆς. Scholiasta σιγᾶς.

779. τ' R. τύ γ' libri reliqui et Gregorius Cor. p. 231.

ναὶ τὸν R. Legebatur ναὶ μὰ τὸν.

780. κοῒ κοΐ] κοί κοί R.

782. κύσθος idem significat quod χοῖρος. Sed hoc, ut e

Varronis verbis ad v. 767. citatis colligi potest, proprie puellarum est: illud autem adultarum feminarum, quas aliquamdiu jam exercuit Veneris palæstra. Idcirco comicus in Ran. 430. Calliam dicit, non *χοίρου*, sed *κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον*. Hanc tamen differentiam non religiose observant, et alibi promiscue fere adhibentur hæc nomina. BRUNCK.

Verba *πέντ' ἐτῶν* ad Megarensis orationem retuli cum Elmsleio. In libris Dicæopolidi tribuuntur.

πέντ' ἐτῶν] Vertendum, *intra quinquennium*, ut Vesp. 260. *Ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον*, *quatriduo ad summum*: ubi longe diversa dant interpretes. ELM.

784. *οὐχὶ*] Legebatur *οὐδὲ*. *οὐ* R.

αὐτηγί — θύσιμός ἐστι om. R.

αὐτηγί A.B.C.Γ.Δ. *αὐτηί* Ald.

αὐτηγί] Hæc vox reponenda videtur etiam in Av. 821. *Ἆρ' ἐστὶν αὐτηγὶ Νεφελοκοκκυγία*. In Lys. 603. *ταυτασγί*, et in 604. *τουτουγὶ* malim, ubi pro vulgato *τουτουί*, quod in metrum peccat, suspectam vocem *τουτουδὶ* invexit Brunckius. Eadem pronominis forma nostro restituenda videtur Ran. 1504. *Καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων, | καὶ τουτουγὶ τοῖσι πορισταῖς, Μύρμηκί θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ, | τόδε δ' Ἀρχεμόρῳ*. Subaudiantur *ξίφος*, *βρόχος*, et *κώνειον*. ELM.

786. *νέα*] *νεαρὰ* scholiasta ad v. 739. *νεαρὰ* Athenæus 9. p. 374 f.

788. *αἱ*] *εἰ* R.

χοῖρος] *χῶρος* edd. vett. quæ scriptura non temere rejicienda est. *χοῖρος*, ut vulgo, Athenæus p. 374. F. In Lys. 599. vulgo legitur, consentiente Ravennate: *Σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; | Χωρίον ἐστί· σορὸν ὠνήσει· | μελιτοῦτταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω*. Edd. nonnullæ in secundo versu *καίριόν ἐστι* habent, quod ex mera conjectura profectum videtur. Brunckius *καίριος ἐσσί γε* dedit, quam scripturam defendi posse putat ex Eurip. Hel. 1250. *Πιστὴ γὰρ ἐσσὶ σῷ πόσει φεύγουσά με*: ubi malim, *πιστὴ γὰρ εἶ σύ*. In Aristophane legendum opinor, *χοιρίον ἔσται*: quæ conjectura lucem accipit ex Pac. 374. *Εἰς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· | δεῖ γὰρ μυηθῆναί με, πρὶν τεθνηκέναι*. ELM.

790. *ὁμοματρία γάρ ἐστι κὴκ τωὐτῶ πατρός*] Sophocles Antig. *ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός*.

τωυτῶ Brunckius. τωυτοῦ A.B.Γ.Δ. ταυτοῦ Ald.

791. ἀλλ' ἂν R. Legebatur αἰ δ' ἂν.

κἀναχνωανθῇ Elmsleius. Libri κἀναχνοανθῇ.

τριχὶ A.B.C.R.Γ.Δ. γ' ἐν τριχὶ Ald.

792. ἔσται R. Legebatur ἐστι.

θύειν] Scribendum θύεν cum Elmsleio.

793. τἀφροδίτῃ Elmsleius. τῆι ἀφροδίτηι R.Γ. τῇ 'φροδίτῃ Ald.

794. γα Brunckius. Libri γε.

795. γίγνεταί γα] γίνεται γε R.

τᾶνδε] τῶνδε Γ.Δ.

τᾶν] τῶν R.Γ.Δ.

796. ἂν] ἐς B.Γ.Δ.

ὀδελὸν] ὀβελὸν R.

ἀμπεπαρμένον Elmsleius. Libri ἐμπεπαρμένον. Conf. v. 1007.

798. ποτειδᾶ B.Δ. ποτεῖδα A. ποτεἶδα Γ. ποπῖδα C. ποτεῖδαν Ald. ποσειδῶ R.

κἂν ἄνευ B.Γ.Δ. κἄνευ A.C.R. ἂν κἄνευ Ald. Scribendum κἂν ἄνις cum Bentleio ex v. 834.

799. ἅ κα διδῷς Elmsleius. Libri ἃ καὶ δίδως. "Veram "scripturam habuisse videtur schol. qui interpretatur ἅτινα ἂν "παραβάλῃς. Producitur κα superius v. 735. et sæpissime "apud Theocritum. Vide Idyll. 1, 4. 5. 8. 3, 27. 5, 21. 8, "68. Ita, sed ex emendatione, Epicharmus apud Athen. "p. 236. A. Καἴκά τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγεν. Idem paullo "inferius: Ἄς κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας. In Eq. "201. cod. Ravennas habet: Αἴκα μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας [μᾶλλον] "ἔλωνται." ELM.

800. ἐράτῃ] ἐρώτα R.

801. In istis τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους; nequitia est, et jocus facetus ex ambiguitate nominis ἐρέβινθος, quod *penem* etiam significat, qua potestate occurrit Ran. 545. BRUNCK.

κοΐ ter A.B.C.Γ: bis R, Ald.

802. Post hunc versum in codicibus sequitur, Δι. τί δαί; σῦκα τρώγοις ἂν αὐτός; Κο. κοΐ κοΐ. ut in Ravennati libro scriptum est, cui corrigendo operam frustra insumserunt critici non animadvertentes grammaticum, cujus ille versus est, σῦκα suæ ætatis consuetudine syllaba priore correpta dixisse. Futile

νὴ Δί' Metoni tribuebatur. Correxit Elmsleius.

οἶδ' ἄρ'] *οἶδ' ἂν* Δ. *οἶδά γ'* Elmsleius.

1020. *ἀναμετρήσεις*] *ἀναμετρήσει* lemma scholii.

σαυτὸν] *ἑαυτὸν* R.

1021. ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. Harpocratio: *οἱ παρ' Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες Ἁρμοστὰς ἔλεγον*. BRUNCK.

Σαρδανάπαλλος R. Vulgo *Σαρδανάπαλος*. Duplex λ plerumque servarunt libri antiqui, velut codex Venetus Athenæi: simplex λ recentiorum codicum vitium est.

1024. *φαῦλον βιβλίον* Τελέου] Videtur libellum manu tenere, in quo mandata superiorum erant descripta, quæ episcopus iste deberet exequi in civitate avium. Hunc libellum acceperat a Telea, tamquam supremo magistratu: quem Teleam comicus facit curare res avium. Dicit autem *φαῦλον βιβλίον* quasi iratus, quod cum mandatis aliorsum missus, nec domi licuerit ei manere et res magis arduas expedire. BERG. Conf. v. 168. Ceterum fortasse scribendum *Τελέου τι*. ΠΕΙΣΘ. *βούλει* —.

1028. *Φαρνάκῃ*] Arroganter dicit, sibi negotia intercedere cum satrapa. BERG. Tum plerique Persarum satrapæ cum Lacedæmoniis faciebant. v. Thuc. 8, 6. ibique de Pharnace Ducker. Athenienses igitur illos in suas trahere partes studebant. BECK.

1029. *ὁ μισθὸς οὑτοσί*] Dum hæc dicit, verberat eum, atque hanc esse *ἐκκλησίαν περὶ* Φ. dicit, h. e. mercedem concionis propter Pharnacem, in rem ejus, habitæ. BECK.

1032. *κάδοι* sunt situlæ, in quas calculi conjiciuntur. Attulerat igitur secum, quasi concionem aut judicium habiturus. Ex grammaticorum sententia dicendum fuerat *καδίσκῳ*. v. Ammon. p. 79. Abit nunc ille. BECK.

1033. Hæc secum Pisth. loquitur improbatque Atheniensium

morem in urbes vix subjectas suo imperio mittendi ἐπισκόπους, ut ubique democratia stabiliatur. v. Aristot. Polit. 5, 7. extr. BECK.

πέμπουσιν ἤδη 'πισκόπους] Sic scriptum in B. In primariis edd. [et R.] *ἤδ' ἐπισκόπους*. In A.C. *οἴδ' ἐπισκόπους*. BRUNCK.

1034. *τεθύσθαι*] Scribebatur *τεθῦσθαι*.

τοῖς θεοῖς] *τοὺς θεούς* R.

1035. Inter accedendum legit ex libro decretum aliquod. Fingit autem comicus venditorem decretorum sive plebiscitorum, quia nimis multa solebant fieri Athenis. BERG.

1040. Nephelococcygia fingitur colonia esse Atheniensium, quippe a duobus Athenn. condita. Jam coloni debebant iis mensuris, ponderibus, legibus, magistratibus uti, quibus patria. (v. Ducker. ad Thuc. p. 186. et Spanhem. de præstantia et usu numism. vol. 1. p. 570. Hoc et in Nephelococcygiam h. l. transfertur. BECK.

τοῖσδε] *καὶ τοῖσδε* B.C.Δ.

1042. Stephanus de urbibus: *Ὀλόφυξος, πόλις ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὸν Ἄθω. ὁ πολίτης, Ὀλοφύξιος.* Hujus nominis ad similitudinem facete finxit comicus gentile *Ὀτοτύξιος*, tanquam ab urbe *Ὀτότυξος*, alludens ad *ὀτοτύζειν, θρηνεῖν*. Perinde est ac si dixisset, *σὺ δέ γ' ὀτοτύξει τάχα*, ut Lys. 520. *ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν*. Activa hujus verbi forma occurrit Thesm. 1082. Pace 1011. BRUNCK.

οἷσπερ ὠτοτύξιοι] *οἷσί περ Ὀτοτύξιοι* vulgo. *οἷσι περ ὠτοτύξιοι* R.Δ. *οἷσι περω τὸ τύξιοι* V.

1046. *Πεισθέταιρον*] Scribendum *Πειθέταιρον*. Vid. ad v. 2.

1048. *Μουνυχιῶνα*] Vide annotationem ad scholia.

1049. *τοὺς ἄρχοντας*] Id est *τοὺς ἐπισκόπους*.

1050. *κατὰ τὴν στήλην*] In columnis scribebant edicta, aut in tabulis scripta columnis applicabant. BERG.

1054. *τῆς στήλης κατετίλας*] Quod nefarium erat, ut *κατατιλῶν τῶν Ἑκαταίων* in Ran. 364. BERG. *κατετίλησας* R.

1057. *θύσοντες εἴσω*] Scholia: *σκήπτεται ποιεῖν εἴσω τὴν θυσίαν, ἵνα μὴ σφάξῃ τὸ πρόβατον* [s. potius *τὸν τράγον*]. Ita Pac. 1021. Trygæus id ingenue fatetur: *ἀλλ' εἴσω φέρων, θύσας τὰ μηρί' ἐξελὼν δεῦρ' ἔκφερε· χοὔτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σώζεται.* BERG.

1058. Epitheta Jovi convenientia sibi arrogat chorus avium.

Sic autem de Jove Sophocles Œd. Col. 1080. ὦ Ζεῦ παντάρχα θεῶν, παντόπτα. Dicitur autem non tantum παντόπτης, sed etiam πανόπτης, ut Eccl. 80. de Argo, et Æsch. Eumen. 1048. Ζεὺς πανόπτας. BERG. Add. Hesych. h. v. ibique Alb. BECK. πανόπτᾳ Vaticanus.

1060. εὐχαῖς Bentleius. εὐχαῖσι libri.

1061. Notandum ὀπτεύω. Usitatius est compositum ἐποπτεύω.

1062. σώζω] σώιζω R.

εὐθαλεῖς codices. εὐθαλλεῖς Ald. Euripides Troad. 217. in eodem metri genere, εὐθαλεῖ τ' εὐκαρπείᾳ.

1065. αὐξανόμενα] αὐξανόμενά γ' B. Scribendum αὐξανόμενον ex codice Vaticano et γέννσι restituendum, quod Brunckius in γέννσιν mutavit. Constructio verborum hæc est, κτείνω γένναν θηρῶν, οἳ πάντ' ἐν γαίᾳ αὐξανόμενον (καρπὸν ἀποβόσκονται, ἅ τε) δένδρεσι ἐφεζόμενα καρπὸν ἀποβόσκεται. Quocum comparari potest eadem generum variatio in carmine epopis inde a v. 230.

πολυφάγοις] Scribendum παμφάγοις cum Dobræo ad Pluti v. 886. Quod per πολυφάγοις est explicitum more scholiastarum, de quo dixit Boeckhius in annotatione critica ad Pindari Pyth. 6, 12.

1066. τ'] δ' R.V.

1069. δάκετα πάνθ' ὅσαπερ Dissenus in Disquisit. philol. 1. p. 9. Legebatur δάκεθ' ὁπόσα περ ἄν. δάκεθ' ὅσα περ, omisso ἄν, R.V.Γ.Δ.

1071. ἐκ φοναῖς ὄλλυται Reisigius Conject. p. 219. φοναῖσιν ἐξόλλυται A.B.R.V.Γ.Δ. et Vaticanus. Vulgo ἐν φοναῖς ὄλλυται.

1072. ἐπίρρημα adscriptum in R.

1073. Διαγόραν τὸν Μήλιον] Iste est Diagoras ille atheus dictus, qui etiam Atheniensium sacra profanavit et derisui habuit; qui de eo emiserunt decretum, quod hic recitatur. Lysias contra Andocid. [p. 214. Reisk.]: τοσοῦτο δὲ οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γενένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει. Et paulo post de edicto Atheniensium: ἐπεκήρυττον τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. BERG.

1075. τῶν τεθνηκότων] Mos erat oratorum et caussidicorum quavis occasione adversarios et reos tyrannidis affectatæ insi-

mulare, metumque ejus et subversionis popularis status auditorum animis injicere, si cui invidiam conflare vellent. Hoc quia fere semper alienum erat a personis, in quas talis conferebatur suspicio ipsoque rerum publice gestarum statu falsi arguebatur, perpetuis istis criminationibus nihil magis ridiculum videbatur, quod facetissime ostendit comicus in insigni loco Vesp. 488. Hic rem exaggerando lepide Athenienses perstringit, præmium indicens ei, qui vel jam mortuum tyrannum occiderit. BRUNCK.

1077. *Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον*] Ita vocat eum a *στρουθὸς passer*, quasi a gente aut patria: sic supra v. 14. *Φιλοκράτης ἐξ Ὀρνεῶν* sive *ὀρνέων*, quia aves venderet. BERG. Philocratem avium saginatorem facete *Στρούθιον* appellat, tamquam a patria: hocque avium in Philocratem *Στρούθιον* decretum opponitur Atheniensium decreto in Diagoram *Μήλιον*. BRUNCK. *φιλοκράτην* Vaticanus.

1078. *ζῶντ' ἄγῃ τις*] Legebatur *ζῶντ' ἀγάγῃ*. Alio tempore correxeram *ζῶντά γ' ἀγάγῃ*.

1079. *σπίνους* A.B.C. et Vaticanus. *σπίννους* R. Ald. *πίνους* V.

1080. *φυσῶν*] Ut eo pluris vendat, si grandiores videantur. BECK.

καὶ] *πᾶσι καὶ* R.V.Δ. et Suidas in *Φιλοκράτης*.

1081. *ἐς* Γ. *εἰς* vulgo.

1086. *πείθησθε*] Scribendum *πίθησθε*.

παλεύσετε] *παλεύετε* R.

1088. *αὔδη ἤτοι αὔστροφή* R.

1090. *ἀμπισχοῦνται* codices. *ἀμπισχνοῦνται* Ald.

1094. *ναίω* C. Vulgo *ἐνναίω*.

1095. *ὀξὺ μέλος* Brunckius. Libri *ὀξυμελής* (*ὀξυβελής* R.).

1096. *ἡλιομανὴς* Suidas in h. v. Legebatur *ὑφ' ἡλίῳ μανείς*. *ὑφηλιομανὴς* R.

1101. *αἶεπιρρῆ, μ* R.

1102. *ὅσ'* Dawesius. *οἷς* libri (*οἷς* R.).

1104. *τῶν Ἀλεξάνδρου*] Apposite ad judices utitur hoc exemplo; nam et Alexander Priami f. sive Paris fuit aliquando judex, quum nimirum de forma certarent sub illo Venus et cum Pallade Juno: quarum quælibet donis emere victoriam volebat. BERG.

1105. πρῶτα R.V. et Vaticanus. πρῶτον Ald.

1106. γλαῦκες Λαυριωτικαὶ nummi sunt argentei, quibus impressa noctuæ effigies, quod signum erat Atticæ monetæ. Λαύριον notus est Atticæ pagus, ubi erant argenti metalla. BRUNCK. Vid. interpr. Herodoti 7, 144. Thucydidis 2, 55. BECK.

1107. βαλαντίοις] βαλλαντίοις R. Ald.

1108. κἀκλέψουσι] κἀκκλέψουσι Δ.

κέρματα] Pro νεοττία, pullos, dixit κέρματα, numos. BERG.

1110. ἀετόν] Vulgo αἰετόν. En Atticam formam adfirmantem, simulque nominis significationem explicantem Eustathium ad Iliadis librum ultimum p. 1352, 37. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἀετοῦ τοῦ ζώου, καὶ μέρος τι τῶν ναῶν, οὐ μόνον ἀέτωμα ἐλέγετο, ἀλλὰ καὶ αἰετοί, διὰ τὸ ἐοικέναι φασὶ πτέρυξιν ἀετοῦ. καὶ ζήτει περὶ τούτου καὶ ἔνθα ὁ κωμικὸς ἐρέφεσθαί τι λέγει πρὸς ἀετόν. BRUNCK. ἀετὸν etiam Harpocratio in ἀετός et Suidas in ἀετώματα. αἰετὸν Hesychius in ἐρέψομεν. ἀετῶν Pollucis liber MS. 7, 119.

1112. ὀξὺν ἱερακίσκον] Ut rapacitatem illius avis imitemini et fiatis ὀξύχειρες. Usurpatur enim ista vox de furtificis manibus. Lucian. Dial. Deor. 7, 2. ubi de Mercurio est sermo οὕτως ὀξύχειρ ἐστι καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν. BERG.

1113. πρηγορῶνας] Vulgo πρηγορεῶνας. In Equit. 374. recte Bentleius πρηγορῶνα: nam ibi quoque in libris est πρηγορεῶνα.

1114. μηνίσκους] Joachimus Camerarius Decur. 8. probl. 10. ex hoc loco Aristophanis recte observat, statuarum capitibus apud veteres lunulas addi solitas fuisse, ne avium stercore inquinarentur: additque ibidem, apud Christianos postea, qui hoc aliorsum traherent, honorisque causa id factum existimarent, morem inde ortum esse sanctorum virorum imagines pingendi cum similibus lunulis, vel orbibus, caput ambientibus, ad indicandam cœlestem illorum excellentiam. Sed posterius merito in dubium revocari posse puto. Nam jam apud veteres Græcos deorum et dearum simulacra circulo radiato honoris gratia ornari solebant: ut clare probari potest ex Luciano de dea Syr. p. 675. ed. Amst. ubi in describendo simulacro Junonis inter alia inquit: Καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πύργον, &c. Idem in Timone c. 51. statuam auream in honorem Timonis erigendam describens, dicit eam in Arce juxta Palladem collo-

catum iri, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. Plura loca nunc non succurrunt; quamvis hæc sufficere possint ad probandum id quod diximus. KUST.

1115. μῆν' Seidlerus. Legebatur μήνην. μηνιν R. μήνυν Δ. Photius p. 266, 22. μήν: τὸν μηνίσκον. Eandem emendationem Dobræus fecit, collato Cleomede περὶ μετεώρων p. 514. ed. Basil. 1561. ἡ σελήνη, ὅταν ᾖ σιγμοειδὴς τῷ σχήματι, μὴν καλεῖται.

1118. ὤρνιθες] ὄρνιθες R.Δ.

1119. τοῦ τείχους] τείχους οὐ Elmsleius ad Acharn. 179. τοῦ om. Γ.

1121. Ἀλφειὸν πνέων] *Alpheum spirans*; ita currit anhelus, quasi apud Alpheum cursu certaret. Ibi autem fiebant celebria illa certamina. Virg. Georg. 3, 180. *Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ*. BERG.

1123. Πεισθέταιρος] Scribendum Πειθέταιρος. Vid. ad v. 2. ἄρχων] ἄρχων libri.

1126. ὥστ' ἂν ἐπάνω codices. ὥσθ' ὑπεράνω Ald.

Προξενίδης καὶ Θεαγένης] Scholia: ἐκ τούτων πιστοῦται τὸ ἀνυπόστατον τοῦ τείχους· ἐπειδὴ καπνοὶ ἦσαν καὶ κομπασταί, καὶ μόνον ὑπόσχεσις· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ τείχους οἰκοδομή. Dicuntur autem promissores inanes et jactatores καπνοὶ proverbialiter. Comicus Vesp. 324. καί με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης ἢ Προξενίδην ἢ τὸν Σέλλου. Theagenem etiam καπνὸν dictum esse dicit schol. supra ad 823. ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐπετέλει. BERG. ὁ Κομπασεύς. Fictum nomen gentile, tamquam si pagus esset κόμπος dictus: jactatorem significat. v. not. ad Conc. 362. ubi Ἀχραδούσιος fictum est nomen ad imitationem τοῦ Ἀχερδούσιος. BRUNCK.

1127. Θεογένης] Scribebatur Θεαγένης. Vid. ad Pac. 928.

ἐναντίω — παρελασαίτην] Thucyd. 1, 93. καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου (Themistoclis) γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ καὶ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ· δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. Herodotus 1, 179. de Babylonis muro: ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος παρὰ τὰ ἔσχατα, οἰκήματα μονόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα. τὸ δὲ μέσον τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν. Dicebat autem Pisthetærus, quum consilium suum proponeret, de ædificando isto muro v. 552. τὸν ἀέρα πάντα κύκλῳ — περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα. BERG.

1128. δούριος] Equus Trojanus. δούρειος R.Γ.Δ.

1131. ἑκατοντορόγυιον Hotchkisius apud Gaisford. ad Hephæst. p. 42. ἑκατονταόργυιον B.C.Δ. Ald. ἑκατοντόργυιον vel ἑκατοντόργυον libri reliqui et Suidas in δούρειος et ἐξῳκοδόμηται. Photius p. 349, 3. ὀρογυίας λέγουσιν, οὐχὶ ὀργυίας. Ἀριστοφάνης.

ἑκατοντόργυιον] Non nimiam longitudinem commemorat. Sunt enim centum orgyiæ tantum unum stadium, ut Herodotus docet 2, 149. BERG.

τοῦ μάκρους] Vocabulum fortasse ab Aristophane fictum: nisi τοῦ μακροῦ scripsit.

1136. Λιβύης] Quia grues vere novo ex Libya redeunt, quo profectæ fuerant extremo autumno. Vid. v. 711. BERG.

1139. ἐπλινθοποίουν] Legebatur ἐπλινθοφόρουν. Quod illatum videtur e v. 1149.

1145. ὑποτύπτοντες] ὑποτύπτειν dicitur de iis, qui lato aliquo instrumento fossorio in terram impacto, humum vel cæmentum aliamve quamvis materiam eo exceptam egerunt vel in vas quoddam conjiciunt. Vid. Herodot. 2, 136. KUST.

1146. ἐνέβαλλον R.Γ. Vulgo ἐνέβαλον.

αὐτὸν B. Codices reliqui et Ald. αὐτοῖς.

1147. Proverbium fuit τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο. Schol.

1149. ὑπαγωγεὺς instrumentum est, quo exæquare lateres solent οἱ κονιαταὶ, seu *cæmentarii*. Quæ autem instrumentum illud ferebant, ipsæ erant *cæmentariæ* anates. Scilicet verba ἐπλινθοφόρουν et ἐπέτοντο ad idem substantivum αἱ νῆτται pertinent. Præcinctas eas esse facete fingit comicus, quia, ut Suidas et scholiastes observant, pictarum hujus avis plumarum dispositio albæ zonæ speciem refert: ἐζωσμέναι δὲ αἱ νῆτται, διὰ τὸ ἔχειν ζώνην λευκήν. Plumarum vero in summo tergo, alis expansis, figura ad ὑπαγωγέως, quem Gallice *une truelle* appellamus, figuram accedit. Versus 1151. spurius est et, a mala manu additus, prorsus deleri debuit: cum præcedentibus nullo nexu cohæret, et plane inutilis est. Quorsum enim avium lutum ferentium mentionem iterare, postquam supra v. 1142. fulicas lutum adportasse nuntius narravit? Sic verti debuit hic locus: *Atque edepol anates etiam præcinctæ lateres adportabant: sursum autem volabant, tergo impositam trullam ge-*

rentes, tanquam pueruli. BRUNCK. Jure his verbis offensus fuit Brunckius: sed minime cogitandum de versu illo ejiciendo. Post κατόπιν nonnulla excidisse recte animadvertit Dobræus.

1157. πελεκώντων B.Δ, πελεκάντων R. Ald.

ναυπηγίῳ] ναυπηγία V, ut videtur.

1164. — 1169. Interpositi hi versus sunt, ut histrio, qui nuncii partes egit, denuo prodire possit v. 1170. suscepta alterius nuncii persona. Idem infra v. 1271. præconis partes agit, et rursus nuncii v. 1706.

1169. πυρρίχην βλέπων] Schol. ἔνοπλον καὶ πολεμικόν τι. ἔνοπλος γὰρ ὄρχησις ἡ πυρρίχη. Sic Pl. 328. βλέπειν Ἄρην. Conc. 291. βλέπειν ὑπότριμμα. Vesp. 455. βλέπειν κάρδαμα. Equit. 631. βλέπειν νάπυ. Hippomedon apud Æschylum S. Th. 500.

βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, θυιὰς ὣς, φόβον βλέπων.

Tueri et *spirare* hoc sensu promiscui sunt usus. Supra 1121. Ἀλφειὸν πνέων, id est συντόνως τρέχων, ὡς Ὀλυμπιακὸς σταδιοδρόμος. BRUNCK.

1173. εἰσέπτατ'] ἐσέπτατ' R.V.Γ.Δ.

ἐς Γ. εἰς vulgo.

1181. ἀετός] Libri αἰετός.

1182. ῥοιζήμασιν] ῥοιζήματι A.

1187. παῖε B.V.Γ.Δ. et Vaticanus. πας R. πᾶς A. πᾶς τις C, Ald. et scholiasta ad v. 1118.

1193. ὃν R.V.Γ.Δ. Vulgo ὅν γ'.

Ἔρεβος ἐτέκετο. Antequam aër esset, fuit erebus, in cujus sinu Nox peperit ovum illud, unde Amor natus est, qui materiam ὁμοιογενῆ congregavit. Supra 694. Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν· Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις — τίκτει πρώτιστον Νὺξ etc. BERG.

1196. Exciderunt syllabæ quattuor. ἄθρει δὲ πᾶς τις πανταχῇ κύκλῳ σκοπῶν Reisigius Conject. p. 276.

1197. πεδαρσίου] μεταρσίου (γρ. πεδαρσίου) Γ. μεταρσίου Vaticanus. Male. Imitatur, ut in præcedentibus versibus dochmiacis, sermonem tragicum.

1203. πλοῖον ἢ κυνῆ] *Navis an galea?* Navem putat aut, quia vestis ejus est sinuosa, ut sunt vela navium, aut propter alas, quas habebat; habent enim et naves quasi alas quasdam remos; galeam autem putat esse omnino propter pennas et alas,

quia galeæ plumas habent. *Ex scholiis*; in quibus etiam κυνῆ pro petaso accipitur, qualem Mercurius deorum nuncius gestat. BERG.

1204. Πάραλος ἢ Σαλαμινία] Quia dixerat Ἶρις ταχεῖα, i. e. vi etymologiæ, *Nuncia velox*, iste putat eam esse unam ex duabus illis navibus publicis, quarum altera Πάραλος, altera Σαλαμινία vocabatur: quibus utebantur Athenienses, quoties aliquid celeriter erat per mare *nunciandum* aut expediendum; erant enim expeditissimæ καὶ μάλιστα ταχυναυτοῦσαι. BERG.

1206. ἀναπτάμενος] ἀναπτόμενος Δ.

συλλήψεται Elmsleius ad Acharn. 178. Libri ξυλλήψεται.

1207. μακρὰ codex Vaticanus. Libri reliqui μακρὰν, quod in hac formula nusquam dixit Aristophanes.

1208. τουτὶ πρᾶγμα Elmsleius ad Acharn. 178. Legebatur τουτὶ (τοῦτο B.C.Δ.) τὸ πρᾶγμα. τὸ post τουτὶ non raro addiderunt librarii.

1209. ἐς Γ. εἰς vulgo.

1210. οὐκ οἶδ' ἔγωγε μὰ δία A. Male. Vid. v. 1220.

1212. κολοιάρχαι hic sunt præfecti excubiarum vel custodum. κολοιοῖς enim sive graculis custodia novæ urbis Nephelococcygiæ commissa erat, ut patet ex v. 1174. λαβὼν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους. KUST.

κολοιάρχους] κολοιάρχους πῶς R. E qua lectione factum κολοιοὺς πῶς est in A.V.Γ. et Vaticano.

1213. σφραγῖδ' ἔχεις] Nomen σφραγὶς anulum significat, et impressum anuli signum. Sic Gallis nomen *cachet* et signatorium instrumentum, et signum expressum significat. Posteriore sensu hic accipitur, ut bene interpretatur scholiastes: οἷον σύμβολον ἐπὶ τῷ συγχωρηθῆναι παρελθεῖν. *Avez-vous pris un cachet, un billet, un passeport?* Ineptum est quod comminiscitur Berglerus, respici ad id quod supra v. 560. diis interminatus fuerat Pisthetærus: ἐπιβάλλειν σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν. BRUNCK.

1217. οὕτω] οὕτως Ald.

1218. Idem versus 192.

1219. ποίᾳ] ποῖ R.

1221. Legebatur ἀδικεῖς δὲ (με pro δὲ R.) καὶ νῦν. Verissimum hoc est, injuriam facere Iridem, neque in ea re hæremus: sed ineptus est in vulgata scriptura sententiarum nexus et

ordo. Quare emendavi ἀδικεῖ, secunda persona, quod iis quæ statim sequuntur egregie confirmatur, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες. Hoc dicit Pisthetærus, quid quod injuria tibi sit? nam si paterere quam promerita es pœnam, comprehensa morereris. Ejusmodi est Plauti illud in Aulularia 4, 4, 15. A. Facisne injuriam mihi, an non? B. Facio, quia non pendes, maximam. Euripides in Heraclidis v. 970.

τότ' ἠδικήθη πρῶτον οὐ θανὼν ὅδε.

In quo versu, ab Barnesio et Musgravio recte intellecto, miror hæsisse Elmsleium. Ceterum illud vix opus moneri, καὶ non esse cum νῦν, sed cum ἀδικεῖ δὲ conjungendum.

1232. μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις] Euripides in Plisthene apud Ammonium in βωμὸς, μηλοσφαγεῖται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

1233. κνισᾶν R.Δ. Vulgo κνισσᾶν.

ἀγυιάς] ἀγυιᾶς in hoc aliisque locutionis hujus, κνισᾶν ἀγυιὰς, exemplis scribi vult Harpocratio in ἀγυιᾶς, Apollinis ἀγυιέως et βωμοῦ ἀγυιέως comparatione in errorem inductus.

1237. αὐτοὺς R.V. Legebatur αὐτοῖς. Vid. ad Eq. 72.

1239. Paratragœdiatur, ut ei terrorem incutiat. Videntur autem hæc ex Æsch. Agam. esse, ubi v. 544. καὶ πανώλεθρον αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον. Ibid. 534. Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου Διὸς μακέλλῃ. Scholiastes adducit Sophoclis locum: χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ. BERG.

1242. καταιθαλώσῃ V.Γ.Δ. Vulgo καταιθαλώσει.

Λικυμνίαις βολαῖς] *Jaculationibus Licymniis*. Quidam volunt, referente schol. comicum respicere ad Euripidis *Licymnium*, in quo dramate aliquis fulmine ictus nuncietur. Quidam volunt proverbium esse. BERG. De fabula illa Eurip. cf. Valck. Diatr. in fr. Eurip. p. 17. s. Secundum Hesych. in (Λικύμνιος, ubi v. Alb.) non homo, sed navis fulmine tacta referebatur. BECK.

1244. Faceta hic est imitatio eorum, quæ Admeto ap. Eurip. in Alcest. dicit Pheres v. 686.:

ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς; πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν; BRUNCK.

1247. Verba καὶ δόμους Ἀμφίονος ex Æschyli Niobe sumta esse annotavit scholiasta.

1248. ἀετοῖς] Libri αἰετοῖς.

1250. ὄρνις A. Reliqui libri ὄρνεις. Eadem diversitas apud Suidam in παρδαλᾶς.

1251. πλεῖν ἑξακοσίους] γρ. πλὴν (corr. πλεῖν) ἢ 'ξακοσίους Γ. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 411.

1252. Πορφυρίων] Nunc Porphyrionem gigantem intelligit, cujus meminit Horatius carm. 3, 4, 54. BRUNCK.

1254. σκέλη] σκέλει R.

1256. τριέμβολον] Quod hic τριέμβολον, id voce simplici ἔμβολον videtur vocasse in fragmento quod citat Athen. 1. p. 29. ex posterioribus Thesmophoriazusis, οἶνον — ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον (mentulam). BERG.

1259. ἢ μήν σε παύσει Bentleius. Legebatur ἢν μή σε παύσῃ (παύσει R.).

1262. ἀποκεκλῄκαμεν Reiskius. Aberat iota subscriptum.

1264. μηκέτι] μηκέτι γε C. et Ald.

1265. ἱερόθυτον καπνὸν jungenda, fumum, qui ex victimis immolatis oritur. BECK.

1268. βροτὸν] βροτῶν R.V.

πέμπειν A.R.Γ. Vulgo πέμπειν ἄν.

1271. Πεισθέταιρ'] Scribendum Πειθέταιρ'. Vid. ad v. 2.

1272. ὦ τρισμακάρι' ὦ κλεινότ' (sic) ὦ σοφώτατε. | ὦ γλαφυρώτατε ὦ κατ. R. Eodem verborum ordine Suidas in κατακέλευσον.

1273. κατακέλευσον notat: inspira mihi plura encomia, quibus te ornem: exhaustus enim sum; insta celeusmatibus tuis et me urge laudes tuas canentem. REISK.

1274. 1275. inverso ordine exhibet V.

1281. ἐλακωνομάνουν] Demosth. c. Cononem [p. 1267.] οἱ μεθ' ἡμέραν ἐσκυθρωπάκασι καὶ λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. BERG. Scholiasta, τῆς τῶν Λακώνων ἤρων πολιτείας. Non cogitandum hic de πολιτείᾳ. Habitum vestitumque Laconicum Athenis multi imitabantur, quemadmodum hodie Anglorum Gallorumve habitum imitantur exteri.

ἅπαντες] πάντες Ald.

ἄνθρωποι] Scribendum ἅνθρωποι.

1282. ἐσωκράτωνR. Legebatur ἐσωκράτουν. "Confer ea quæ de "Socrate et ejus discipulis dicuntur in Nub. 835." BRUNCK.

1283. σκυτάλαι et σκυτάλια dicebantur non modo epistolæ Laconicæ singulari modo convolutæ (de quo vid. schol.), sed

etiam ipsi baculi, scipiones, circa quos volvebantur. Vid. Hesych. ejusque interpr. BECK. *σκυτάλια* producto *α* dixit ut Nicopho in fragmento ab scholiasta allato, *οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν | ἀπὸ τοῦ σκυταλίου* (adde *τε*) *καὶ τῆς διφθέρας*. Ex quo sequitur *νυνὶ* in *νῦν* esse mutandum cum Porsono.

1287. *ἡμεῖς*] *ὑμεῖς* Δ.

ἐπὶ νομὸν] Jocus ex ambigua significatione vocis *νομος*, *lex* et *pascuum*. BRUNCK.

1288. *κατῆραν ἐς τὰ βιβλία*] Postremum dictum est pro *λειμῶνας*, ut notaret in Atheniensibus studia rerum forensium, nam *βιβλία* forenses libelli, plebiscita maxime, sunt. BECK. *βυβλία* R.Γ.Δ. Ald.

1292. *Πέρδιξ* nomen est proprium cauponis cujusdam, qui claudus erat. Vide fragm. Anagyri ab scholiasta allatum. BRUNCK.

1294. *Ὀπουντίῳ*] Hujus hominis mentio facta supra v. 153. Ad utrumque locum respicit Eustathius ad Hom. p. 277. *Ὀποῦς, Ὀποῦντος. τὸ ἐθνικὸν Ὀπούντιος, ὡς ὑποδηλοῖ καὶ ὁ κωμικὸς, ἔνθα Ὀπούντιόν τινα σκώπτει, Ἀθηναῖον ἄνδρα μὴ ἀκεραιούμενον τὴν συζυγίαν τοῖν ὀφθαλμοῖν*. BRUNCK.

1295. *Φιλοκλέει* A.R.V. Vulgo *Φιλοκλεῖ*. De Philocle vide schol. ad h. l. et ad Thesm. 168.

χηναλώπηξ] Alii etiam ita cognominati fuerunt; vid. Eq. 1066. propter vafritiem. BERG.

Θεογένει] Scribebatur *Θεαγένει*. Vid. ad Pac. 928.

1296. *ἶβις Λυκούργῳ*] Quis fuerit iste Lycurgus, quem hic defricuit comicus, aut unde duceretur ibidis ludibrium et contumelia, sive fuerit ob crurum gracilitatem, ut nonnulli existimarunt, sive propter generis peregrinitatem, ut aliis potius visum est, sive denique, quod vita et moribus Ægyptios referebat, nam et id quoque inter alia conjicitur: ea utique omnia et ego nescio et posteri fortasse nescibunt. Non fuit certe Lycurgus orator (quod videbatur Pseudoplutarcho in vita decem orat. p. 843 d.), neque propter ejus in judicando acrimoniam hæc dici potuerunt, quum Aristophanes hanc fabulam docuerit ante natum Lycurgum, aut certe prius quam in republica versaretur. TAYLOR. præfat. ad Lycurg. p. 110. ed. Reisk.

Χαιρεφῶντι νυκτερὶς] Scholiasta, ὁ Χαιρεφῶν μέλας καὶ ὠχρός. Conf. Nub. 104.

1297. Συρακοσίῳ Bentleius. Libri Συρακουσίῳ.

Μειδίας] μιδίας R.

1298. ἦκεν] ἧκεν R.V. Ald. εἶκεν B.Γ.Δ. Grammaticus codicis Barocciani 50. in Bekkeri Anecd. p. 1379. et Suidas, ἤκει: ἀντὶ τοῦ ἐῴκει. ὄρτυξ καλεῖτο (καλεῖται Suidas) καὶ γὰρ ἤκει ὄρτυγι.

1299. στυφοκόπου] στυφοκόμπου libri omnes, hancque scripturam agnoscunt, præter schol., quem descripsit auctor Etym. M., Hesychius et Suidas. Mendosa tamen est. Genuinam nominis formam satis declarat Pollux 7, 136. ὁ γὰρ ὀρτυγοκόπος ἐστὶν ἐν χρήσει καὶ ὀρτυγοπώλης καὶ στυφοκόπους αὐτοὺς οἱ κωμῳδοὶ καλοῦσιν. Idem 9, 107. καὶ μέντοι καὶ τὸ ὀρτυγοκοπεῖν παιδιὰ, καὶ τὸ πρᾶγμα ὀρτυγοκοπία, καὶ οἱ παίζοντες ὀρτυγοκόποι καὶ στυφοκόποι ἐκαλοῦντο. Sic apud Onomasticum legendum esse vere censet Kühnius, monens στυφοκόπους dici coturnicum magistros a στύφω *spisso, crassum reddo*, quia nutriebant coturnices, et κόπτω *cædo*, quia in commissionibus cædebant, vellicabant, coturnices. Quid, malum, significatio verbi κομπέω commune habet cum ὀρτυγοκοπίᾳ? Insititiam esse aiunt literam μ. Quorsum? nonne comicis metris (nam vox illa comica est, quod probe observandum), tam apta est tertia brevi quam longa? Sic multis in libris ὄμβριμος legitur, qua in voce etiam μ insititium esse tradunt: sed insitio illa barbariei commentum est. Vide quæ paucula notavimus ad Æsch. S. c. Th. 796. Ut gallinaceorum, publice Athenis coturnicum certamina exhibita fuisse fidem facit Lucianus in Anacharside vol. 2. p. 918. Præterea ludus erat, quo se privatim oblectabant. Eum describit Meursius de Ludis Græcorum in Ὀρτυγοκοπία, ubi στυμφοκόποι habet, quam scripturam in altero loco exhibent Pollucis libri, non minus mendosam quam στυφοκόμποι. Simili errore in scholiis legitur ὑπ' ὀρτυγοκόμπου. Genuinæ scripturæ indicium etiam servavit accentus. Nam si κόμπος pars esset compositionis hujus nominis, scribendum esset στυφόκομποι, non vero στυφοκόμποι. Hesychii interpretationem secutus est doctissimus Hemsterhusius, quam ex supradictis falsam esse liquet. στυφοκόπος dicitur is, qui coturnicem suam contra alterius coturnicem committit. Græcum nomen vix Latino reddere

possis. Si avis ipsa *στυφοκόπος* etiam appellata fuit, quod minus probabile videtur, nec tamen præfracte negare ausim, et in gallinaceorum pugna validior gallus sic dictus fuerit, hic, quia de coturnice agitur, saltem vertendum erat: *similis est coturnici a validiore in pugna caput ictæ.* Sed malim *a lusore caput ictæ*. BRUNCK.

1301. *χελιδὼν*] Ut in carmine Simonidis, quod scholiasta memorat.

ἐμπεποιημένη] *ἐμπεπλεγμένη* (*γρ. καὶ ἐμπεποιημένη*) Γ. *ἐπτερωμένη* codex Vaticanus.

1303. *σμικρὸν* B.R.V.Γ.Δ. *μικρὸν* Ald.

1308. *ἆρα*] *ἄρα* Ald.

1313. *τὰν*] Legebatur *τάνδε*.

1314. *καλοῖ* B.C.Δ. Legebatur *καλεῖ*.

ἀνθρώπων A.R.V.Γ. Legebatur *ἀνθρώπων ἄν*.

1320. *ἀμβρόσιαι Χάριτες* A. Vulgo *ἀμβροσία, Χάριτες*.

1322. *εὐάμερον* B.V.Δ. Vulgo *εὐήμερον*.

1326. *αὖθις*] *αὖτις* libri.

ἐξόρμα A.R.V. et scholiasta. *αὖ γ' ἐξόρμα* vulgo.

1328. *ἐστί τις* Bentleius. Legebatur *τίς ἐστιν*. *τις* om. B.C.

1333. *θαλάττι'* codices. *θαλάσσι'* Ald.

1334. *πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν*] Viri cujusque indolem spectans. Aristides vol. 1. p. 38, 3. *τὰ δ' ἐν μέρει πρὸς ἄνδρα ὁρῶν ἤδη διεδίδου*.

1337. *γενοίμαν αἰετὸς*] Ex Sophoclis Œnomao dicitur in scholiis. Ridet autem dithyrambicos et tragicos, qui sæpe alas sibi optant, aut se in aves mutari: aut tales introducunt. Eurip. Hippol. 732. *ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν θεὸς ἐν ποταναῖς ἀγέλῃσι* [*εἰνὶ ποταναῖς ἀγέλαις*] *θείη· ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον κῦμα*. BERG.

ἀετὸς] *αἰετὸς* Brunckius.

1338. 1339. In unum versum conjungendi.

ὑπὲρ additum ex A.B.R.V.Γ, om. Ald.

ἀτρυγέτου] Id est *ἀτρυγέτου θαλάσσης*. Ridet inanem verborum strepitum poetarum dithyrambicorum.

1340. *οὐ*] *δ' οὐ* V.

ἄγγελος] Libri *ἄγγελος*.

1341. *ἀετοὺς* Brunckius. *αἰετοὺς* Ald.

1343. Videtur hic versus in quibusdam libris olim non lectus,

neque a poeta, sed a grammatico Aristophane lacunæ explendæ caussa esse adjectus. Scholiasta *οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι: μετὰ τοῦτον ἑνὸς στίχου φέρουσί τινες διάλειμμα, καὶ* 'Αριστοφάνης (scr. 'Αριστοφάνους, grammatici) *πλήρωμα οὕτως· ἐρῶ δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισι νομῶν.*

ἔγωγε] *ἐγώ τι* R.V. *ἐγώ τοι* Bekkerus.

1343. 1345. 1346. Aldus et aliquot codices *νόμῶν* et *νόμοί* duplici accentu, ambiguitatis significandæ caussa. Vid. Elmslei. ad Eurip. Medeam p. 272.

1347. *νομίζεταί* R.

1354. *ταῖς—κύρβεσιν* R. et scholiasta. Legebatur *τοῖς—κύρβεσιν*. Vid. schol. Paris. ad Apollon. Rhod. 4, 280.

πελαργῶν] Ciconiæ dicebantur parentes senes alere: vid. Aristot. H. A. 9, 13. Ælian. N. A. 3, 23. 10, 16. Plin. H. N. 10, 23. Suidam in *ἀντιπελαργεῖν*. BECK.

1356. *πελαργιδῆς*] Scribebatur *πελαργιδεῖς*. De illa accusativi forma dixi ad Soph. Ajac. 390.

1358. *τἄρ'*] *γὰρ* libri. Correxit Elmsleius ad Acharn. 323.

ἂν additum ex R.V.Γ. et Vaticano.

Δί' R.V. Vulgo *τὸν Δί'*.

1360. *οὐδέν γ'*] Conf. ad Nub. 694.

μέλε] *μέλε'* Γ.

1363. *ἤ*] *ἦν* A. *ἤ* scholiasta et grammaticus in Montefalc. Bibl. Coislin. p. 233.

1364. *ταυτηνδὶ* Elmsleius in *Quarterly Review* 14. p. 449. *ταύτην δὲ* R.V.Γ. *ταύτην δέ γε* vulgo.

1365. *τὴν πτέρυγα — τὸ πλῆκτρον — λόφον*] Propterea accesserat hospes, ut fieret gallus gallinaceus, qui contra patres solent insurgere; ut recte sentit in scholiis Didymus: *ἦλθε γὰρ ὡς ἀλεκτρυὼν πτερωθῆναι, ἐπεὶ ἐκεῖνοι τοὺς πατέρας τύπτουσι·* de qua re et comicus Nub. 1434. *σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα βοτὰ ταυτὶ, ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται.* Cum itaque hoc animo accessisset, non transformatur quidem in gallum, sed armis instruitur quasi gallus; clypeo tamquam ala, gladio tamquam calcari, quod galli gestant, galea tamquam crista gallorum. *Ex scholiis.* BERG.

τουτὶ] *τοῦτο* R.

θἀτέρᾳ] Scribebatur *θἠτέρᾳ*. Conf. ad Soph. Trach. 272.

1366. *τονδὶ*] *γε τὸν* vulgo. *τόνδε τὸν* R.V.Γ.

1369. ἐs] εἰs libri.

τἀπὶ Θρᾴκης] Urbes Thraciæ ita dicuntur Thuc. 2, 9. Athenienses tum sæpe expeditiones in Thraciam susceperunt contra Perdiccam, Macedoniæ regem, et Lacedæmonios. v. Thuc. 4, 75. BECK.

1370. Διόνυσον] διόνυσσον R.

1372. Ἀναπέτομαι — κούφαις] Anacreontis versus apud Hephæstionem p. 52. ed. Gaisford. ex carmine quod primi cujusque versus arsin solutam habuit, majoris animi motus exprimendi caussa. In editione Oxoniensi per errorem legitur Ἀμπέτομαι.

1377. τε νέαν A.B.R.V.Γ.Δ, Vaticanus, et scholiasta. γενεάν Ald.

ἐφέπων] ἐπέων varia lectio scholiastæ.

1378. φιλύρινον, *tiliaceum*. Athenæus p. 551. d. ubi hujus Cinesiæ meminit: ἄλλοι δ' αὐτὸν, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης, πολλάκις εἰρήκασι φιλύρινον Κινησίαν, διὰ τὸ φιλύρας τοῦ ξύλου λαμβάνοντα σανίδα συμπεριζώννυσθαι, ἵνα μὴ κάμπτηται, διά τε τὸ μῆκος καὶ τὴν ἰσχνότητα. Cinesiæ gracilitatem alibi irridet comicus. Vide Ran. 1437. et Gerytadæ fragm. 9. [fr. 198.]. Quod sequitur apud Athenæum non intellexit interpres: ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης, καὶ δεινὸς τἄλλα — id minime significat *valetudinarium* eum fuisse, sed *morbosum*, eo sensu, quo dixit Catullus 57, 6. de Mamurra et Cæsare:

Morbosi pariter, gemelli utrique.

Cinædum eum fuisse innuit comicus Conc. 329. BRUNCK. φελύρινον R.

1379. Hunc versum citat Pollux 4, 188. ubi differentiam statuere videtur inter χωλὸν et κυλλὸν, quorum illud proprie de pede, hoc de manu dicatur. Jocus est in κυλλὴν χεῖρα Equit. 1082. κυκλεῖν πόδα tragica est locutio. Euripides Or. 631. ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς; Sophocles Aj. 19. κυκλεῖν βάσιν dixit. ἀνὰ κύκλον, ut Ran. 440. χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον. Perperam in A. scriptum κυκλοῖς. BRUNCK.

1381. λιγύφθογγος A, superscriptum in B, R.V.Γ, scholiasta. λιγύμυθος B, Ald. et γρ. V. γρ. λιγύμυθος ἢ λιγύμοχθος Γ. λιγύμοχθος annotatum in B. et ab scholiasta.

1384. ἀναπτόμενος] ἀναπτάμενος A.

1385. ἀεροδινήτους καὶ νεφοβόλους A.

1389. Addidi τινά. Sed fortasse præstat cum Dobræo scribi ἀέρια καὶ σκότι' ἄττα καὶ κυαναυγέα.

σκότια R.V.Δ. σκότιά γε vulgo.

1392. σοι] σου A.Δ. et scholiasta. σου B. (σοι)

1393. πετεινῶν Vaticanus. πετηνῶν V.Γ.Δ. Ald.

1394. Idem versus 254.

1395. ἀλάδρομον Brunckii editio. ἀλαδρόμον Ald.

1396. πνοαῖσι R.V.Γ. Vulgo πνοιαῖσι. Post βαίην comma ponendum. γρ. βαίνων V.

1397. ἢ 'γώ] ἤγώ R. ἢ 'γώ Vaticanus. ἐγώ vulgo. ἔγωγε B.Δ.

1398. στείχων] στίχων Γ.

1406. Λεωτροφίδῃ] Scholia: βούλει τῷ Λεωτροφίδῃ τὴν Κεκροπίδα φυλὴν διδάσκειν; et iterum: θέλεις οὖν καὶ τῷ Λεωτροφίδῃ χορὸν ὀρνέων διδάσκειν; Facit autem hujus mentionem, quia et iste, ut Cinesias, fuit macer et exili corpore; de quo Leotrophide Hermippus ap. schol.: ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοΐδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος. BERG.

1407. Κεκροπίδα φυλήν] Id est, ex tribu Cecropide. BECK.

1409. Hunc versum om. R.

1410. Alcæi locum profert scholiastes, ad quem respexisse comicum putat: Ὄρνιθες τίνες οἵδε; Ὠκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων [οἵδ'; ὠκεανῶ γᾶς ἀπὸ περράτων] ἦλθον, πανέλοπες ποικιλόδειροι, τανυσίπτεροι. Aliumque Simonidis: Ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἁδυόδμου, κυανέα χελιδοῖ. Sic legendum esse Simonidis fragmentum nemo non videt, quod duabus mendis inquinatum est in vulgatis libris. Ut id jam antea correxeram, scriptum reperi in margine codicis C. BRUNCK.

ὄρνιθές τινες] Scribebatur ὄρνιθες τίνες, quod Alcæus dixerat, Aristophanes autem leviter mutatum rei præsenti accommodavit.

οἵδ'] οἵδε libri, in fine versus.

1416. Quia sycophanta detrita veste indutus erat arcendoque frigori parum idonea, Pisthetæro videtur hirundinem invocare, veris indicem multisque etiam hirundinibus egere, sive adulto vere, quia, ut est in proverbio, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, *une hirondelle ne fait pas le printemps*. BRUNCK.

1418. δεῦρ'] δῆτ' Δ.

1419. δεῖ χρὴ R.V.Γ.Δ. Vulgo χρὴ δεῖ.

1420. usque ad finem fabulæ exciderunt ex Γ.

1421. *Num Pellenem volare cogitas?* Quia Pellene, in urbe Achaiæ, præmia athletis dabantur lænæ, quæ ibi texebantur

præstantissimæ. Vide Hesychium in Πελληνικαὶ χλαῖναι. Eustathius ad Homerum p. 292, 6. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς ἔπαθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀγῶσιν, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ ἐν Ὄρνισιν. Harum lænarum meminit Pindarus Olymp. 9, 146. καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν Πελλάνᾳ φέρε. BRUNCK.

1426. ὑπὸ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον; Sic optime A. [et V.Δ.]. Vulgo ὑπαὶ πτερύγων τί προσκαλεῖν —. Poeticum ὑπαὶ in senariis comicis locum non habet. προσκαλεῖ secunda persona est indicativi præsentis medii. BRUNCK. προσκαλεῖ etiam R. De ὑπαὶ πτερύγων conf. Acharn. 970.

1427. με] γ' ἐμὲ R. γέ με V.

1429. Supra 1136. ἧκον — γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους. Ut autem hic καταπίνειν δίκας, ita φαγεῖν δίκην Vesp. 1365. BERG.

1432. σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι] Proverbium, de quo vid. Suidam in ἐπίστω et οὐκ ἐπίσταμαι.

1434. χρῆν] χρὴ A.B.

1435. τοῦ] τῶν τοῦ R.

1437. τοι R.V. et Eustathius p. 85, 35. et 1055, 21. Legebatur ταῦτα.

1438. ἄνδρα] ἄνδρας V.

τοῖς] τοι Dobræus.

1440. γε Bentleius. Libri τε. Conf. v. 139. καλῶς γέ μου τὸν υἱὸν —.

Διιτρέφης] Legebatur ὁ Διιτρέφης. Articulum delevit Elmsleius ad Eurip. Med. p. 139. De Diitrephe conf. ad v. 798.

1443. ἀνεπτέρωκεν] ἀνεπτέρωσεν R.

1446. τἄρα] τ' ἄρα Ald. γ' ἄρα Δ.

1447. τε om. R.

1451. τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ] Eurip. Bacch. 265. Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος; Idem Or. 1153. πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ κατῄσχυνεν γένος. Noster Nub. 1224. ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ. BERG.

1454. ἱέρακος] Quia est avis rapax; ut et ipsa rapere possit miserorum bona. Supra 1111. εἶθ' ἁρπάσαι βούλησθέ τι, ὀξὺν ἱερακίσκον — δώσομεν. BERG.

1457. ὠφλήκῃ] ὀφλήσῃ B.Δ. ὀφλήσει C.

1463. V. Hesych. in Κερκυραία μάστιξ. BRUNCK. Osten-

dit ei scuticam. Fuerunt publicæ quædam scuticæ Corcyræis ad seditiosos et turbulentos, qui sæpe exoriebantur, compescendos, magnitudine insigni, ut in proverbium abierit Κερκυραία μάστιξ, ut docet schol. BERG. Add. Zenob. Cent. 4, 49. Quia duplici loro illud flagellum constabat, propterea mox utitur duali πτερώ. BECK. Κορκυραῖα R.V. Scribebatur Κερκυραῖα. Κόρκυρα in numis: vid. Eckhel. D. N. vol. 2. p. 178. De utraque forma dixit Eustath. ad Dionys. Perieg. 494.

1468. στρουθοδικοπανουργίαν diversa lectio scholiastæ.

1470. — 1493. Rectam horum versuum descriptionem dedit Gaisfordus ad Hephæstionem p. 262.

1471. ἐπεπτόμεσθα R.V. et Vaticanus. ἐπετόμεσθα Ald.

1474. καρδίας ἀπωτέρω] Quasi de urbe Cardia, quæ est in Thracia, loquitur; sed significat Cleonymum esse excordem sive non esse εὐκάρδιον, *animosum*, sed timidum. BERG.

1477. μέγα] Apparet, magnæ staturæ fuisse hominem. In Acharn. 88. avem ingentem descripturus dicit: ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου, quasi dicat: *magno majorem*. BERG.

1478. τοῦ addidit Bentleius.

μὲν] μέν γε C.

1481. τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ] Notatur tanquam ῥίψασπις Nub. 352. BERG.

1484. λύχνων ἐρημίᾳ] Quasi Σκυθῶν ἐρημίᾳ, quod est proverbium, de quo vid. schol. et Hesych. λύχνων ἐρημία est locus luminibus carens. Festive tamquam regionem quamdam describit, quam viderit avium chorus, quum indicare velit, noctu facile cives ab Oreste quodam, grassatore istius ætatis, spoliari et male tractari. BECK.

1490. ἥρῳ Bentleius. ἥρωϊ libri.

1491. Ὀρέστῃ] Hunc heroem vocat, ut ait schol., quia est cognominis filio Agamemnonis; eamdem ob causam eum dicit μαινόμενον Acharn. 1166. Mentionem ejus facit etiam supra 713. εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν —. BERG.

1492. γυμνὸς] Alexis ap. Athen. 6. p. 227. τῆς νυκτὸς οὗτος τοὺς ἀπαντῶντας ποιεῖ γυμνοὺς ἅπαντας. BERG.

1493. πληγεὶς πάντα τἀπιδέξια, pro ἀπόπληκτος γενόμενος πάντα τὰ ἐπιδέξια i. e. *quum omnes dexteræ partes corporis ei caperentur apoplexia.* Credebatur autem hoc malum immitti ab heroibus. Eo alludit comicus; quia Orestes erat cognomi-

nis heroi, sed nihil aliud vult significare, quam homines ab eo verberatos et spoliatos esse. BERG. τἀντιδέξια codex Vossianus in textu et in scholiis. Sic etiam Δ.

1494. τάλας A.B.R.V. et Vossianus. τάλας γ' Ald.

1495. Πεισθέταιρος] Scribendum Πειθέταιρος. Vid. ad v. 2.

1496. οὑγκαλυμμὸς Dawesius p. 209. (379. Kidd.). Libri ὁ συγκαλυμμός.

1497. Δί' codices. τὸν Δί' Ald.

1503. ἐκκεκαλύψομαι codices: ἐκκαλύψομαι Ald.

1506. ὀλεῖ μ' Hermannus Elem. doctr. metr. p. 131. μ' ὀλέσει R. ὀλέσει A.V, Vaticanus, Vossianus, hic cum gl. μέλλει διαφθείρειν. ὀλέσεις vulgo. ὀλέσει μ' Bentleius.

1508. τουτὶ] ταυτὶ R.

σκιάδειον] σκιάδιον R. σκιάδιον Δ.

1514. ἅττ'] ἆρ' C. ἄρ' Vaticanus. Vid. fragm. 499.

1517. κνῖσα] κνίσσα vulgo. κνίσα V.Δ.

1519. ὡσπερεὶ R.V. et Suidas in Θεσμοφόρια. Legebatur ὥσπερ ἐν.

Θεσμοφορίοις] θεσμοφορίοισι R. et Suidas.

νηστεύομεν] In Thesmophoriorum festo, quod durabat quinque dies, unus dies erat jejunii dies: in Thesm. 956. ὅτ' ἂν ὄργια σεμνὰ θεαῖν — ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει· et paulo post 992. παίσωμεν — νηστεύσωμεν δὲ πάντως. BERG.

1521. Scholia: τὸ κεκριγότες εἰς τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς αὐτῶν· nempe isto verbo utitur, ut significet eos tamquam barbaros vocem edere non intelligibilem. Hinc etiam infra 1627. et 1677. Triballum deum barbare loquentem introducit. Hesych. κρίζειν exponit κεκραγέναι. BERG.

1522. ἄνωθεν *ex superioribus regionibus*. Scholia: ἀνωτέρω δέ φησιν αὐτοὺς οἰκεῖν, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἀνωτέρω οἰκοῦσιν καὶ πορρωτέρω οἱ βάρβαροι, nempe Thraces et Illyrii. BERG.

1523. τἀμπόρι' ἀνεῳγμένα] Quia belli tempore cessant commercia et emporia clauduntur. Demosth. Olynth. 2. [p. 22.] κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον. BERG.

1524. εἰσάγοιτο R. Vulgo εἰσάγοιντο. Quod retineri poterat.

1527. ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης] Sic quidem libri omnes: est tamen lectio absurdissima. Vulgata versione, quam

me retinuisse piget, nihil insulsius: *unde patrius originem ducat Execestides.* Legendum Ἐξηκεστίδῃ in tertio casu, et vertendum: *Nonne enim barbari sunt, e quibus Patrius est suus Execestidi?* In inquisitione, quæ fiebat Athenis in Magistratuum natales et vitam, antequam munus inirent, quod primum quærebatur, hoc erat: *εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τὸν δῆμον πόθεν, καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος.* Hac de re videndi Pollucis interpretes ad 8, 85. et Petitus de Leg. Att. p. 321. Nemo pro cive Atheniensi habebatur, nisi cui esset Apollo Πατρῷος. Idcirco patres, quum in curialium albo filios suos inscribi curabant, postquam eos ad curiales deduxerant, Apollinis Πατρῴου, seu *Tutelaris* sacris initiabant, quod ostendit Demosthenis locus in Oratione contra Eubulidem p. 1315. *ἀλλὰ παιδίον ὄντα με εὐθέως ἦγον εἰς τοὺς φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνος Πατρῴου ἦγον* — Execestides vero, cui peregrina et servilis exprobratur origo supra v. 764. sacra Apollinis Πατρῴου, Atheniensibus civibus peculiaria, colere non poterat. Hunc iterum perstringit comicus tanquam *παρεγγεγραμμένον, ξένον ὄντα*, id est, per fraudem in civium albo inscriptum, facetissimeque fingit eum, tanquam barbarum, Πατρῷον seu *Tutelarem* habere deum aliquem ex barbaris illis, *ὅθεν ὁ Πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδῃ.* Sic loqui solent. Pollux in citatis supra verbis, *εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς* Πατρῷος. Demosthenes in Orat. de Corona p. 274. *καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς Πατρῷός ἐστι τῇ πόλει.* Juxta vulgatam lectionem Execestides non amplius homo fuerit, sed ipse *Tutelaris* deus, quo nihil absurdius. BRUNCK.

1534. *σπένδεσθ'* codex Vossianus correctus. Legebatur *σπένδησθ'*.

1536. De Basilea, Jovis filia, vide scholiastam.

1538. *ταμιεύει* A.B.R.V, Vaticanus, Vossianus. *κεραμεύει* Ald.

1539. *ἅπαξ ἅπαντα* R.

1541. *κωλαγρέτην*] Scribebatur *κωλακρέτην*. Conf. Vesp. 695. 724.

1542. *τἄρ'*] *γὰρ* R. Vulgo *γ' ἄρ'*. Correxit Elmsleius ad Acharn. 323.

1543. *παραλάβῃς* R.V. Legebatur *λάβῃς*.

πάντ' V. Legebatur *ἅπαντ'*.

1545. *ἀεὶ* Brunckii editio. *αἰεὶ* R. et Ald.

1546. διὰ σ'] Nam Prometheus ignem Jovi surreptum cum hominibus communicaverat.

1549. Τίμων] Erat enim Timon non tantum hominum sed et deorum osor. Lucianus in cognomini dialogo facit eum sic dicere c. 34. *πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ.* Apud comicum Lys. 811. mulierum chorus ex propria forte hypothesi dicit Timonem tantum viros odio habuisse, quum mulieres amaret maxime. BERG.

1550. *φέρε τὸ* V. *φέρε μοι τὸ* A.R. et Vossianus. In B. *τὸ* inter versus additum.

σκιάδειον] *σκιάδιον* R.

1552. ΠΕΙΣΘ. om. R.

1553. Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν] Hæc pendent ex superioribus, ubi chorus refert mirabilia quæ viderit a v. 1470. — 1493. A *σκιὰ* *umbra* et *ποὺς* *pes*. Scholia: *γένος δέ ἐστι τῶν περὶ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν, πρὸς τῇ κεκαυμένῃ ζώνῃ· τούτους δὲ ἔχειν βήματά φασι τοῦ παντὸς σώματος μείζονα· διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν οἴκους, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ καύματος ἀναλίσκεσθαι, τετραποδηδὸν βαδίζοντας ἀνορθοῦν τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν καὶ σκιάζειν τὸ λοιπὸν σῶμα.* Vult autem Chærephontem ridere tamquam macie confectum et *σκιοειδῆ*. BERG. Etiam Plin. H. N. 7, 2. Harpocr. Photius, Hesych. docuerunt, gentem Libycam fuisse, pedibus latis, sed niti pleraque videntur dubia Ctesiæ auctoritate, qui de iis exposuerat, etsi jam ante Ctesiam Σκιάποδες Græcis innotuisse videntur. Ad lacus (*λίμνας*) solebant animas ex orco ciere, ut ad lacum Avernum. v. Davis. ad Cic. Tusc. 1, 16. Wessel. ad Diodor. S. 1. p. 267. BECK.

1554. ἄλουτος] Quia Socrates et discipuli ejus se non lavabant, de quibus Nub. 835. *ὧν ὑπὸ φειδωλίας ἀπεκείρατ' οὐδεὶς — οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος.* BERG.

1556. Πείσανδρος] Est is, qui tempore belli Peloponnesiaci popularem civitatis statum evertit (v. Thuc. 8, 65. 68.), sed mutata (Ol. 92, 2.) reipubl. forma Deceleam fugit (id. 8, 98.). Quia ignavus et meticulosus fuit, anima viventem deseruisse dicitur. A comicis sæpe notatur, sed duo etiam tum ejus nominis Athenienses floruisse dicuntur. BECK. De utroque Pisandro dixit Meinekius Quæst. scen. 2. p. 20, 21. Prior illorum iterum notatur Lys. 490. Fragmentum ex Babyloniis affert scholiasta.

1559. σφάγι' ἔχων κάμηλον] Ut solent, qui necyomantiam

exercent. *κάμηλον* grammatici interpretantur magnam victimam. BECK.

1561. Οὐδυσσεὺς] Bentleius. Libri Ὀδυσσεύς.

Ὀδυσσεὺς] Respicit ad locum illum Odyss. λ. 24. ubi Ulysses animas defunctorum evocaturus pecudes super fossa jugulat. KUST.

1563. *πρὸς τὸ λαῖμα*] Si intemerata est hæc scriptura, jocum quæsivit comicus in similitudine vocum *λαιμὸς*, *αἷμα*, unde *λαῖμα* finxit. In Menandri versu quem citat scholiastes, scribendum *λαιμὰ*, ut ostendit Bentleius Emendatt. p. 21.

καὶ λαιμὰ βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα. BRUNCK.

λαῖτμα V, qui hunc et proximum versum a manu rec. habet. Eandem scripturam apud Suidam in *λαῖμα* præbet optimus codex Parisinus. Scribendum *λαῖγμα*, quod Bentleius restituit, collata glossa Hesychii, *λαίγματα*: *πέμματα· οἱ δὲ σπέρματα, ἱερὰ ἀπάργματα.* Photius p. 201, 14. *λάγματα* (sic): *ἱερὰ ἀπάργματα.* Suidas *λαῖμα* interpretatur *ἱερὸν θῦμα.* Theognostus in Crameri Anecd. vol. 2. p. 9, 13. *λαῖγμα, τὸ ἱερόν.* Nihil ad rem facit *λαῖμα*, quod pro *λῆμα* dictum annotarunt grammatici.

1564. Χαιρεφῶν] Hunc a mortuis dicit ascendisse, quia erat pallidus et macer. Vid. v. 1296. BERG.

1566. *δρᾶν* R, Vaticanus, Vossianus. *δρᾷς* Ald.

οἷ R.V. Vulgo *ᾗ*.

1568. *ὧδ'* V. *ὡς δ'* Vossianus. Legebatur *ὡς*.

ἐπὶ δεξιάν R.V. Libri reliqui *ἐπὶ δεξιά*, vel *ἐπιδέξια*.

1569. Λαισποδίας] Læspodias iste ad tegendum vitium crurum cogebatur indecenter se vestire, ut docet schol., qui eum *κακόκνημον* fuisse probat ex antiquis comicis. Idem docet ex Thucyd. 6, 105. fuisse Læspodiam hunc ducem bellicum. Admodum apposite autem comicus Triballum dicit esse Læspodiam, partim propter amictum indecorum, partim propter etymologiam nominis Λαισποδίας, quia in eo videtur latere vox *λαιὸς* i. e. *ἀριστερός*. Dixerat autem ad eum *ἐπ' ἀρίστερ' οὕτως ἀμπέχει*. BERG. In hujusmodi *κακόκνημον* exstat Epigramma non illepidum incerti auctoris in Analectis nostris 36. aliudque Antipatri Sidonii 3. Postremo significatu, nempe pro impudico et cinædo, occurrit hoc nomen e Salmasii emendatione in Apollodori comici fragmento apud Stobæum, Floril. Grotii p. 179.:

φυλὴν ὅλην, πόλιν τε μαλακὸς ἀνατρέπει.
ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ φίλε Θέων,
ὑπὸ λαισποδιῶν ὅσαι εἰσὶν ἀνατετραμμέναι,
σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν. BRUNCK.

1570. *ὦ δημοκρατία*] Ludit, quasi etiam apud deos esset democratia, ut Athenis. Perstringit autem populum Atheniensem, qui sæpe legatos nominet, tam arduo muneri impares, qualem notat in Vesp. 1263. Amyniam, quem pro eo, quod deberet ad magistrum aut ad principem accedere, quo missus fuerat, dicit cum servis conversatum esse. BERG.

1571. *γ' ἐχειροτόνησαν*] *κεχειροτονήκασ'* Elmsleius ad Acharn. 108.

1573. *ἑόρακα*] Libri *ἑώρακα.*

βαρβαρώτατον] *βαρβαρώτερον* V.

1575. *γ'* om. R.

1578. *δοκεῖ*] Fortasse *δοκῶ* præstat, quod præbet codex Vossianus, in quo est *δοκῶ*^{εῖ}.

1579. *τυρόκνηστιν*] *τυροκνήστιν* R.

μοι A.R.V. *τις* vulgo. *μοι τις* Vossianus.

1583. *δὲ κρέα* A.B.R.V, Vossianus. Vulgo *κρέα δέ.*

1587. *ἡμεῖς* R.V.Δ. et Vossianus. Legebatur *ἐνθάδ'.*

1588. *περὶ πολέμου καταλλαγῆς*] *περὶ τοῦ πολέμου καὶ καταλλαγῆς* V, Vaticanus, Vossianus. *περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς διαλλαγῆς* R.

1589. Pessime in impressis hic versus Pisthetæro tribuitur et sequens Herculi. Posteriorem Pisthetæro, priorem famulo vindicavimus e trium codd. auctoritate. Huic præfixa persona in A. *δοῦλος.* In B.C. *οἰκέτης Πεισθεταίρου.* BRUNCK. In Nub. 56. *ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ.* BERG.

1590. *ὀρνίθεια* Bentleius. Libri *ὀρνίθια.*

1591. Ista Herculi recte continuant tres codd., quæ perperam in impressis Neptuno tribuuntur. BRUNCK.

λιπάρ' R.V. et Vossianus. Vulgo *λιπαρά γ'.*

εἶναι om. R.

1598. *τὸ* scholiasta. Legebatur *τι.*

ἀλλὰ Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 219. Legebatur *ἄλλο.*

1601. *ἀποδοῦναι*] *ἀπαιτεῖν* R. Ex versu 554.

καὶ διαλλαττώμεθα. ἐπὶ τοῖσδε τοὺς —] *κἂν διαλλαττώμεθα ἐπὶ τοῖσδε, τοὺς* — Seagerus in diario classico 4. p. 712. Recte. Eodem modo Valckenarius ad Theocriti sel. Idyll. p. 16. nisi quod *καὶ* retinuit. *καὶ διαλλαττοίμεθ' ἂν* Δ.

1604. *γάστρις*] *γάστριος* R.

1605. *τυραννίδος*] *βασιλείας* R.

1610. *ὄρνις*] *ὄρνεις* B.R.V.Δ.

1614. *ταῦτά γέ τοι* R.V.Δ, Vaticanus, Vossianus. *ταῦτά γε* Ald.: unde Elmsleius in *Quarterly Review* 14. p. 449. *ταυταγί*. Scribendum videtur *ταῦτά τοι*.

facit loqui: erat enim revera φιλόσοφος ἐπὶ σκηνῆς, quod quum aliunde apparet, tum ex loco huic comici loco simili, in *Melanippe sapiente* inter fragmenta:

ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
δένδρη, πετεινὰ, θῆρας.

Illud μορφὴ μία videtur expressisse Ovidius: *unus erat toto naturæ vultus in orbe.* Ætherem autem dicit genuisse animalia, quia Euripides tanquam Socraticus philosophus ætherem pro summo deo habebat. Hinc etiam in Ranis v. 919. facit eum precari: αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα. BERG. Vid. Valckenarii Diatrib. Euripid. p. 46.

16. πρῶτ' ἐμηχανήσατο Kusterus. Libri πρῶτα μηχανήσατο.

18. δίκην Reiskius. Libri ἀκοήν. χώνης δίκην dixit Plutarchus Mor. p. 903 e.

19. ἀκούω et ὁρῶ modi sunt subjunctivi.

21. τι Brunckius. Libri τε. Porsonus γε malebat, collato versu Eupolidis apud schol. Hom. Il. β, 333. οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος.

αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι] Respicit ad versum Sophoclis vel Euripidis σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ. de quo vide annotationem scholiastæ.

23. ἀγαθοῖς] Ironice, ut Pac. 370. κᾆτα τῷ τρόπῳ | οὐκ ᾐσθόμην ἀγαθὸν τοσουτονὶ λαβών; DOBRÆUS.

24. προσμάθοιμι] Libri προσμάθοι μή. Correxi in editione a. 1830. ex scholiasta, qui annotavit ἵνα μὴ περιπατήσῃ μετ' αὐτοῦ.

20. Ἡρακλῆ] Scribebatur Ἡρακλέα. Quum comici synizesi non utantur, corrigendum fuit Ἡρακλῆ, quæ forma raro effugit manus librariorum, ut in Sophoclis Trach. 476. unde in eadem fabula 233. Ἡρακλῆ edidi pro vulgato Ἡρακλέα. videturque forma contracta etiam aliis e locis ab librariis esse expulsa. Ὀδυσσῆ servatum est in Rheso Euripidis v. 708.

27. Post σιωπῶ τὸ θύριον signum interrogandi ponendum.

28. ἀκούσω] Scribendum ἀκούω cum Brunckio. Ceterum dubitari potest ἀκούω et σιωπῶ quodque præcedente versu legitur σιωπῶ subjunctivo an indicativo modo sint accipienda. Quod si subjunctivi sunt, ut ἀκούω et ὁρῶ v. 19, recte adduntur

signa interrogandi, si indicativi, utroque loco punctum est ponendum.

29. ἐνθάδε δ' (h. e. ἐνθάδ') R. Vulgo ἐνταῦθ'.

οἰκῶν τυγχάνει] Poeta apud scholiastam Eurip. Troad. 822. ὁρᾷς; ἐν τῇδε μὲν | ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει | γέρων, ἀπ' ὀργῆς (ἀρχῆς Seidlerus) Λαομέδων καλούμενος.

30. ἀγάθων] Libri Ἀγάθων.

31. μέλας] Sic jam veteres grammaticos legisse ex scholiastæ annotatione cognoscitur. Sed Aristophanes fortasse μέγας scripserat: de quo dixi ad fragm. 231 b. p. 594. et ad Soph. Œd. T. 742.

32. 33. ἑόρακας] Vulgo ἑώρακας. Correxit Bentleius.

33. a m. sec. habet R, om. Aug.

37. μυρρίνας. προθυσόμενος ἔοικε τῆς—] Scholiasta, λείπει τὸ ὡς, ὡς ἔοικε. Qui hæc sic distincta legit μυρρίνας, προθυσόμενος, ἔοικε, τῆς—. Quod non præferendum.

38. προθυσόμενος] Similiter Ran. 872. ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων. KUST. προθυσόμενος τῆς ποιήσεως, i. e. priusquam carmina facere incipiat.

39. εὔφημος πᾶς ἔστω λεώς] Scribendum λαός cum Suida in εὐφημεῖ. Quod legisse scholiastam ex annotatione ejus colligi potest, παρὰ τοῖς τραγικοῖς οὕτω λέγεται, σῖγα πᾶς ἔστω λαός. Euripides Hec. 532. σιγᾶτ', Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς.

40. συγκλείσας] Scribendum συγκλῄσας.

41. θίασος] Id est chorus, qui prodit v. 104. "Ordo verborum est θίασος μελοποιῶν (particip.) ἔνδον μελάθρων τῶν δεσποσύνων." BENTL.

50. πράμος] Vocabulum alibi non inventum. πρόμος recte corrigere videtur Scaliger.

52. Δρύοχοι sunt trabes erectæ, carinam sustinentes, quibus ea imponitur, quando construendæ navis exordiuntur opus naupegi. Eustathius p. 1878. in fine: δρύοχοι δὲ κυρίως, πάσσαλοι, ἐφ' ὧν στοιχηδὸν διατεθειμένων ἡ τρόπις ἵσταται τῶν καινουργουμένων πλοίων, διὰ ἰσότητα. καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν, δρύοχοι, πάτταλοι ἐκ δρυὸς, ὅ ἐστιν ἁπλῶς ξύλου, καθιστῶντες τὴν τρόπιν ἐν τῷ πέριξ αὐτὴν συνέχειν· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ·

πῶς δὲ κατὰ δρυόχων ἐπάγη σανίς; ἢ τίνι γόμφοι
τμηθέντες πελέκει, τοῦτ' ἔκαμον τὸ κύτος;

Distichon est ex Archimeli Epigr. in Hieronis navem. Quia

autem a pangendis his trabeculis construendæ navis initium fiebat, facete ad dramatis exordium locutionem transfert comicus. Suidas: δρύοχοι, πάτταλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς· καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια. Cujus rei in exemplum hunc locum profert. At quod ei subjicit, alio pertinet, scilicet ad eam significationem nominis δρύοχος, qua pro δρυμὸς ponitur. Est autem pars Epigr. Archiæ 7. Apollonius 1, 723.

δίπλακα πορφυρέην περονήσατο, τήν οἱ ὄπασσε
Παλλὰς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβάλλετο νηὸς
Ἀργοῦς. BRUNCK.

53. ἀψῖδας] ἀσπίδας libri. Correctum ex Suida in δρύοχος, λαικάζει et χιανεύει.

55. κἀντονομάζειν] Potest locus hic intelligi de antithetis, quibus Agathon frequenter usus fuit, ut testatur Ælianus Var. Hist. 14, 13. Patet id etiam ex fragmentis quibusdam Agathonis: ut eo quod legitur apud Athen. 5. p. 185 a.

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὣς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Ibid. p. 211 e.

εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Apud Aristotelem Eudemior. 5, 5.

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

Vides in omnibus his locis, manifesta antitheta, ob quorum usum nimis crebrum quum ab aliis olim risus fuit Agatho, tum etiam a Platone, ut testis est Athenæus 5. p. 187 c. KUST. Agatho apud Athen. 13. p. 584. γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν | ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ. PORSON.

56. γογγύλλει Porsonus. Libri et Suidas locis citatis γογγυλίζει. Hinc corrigenda Hesychii glossa Γογγυλεῖν: συστρέφειν.

57. χοανεύει] χιανεύει Suidas locis citatis, inepte, verum fortasse non sua sed librarii culpa. Nam quod χιανεύει apud eum secundum seriem literarum legitur, nullius est momenti, quum locus ille absit ab libris melioribus.

58. ἀγροιώτας Bentleius. Libri ἀγριώτας.

60. τοῦ καλλιεποῦς] Repetit voces quasdam ex antecedentibus; istud καλλιεποῦς ex v. 49. θριγκοῦ autem ex v. 58. γογγυλίσας ex v. 56. χοανεῦσαι ex v. 57. ex his temere coacervatis oratio emergit obscura. Tamen apparet ad quid paratum se

dicat Mnesilochus; est autem id, quod eum Euripides dicebat antehac etiam commisisse in Agathonem supra v. 35. *καὶ μὴν βεβίνηκας σύ γε.* BERG.

κατὰ τοῦ θριγκοῦ] Aberat *κατὰ*, quod a m. rec. additum habet R. Scholiasta, *ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοῦ θριγκοῦ.* Bentleius *τοῦ τε θριγκοῦ* corrigebat, *καὶ τοῦ θριγκοῦ* prælaturus, ut opinor, si Ravennatis libri lectionem cognitam habuisset. Sed recte legitur *κατὰ τοῦ θριγκοῦ,* quod Mnesilochus ad præcedentia respiciens famuli verba pro *κατὰ τοῦ πρωκτοῦ* dicit. Quod non fugit scholiastam, qui ad v. 62. annotavit *ὡς εἰς χόανον τὸν πρωκτὸν* (id est *εἰς τὸν πρωκτὸν ὡς εἰς χόανον*) *ἐμβαλεῖν.*

61. *συγγογγυλίσας*] Libri *γογγυλίσας.* Correxit Brunckius collato Lys. 975. *ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας.*

64. *ἔα*] Restituenda forma monosyllaba *ἆ.* Conf. ad v. 176.

67. *χειμῶνος*] Nam Thesmophoria, quo tempore hæc fabula agitur, mense celebrantur hiberno Pyanepsione.

68. *κατακάμπτειν*] Quasi materia stropharum sit congelata. BERG. Vid. schol.

69. *θύρασι* R. Aug. *θύραισι* Junt. Recte *θύραζε* correctum videtur in editione Veneta a. 1538. Sic Nub. 632. *αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.*

74. *χρῆν*] *χρή* Suidas in *κηδεστής.*

κηδεστὴν] *Κηδεστὴς* eum notat, qui affinitate cum alio junctus est, et tam de *socero*, quam de *genero* dicitur, ut apud Latinos *affinis.* Vide Plautum Aulul. 3, 4. 14. et 5, 62. BRUNCK. Idem in Addendis non male conjicit *οὐ χρήν σε κρύπτειν ὄντα κηδεστὴν ἐμέ.*

78. *γ'* om. Aug.

80. *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση*] Quattuor fuerunt Thesmophoriorum dies, quarum prima festi quasi prolusio quædam fuit: quo factum est ut tribus reliquis modo annumeraretur modo omitteretur, ideoque eadem et tertia et media dici posset. Optime hoc explicuit scholiasta, cujus e verbis satis habemus hæc apposuisse, *δεκάτῃ Πυανεψιῶνος ἐν Ἁλιμοῦντι Θεσμοφόρια ἄγεται . . . . . ἑνδεκάτῃ ἄνοδος, δωδεκάτῃ νηστεία, ἐν ᾗ σχολὴν ἄγουσαι ὑπόκεινται αἱ γυναῖκες* (conf. v. 949. 984.) *ἐκκλησιάζουσαι περὶ Εὐριπίδου, τρισκαιδεκάτῃ Καλλιγένεια* (de hac vid. fragm. 300.). *τρίτη οὖν συναριθμουμένης τῆς δεκάτης, μέση δὲ τῆς ἀνόδου καὶ τῆς Καλλιγενείας.* Poetæ autem verba

manifestum est sic esse capienda ut *Θεσμοφορίων ἡ μέση* tanquam explicandi caussa ad illud *ἐπεὶ τρίτη 'στὶ* adjectum cogitetur. Infra v. 375. *τῇ μέσῃ τῶν Θεσμοφορίων.* Athenæus 7. p. 307 f. *ἄνδρες φίλοι, μὴ καὶ ἡμεῖς νηστείαν ἄγομεν, Θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κεστρέων νηστεύομεν;* Aliorum scriptorum locos in annotatione ad scholia attulimus.

83. *κἀν Θεσμοφόροιν*] In æde Cereris et Proserpinæ. KUST. *περί μου* Brunckius. Libri *περὶ ἐμοῦ.*

86. *καὶ Δία δίκαι' ἂν* lectio codicis Augustani est, ab librario, ut videtur, parum probabiliter inventa. *καὶ δι' καὶ ἂν* R. *καὶ δίκαι' ἂν* Junt. Melius Kusterus *καὶ δίκαιά γ' ἂν*: quanquam ne hoc quidem satis certum est.

87. *ἐκ ταύτης*] Scribendum cum Berglero *ἐκ τούτων*, *hæc quum ita sint comparata.*

88. *τραγῳδιδάσκαλον* R.

90. Legebatur *κἂν*. *χἂν* restituit Marklandus ad Eurip. Suppl. 364.: quod in Sophoclis Œdip. Col. 13. recte præbent libri plures, ubi Elmsleius duplicis crasis exemplum desiderabat. *χοὐν* ex *καὶ ὁ ἐν* contractum dixit Euripides Heraclid. 173. *χἄνδρες* Aristoph. Lys. 594. restituit Reisigius.

94. *τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς*] Hoc dicit Mnesilochus, non quasi et ipse sit tam vafer, ut in ea re palmam ferat, sed quia Euripidi favet et ab ejus partibus stat. BERG. In Equit. 277. *ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.* ubi proverbialis locutionis ratio redditur. BRUNCK.

95. *ἀγάθων*] Libri *'Αγάθων.*

96. *οὗτος* Euripidi tribuendum, *οὗτος οὑκκυκλούμενος.* Præterea inepte quærit Mnesilochus *καὶ ποῖός ἐστιν;* quum *καὶ ποῦ ποτ' ἐστίν* potius debeat. Dobræo scribendum videbatur *Μν. καὶ ποῦ 'στιν; Εὐ. οὗτος, αὐτὸς οὑκκυκλούμενος.*

οὑκκυκλούμενος] Infra 265. Agatho postquam Euripidi et socero apparatum omnem, quo illis usus erat, concessit, domum se inferri jubet his verbis:

εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω.

In Acharn. Dicæopolis Euripidem convenit, pannos mendicique tragicum ornatum ab eo mutuaturus, eumque rogat, ut foras prodeat, his verbis: *ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'.* Respondet Euripides. v. 409.

ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι· καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.

Scilicet erat *ἐκκύκλημα* machina theatralis in tragœdiarum repræsentatione adhiberi solita, de qua sic Pollux 4,128. *καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόρρητα πραχθέντα. καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν, ὅτε δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκυκλεῖν ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Περσεῖς, καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος.* Sic legenda Pollucis verba, quæ vulgo mendose feruntur: nec mirum, si ex istis, *ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐγκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται,* nihil extundere potuerunt interpretes. Machinæ unum erat nomen *ἐκκύκλημα*: sed pro diverso illius usu, quo intus in scenam, vel e scena intro vehebatur persona quælibet, duplex erat verbum *ἐκκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν,* quæ ut apud comicum distincta, sic Onomastico fuerunt enotata. Facete noster Agathonem tragicum poetam, itemque in Acharn. Euripidem, non pedibus in scenæ solo gradientes inducit, sed, tanquam deos aut heroas, sublimes in machina tragica vectos. BRUNCK. Vid. Elmsl. ad Acharn. 408.

98. *ἀλλ' ἢ τυφλὸς μέν εἰμ'*] Sic Equit. 953. *ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ.*

Κυρήνην] Hæc erat meretrix, cujus mentio in Ranis v. 1328. Quia autem Agathon effeminatus erat et comtulus, hunc videns putat eum esse mulierem, uti in Ecclesiaz. v. 167. quum quædam reprehendens alteram, quod viros appellaret mulieres, dixisset; *γυναῖκας αὖ δύστηνε τοὺς ἄνδρας λέγεις;* illa inquit, *μὰ Δί' ἀλλ' Ἐπίγονόν γ' ἐκεῖνον· ἐπιβλέψασα* [*δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκεινονί· βλέψασα*] *γὰρ ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾤμην λέγειν.* BERG.

99. *αὖ*] Libri *ἄν*. Correctum ex Av. 226. *οὔποψ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται.* Post hunc versum in libris quibusdam fuit parepigraphe *μινυρισμός*. Vid. schol.

100. *μύρμηκος ἀτραποὺς*] Scholiasta, *ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουομένου μέλη τοῦ Ἀγάθωνος· τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων ὁδοί.* Doctiorem interpretationem exposuit Photius p. 280, 22. *μύρμηκος ἀτραπός: ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης. ἔστιν Ἀθήνησι Μύρμηκος ἀτραπὸς ἐν Σκαμβωνιδῶν ἀπὸ Μύρμηκος τοῦ Μελανίππου τοῦ Κύκλωπος τοῦ Ζευξίππου.*

διαμινύρεται Dawesius. *διαμινυρίζεται* libri et Suidas in *μύρμηξ*.

101.—103. Interpolatam horum versuum lectionem esse metri sententiæque perversitas ostendit. Scribendum videtur

ἱερὰν χθονίαις δεξάμεναι λαμπάδα κοῦραι
* * * * * χορεύσασθε βοάν.

χορεύσασθε etiam Bentleius restituit.

102. λαμπάδα] Quia Ceres facibus incensis quæsivit Proserpinam. BERG.

104. Agathonem comitantur actores tragici chori, quem ille erudiebat, proximisque ludis populo exhibiturus erat. Non est hic chorus fabulæ, qui e mulieribus constat Cereris et Proserpinæ festum celebrantibus. BRUNCK. Actores chori tragici si cum Agathone in scenam produxit Aristophanes, non potest dubitari quin χορευταὶ delecti fuerint ex iis qui postmodum in choro mulierum prodeunt. Simile Ranarum est παραχορήγημα, de quo dicemus ad versum fabulæ illius 209. Sed vera videtur sententia grammaticorum veterum, qui nullum produci chorum Agathonis, sed cantica chori ab Agathone ipso recitari existimarunt. De quo ita scribit scholiasta, μονῳδεῖ ὁ Ἀγάθων ὡς πρὸς χορὸν, οὐχ ὡς ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλ' ὡς ποιήματα συντιθείς. διὸ καὶ χορικὰ λέγει μέλη αὐτὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς χορικὰ δέ.

τίνι δαιμόνων] Malim τίνι δὲ δαιμόνων. Imitatur hunc locum Lucian. Tragop. 75. τίνι (libri τίνα) δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;

105. λέγε νυν (libri νῦν) ad versum præcedentem in libris refertur. νυν corripuit more tragicorum. (In editione Oxoniensi male legitur νιν, omisso quod post hoc vocabulum poni debuit puncto.)

εὐπίστως] εὐπείστως Reiskius. Malim εὐπιθῶς.

106. ἔχει] Libri ἔχεις. Correctum ex Suida in σεβαστός et σεβίσαι.

107. ὄπλιζε] Corrigendum ὄλβιζε cum Bentleio.

109. Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας γύαλα Σιμουντίδι γᾷ] Apollo enim Trojæ mœnia condidit una cum Neptuno. BERG.

113. ἱρὸν] Scribebatur ἱερόν.

115. ἀείσατ'] ἀείσαντ' R. Aug. Junt. Eurip. Hippol. 58. comparavit Valckenarius, ἕπεσθ' ἀείδοντες, ἕπεσθε, τὰν Διὸς οὐρανίαν Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα.

116. σεμνὸν] Corrigendum σεμνάν.

120. Ἀσιάδος] Id est, *citharæ*. Etymol. M. p. 153, 31. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. Nescio an unquam urbs exstiterit, cui nomen Ἀσία, quam tamen recenset etiam Stephanus. Hujus non meminit schol. Apollonii ad 2, 777. Ἀσίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον ἐκαλεῖτο. διὸ καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρῶτον εὑρεθῆναι. καὶ Ὅμηρος (Ἰλ. β, 461.) Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. BRUNCK. Eurip. Cycl. 442. Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον κιθάρας κλύοιμεν. Plutarch. de musica p. 1133. c. ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητὴν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. KUST. Adde grammaticum in Montef. Bibl. Coislin. p. 607.

121. Inepte legitur παράρυθμ' εὔρυθμα. Scribendum videtur παρ' εὔρυθμα. Φρύγια δινεύματα cur dicantur, explicuit scholiasta, τῇ Φρυγίᾳ ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένα.

122. δινεύματα Χαρίτων parum apta catalexis est, quod sensit Bentleius, qui δινεύματα Κουρήτων conjecit. Mihi scribendum videtur uno versu ποδὶ παρ' εὔρυθμα Φρυγίων Χαρίτων δινεύματα. Ceterum libri διανεύματα. Veram lectionem habuit scholiasta, qui ὀρχήματα interpretatur.

124. κίθαριν] Restituendum fortasse κιθάραν ex scholiasta: qua forma tragici uti solent. ἀκίθαριν tamen dixit Æschylus Suppl. 681.

125. ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ libri, scholiasta et Suidas in ἄρσενι. Quod non intelligo quomodo dici a choro virginum potuerit. Quod scholiasta annotavit, ἐπεὶ Ἀπόλλων ἐστὶν ὁ κιθαρίζων, ea tum demum apta erit interpretatio, si corrigatur ἄρσενι βοᾷ δόκιμον.

126. Lineola præfixa in Aug. Quo indicatur hæc Agathoni esse tribuenda: quod etiam Bentleio videtur placuisse. Idem codex personæ notam om. v. 123, addit v. 128.

τᾷ] Scholiasta, τῆς κιθάρας φῶς ἔσσυτο τοῖς σοφοῖς. Qui fortasse τᾶς legit.

δαιμονίοις utcunque explicat scholiasta. Sed vitiosum esse metri deformitas ostendit. δαίμονος (Latonæ) olim corrigebat Bothius. Mihi de sententia horum verborum non liquet.

128. ἄγαλλε R. Aug. ἄλλε Junt.

Seclusi τιμᾷ, corruptum, ut opinor, ex τίμα, quod est glossema imperativi ἄγαλλε.

130. Ante hunc versum in codicibus est parepigraphe ὀλολύζεις (ὀλολύζει recte scholiasta) γέρων, de qua Kusterus hæc annotavit "ὀλολύζεις γέρων] Hæc non pertinent ad seriem fa-"bulæ, sed est παρεπιγραφὴ, qua significatur, Mnesilochum, "audito cantico Agathonis, præ voluptate et lætitia clamorem "edidisse. Quare scribendum erit ὀλολύζει γέρων. Sic infra "post v. 276. ὀλολύζουσι γυναῖκες itidem est παρεπιγραφή." KUST. Est ὀλολυγὴ plerumque clamor faustus. Vide Equites v. 616. BERG.

132. μανδαλωτὸν] ἐπιμανδαλωτὸν osculum Acharn. 1201.

134. νεανίσχ'] νεανίσκ' editio Brubachii, propter εἴ τις.

ὅστις] εἴ τις R. Aug. Junt. Correctum in editione Veneta a. 1538.

135. Λυκουργείας Dobræus. Libri Λυκουργίας, ut 'Ορεστίας pro 'Ορεστείας deteriores codd. Ran. 1124. Æschyli tetralogia fuit 'Ηδωνοὶ, Βασσαρίδες, Νεανίσκοι, Λυκοῦργος.

136. ποδαπὸς ὁ γύννις] Æschyli verba, de quibus scholiasta, λέγει δὲ (Λυκοῦργος) ἐν τοῖς 'Ηδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον, ποδαπὸς ὁ γύννις;

136. et seqq. Hunc locum imitatus est Eubulus, de quo scholiasta, ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν Εὔβουλος ἐποιήσατο τοῦ Διονυσίου, τὰ ἀνόμοια τῶν ἐν τῇ Διονυσίου οἰκίᾳ καταλέγων, ἐπὶ πλέον μέντοι.

139. οὐ ξύμφορον] ἀξύμφορον Suidas in βάρβιτος.

140. τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία] Epicharmus apud Stobæum Serm. 89. τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; BERG.

141. τίς δ' αὐτὸς] γρ. σύ τ' αὐτός R. Hoc recipiendum, commate post παῖ posito.

142. καὶ ποῦ πέος] ποῦ τὸ πέος Suidas in Λακωνικαὶ, ποῦ δὲ τὸ πέος idem in πέος.

Λακωνικαί] ἀνδρεῖα ὑποδήματα, schol.

144. ἐκ τοῦ μέλους ζητῶ σε] Quia nimirum ejus carmen est θηλυδριῶδες, ut paulo ante dicebat; hinc et ipsum talem esse vult conjicere: et quia ipse talis est, ejus carmina etiam sunt talia. ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει, ut ipse infra dicit. BERG.

146. *μὲν* om. Suidas in *ἄλγησις*.

147. *τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην*] Scholiasta, *ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐλυπήθην*.

148. *ἅμα γνώμῃ*] Id est *ὁμοίαν γνώμῃ*.

149. *γὰρ* om. Junt.: habent R. Aug.

151. 154. *γυναικεῖα* et *ἀνδρεῖα δράματα* scholiasta dici monet in quibus chorus vel ex mulieribus vel ex viris sit compositus.

153. *Φαίδραν*] Conf. Ran. 1043. BERG.

161. *Ἰβυκὸς*] Scribendum *Ἴβυκος* cum R. Aug. Vid. Arcadium p. 52, 10.

162. *κἀλκαῖος*] In libris antiquioribus (*τοῖς παλαιοτέροις ἀντιγράφοις*) *Ἀχαιὸς* scriptum fuisse, Aristophanem vero grammaticum rescripsisse (*μεταγράψαι*) *Ἀλκαῖος*, ab scholiasta est annotatum. Recte haud dubie correxit Aristophanes sive conjecturam sive libri alicujus auctoritatem secutus. Futile argumentum, quo Aristophanis emendationem impugnavit Didymus, bene refutavit scholiasta.

οἵπερ] Libri *οἱ περὶ*. Correctum ex Suida in *ἐμιτρώσατο* et *ἐχύμισαν*.

ἐχύμισαν] Metaphora a coquis, qui temperant sapores ciborum, *τοὺς χυμούς*. BERG.

163. *διεκίνων* libri. *διεκίνουν* Suidas in *ἐμιτρώσατο*. *διέκνων* Dorvillius ad Chariton. p. 560. " Legendum *διεκλῶντ'*. Hesych. " *διακλῶν, θρύπτων*. Idem: *Ἰωνικὸν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος, ἢ θηλυκοῦ*. Pollux 4, 91. ubi *περὶ ὀρχήσεως* agit. " *Λυγίσαι τὸ σῶμα, κάμψαι, κλάσαι*. Quare *διακλᾶσθαι Ἰωνικῶς* est *corpus instar Ionum molliter movere, saltare*. Horatio, *artubus frangi*. Locus autem ita vertendus est: *Anacreon et Alcæus, qui musicis gratiam et venustatem conciliarunt, mitras gestabant et molliter more Ionum saltabant.*" TOUP. Em. in Suidam 1. p. 166. 167. Huc respexisse videtur Dionysius Halicarnasseus in libello *περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος* p. 310. ed. Hudson. [vol. 6. p. 1093. Reisk.] *καὶ τῶν ῥυθμῶν πολλαχῇ μὲν τοὺς ἀνδρώδεις καὶ ἀξιωματικοὺς καὶ εὐγενεῖς, σπανίως δέ που τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους*. Idem ibid. 2. p. 611.

164. *τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας*] Est enim poeta Atticus.

165. *ἠμπίσχετο* Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 253. Libri *ἠμπέσχετο*.

168. Φιλοκλέης Bentleius. Libri Φιλοκλῆς. De Philoclis deformitate vid. schol.

169. Ξενοκλέης Bentleius. Libri Ξενοκλῆς. Hunc versum a m. rec. habet R, versui 170. postponit Aug.

170. Θέογνις] Theognis poeta tragicus valde frigidus, quem facete perstringit comicus Acharn. 140. BRUNCK.

173. ἦ] Libri ἦν.

176. ἔα] Restituenda forma monosyllaba ἆ, ut v. 64. Mira est de hoc loco annotatio scholiastæ, quam versui 500. apponemus.

177. Parœdia est Euripidis versuum in Æolo:

παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Facetum est Euripidem hic induci suismet ipsius verbis loquentem. BRUNCK.

178. οἷός τε] οἷόν τε libri. Correctum ex Suida in οἷος et σοῦ.

179. καινῇ Bisetus. κοινῇ libri et Suidas in κοινολογία. καινῇ legit scholiasta, qui interpretatur μεγάλῃ καὶ θαυμαστῇ.

185. δοκεῖν] δοκῶν R.

μου, σαφῶς σώσεις] μου σοφῶς, σώσεις Bentleius.

194. χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς] Alcestidis v. 691. Loquitur ibi Pheres, qui noluerat pro filio suo mori. Istud Agathon in Euripidem retorquet, qui vult ut alius ipsius causa periculum subeat. Sic suismet verbis capitur Euripides in Ranis comici v. 1477. BERG.

196. Prius ἂν additum ex Suida in ὑφέξειν. In Aug. post γὰρ spatium est vacuum unius syllabæ.

198. τεχνάσμασιν R. et Suidas in h. v. τεχνάμασιν Aug. στενάσμασιν Junt.

199. φέρειν] φεύγειν videtur legisse scholiasta, qui ἐκφεύγειν interpretatur.

200. κατάπυγον] Vulgo καταπῦγον. Vid. ad Vesp. 687.

201. λόγοισιν respondet Agathonis τεχνάσμασι: et quod ille παθήμασι dixerat, aliorsum senex accipiens, Agathoni impudicitiam exprobrat. BRUNCK.

204. νυκτερήσια Dobræus. Legebatur νυκτερείσια. ἡμερήσιος dixit Æschylus Agam. 22.

206. νὴ Δί] Legebatur νὴ Δία. Vid. ad Eq. 319.

209. Vulgo ἀπόλωλ' Εὐριπίδης. MN. ὦ —. Correxit Elmsleius ad Acharn. 475.

212. κλάειν] Libri κλαίειν.

215. ταδὶ] Scholiasta, τὰ γένεια· ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.

215. Mos erat veteribus barbam novacula radere; pudendorum autem pilos admota flamma amburere. In Conc. Praxagora lampadem adloquens sic ait:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς
λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. BRUNCK.

216. πρᾶττ' εἴ σοι] πρᾶττ' εἴσω R. πραττείσω Aug. Scribendum πρᾶτθ' ὅ τί σοι cum Elmsleio ad Acharn. 338.

217. 'πιδιδόν' ἐμαυτὸν] διδόναι γ' αὐτὸν vulgo, consentiente R. et a m. sec. Aug. qui διδόναι γ' ἐμαυτὸν a pr. m. habet. Partem veri vidit Toupius, qui in Emendat. in Hesych. vol. 3. p. 50. scripsit 'πιδιδόναι γ' αὐτόν.

220. ξυροδόκης] ξυροδίκης R. Aug. "Male apud Pollucem " 10, 140. ξυροδόχης. Vide Eustath. ad Homer. p. 130. ex- " trema." BRUNCK.

221. κάθιζε] Ad Mnesilochum, ut eum tondeat. BERG.

222. ὤμοι] Scribendum οἴμοι, quæ forma alibi e libris melioribus est restituta. ὦ σοι Aug. Junt.

223. ἀτταταῖ] ἀτταταὶ Brunckius. ἄττατα Junt. ατρατα sine accentu R.

ἰατταταῖ] ἀτταταὶ Aug. ἄτταται Junt. et sine accentu R. Correxit Bentleius. Conf. v. 1005.

224. ἐς] εἰς libri.

σεμνῶν θεῶν] Atheniensibus σεμναὶ θεαὶ dicebantur Erinnyes [Erinyes], quibus eo nomine templum erat juxta Areopagum, quo supplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. Vide Equit. 1312. et Meursium Ath. Att. 4, 1. BRUNCK.

225. Δήμητρ' ἔτ' Porsonus. δήμητρά γ' R. Aug. δήμητρα Junt.

227. τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων, *altera tantum maxilla rasa*. Hesych. ἡμίκρανα, ἡμικεφάλαιον. σιαγόνος τὸ ἥμισυ. Sed depravata est apud lexicogr. scriptura. Vel enim ἡμίκρανον legendum, vel ἡμίκραιρα, ut habent Pollucis codd. 6, 160. ubi vulgatum etiam ἡμίκρανα. BRUNCK.

ἐνταυθὶ] Libri ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

231. μυμῦ] Vulgo μῦ μῦ. Conf. Equit. 10.

232. ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι] Jocus est in ambiguitate vocis ψιλὸς, quæ *glabrum* significat, et *levis armaturæ militem*. Eadem ambiguitas in Latina voce *levis*. BRUNCK.

233. φανεῖ] φαίνει Dobræus.

234. θεᾶσθαι σαυτὸν Porsonus. Libri θεάσασθαι σεαυτόν.

235. Clisthenes, homo effeminatus et pathicus, de quo mentio in Lys. 1092. imberbis erat, rasis semper malis. Vide infra 583. BRUNCK. Libri Κλεισθένην.

237. δελφάκιον] Scholiasta, μετὰ γὰρ τὸ τυθῆναι τὰ δελφάκια φλογίζονται, ἵνα ψιλωθῶσι.

240. νὴ Δί] Legebatur νὴ Δία. Vid. ad Eq. 319.

242. τόν γε addidit Scaliger. Recte, nisi quod non animadvertit scribendum esse τοῦ γε πρωκτοῦ τὴν φλόγα. Sæpe sic librarii sententias inverterunt.

245. φεῦ] Corrigendum φῦ. Sic Lys. 294. et 304. φῦ φῦ (vel φυφῦ), ἰοὺ ἰοὺ τοῦ καπνοῦ.

ἰοὺ] Vulgo ἰοῦ.

247. σπογγιεῖ] Scribendum σφογγιεῖ. Vid. ad Acharn. 463.

248. οἰμώξετἄρ'] οἰμώζετ' ἄρ' R. (qui αρ' sine accentu) Aug. Junt. οἰμώξετ' ἄρ' aliæ editiones veteres. Sed crasis restituenda fuit, de qua dixi ad Acharn. 325.

εἴ τις Brunckius. Libri εἰς. Simillimo errore in Acharn. 1084. προστρέχει τις in libro Ravennate in προστρέχεις coaluit.

250. τουτῳὶ] τουτοὶ Aug.

252. τί οὖν λάβω; Mnesilocho recte tribuit Bentleius, Euripidi libri.

254. ΕΥΡΙΠ.] Corrige ΜΝΗΣΙΛ. cum Bentleio.

255. ΑΓΑΘΩΝ] Deleatur.

260. ἆρ' Kusterus. ἦρ' Aug. Junt. In R. est ἦρ' ἁρμόσῃ. Conf. ad Pac. 114.

261. ἔγκυκλον] Ex hoc loco manifestum est ἔγκυκλον fuisse vestimentum exterius, ἐπίβλημα: κροκωτὸν vero, interius, ἔνδυμα. Crocotam jam induerat Mnesilochus, cui supra v. 253. dixit Agatho, τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών. Vestimentorum omnium ultimum, quod aliis superinjiciebatur, erat ἔγκυκλον, *palla*. Hoc liquet etiam e loco infra 499. ubi dicitur mulier expanso *encyclo* elabentis e conclavi mœchi fugam texisse.

Falsum est igitur, quod Eustathius in Iliad. p. 976. e Pausania tradit: φησὶ γοῦν Παυσανίας, ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτὼν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύονται γυναῖκες, εἴτε τὸ ἔνδυμα. λέγεται δὲ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατὶς, διότι μέχρι γονάτων διήκει. Verum est quod tradit Suidas, ad hunc locum respiciens in ἔγκυκλον. καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα. — BRUNCK.

λάβ' Kusterus. λάμβαν' libri et Suidas in ἔγκυκλον.

263. χαλαρὰ — φορῶν] Hæc in editionibus veteribus Agathoni tribuuntur, Euripidi in editione Brunckii, unde hæc personæ nota in mea remansit. Totum versum Mnesilochi esse jam Reiskius animadverterat. Et sic haud dubie scholiasta, qui ad χαλαρά annotavit, χαῦνα· διαβάλλει δὲ πάλιν τὸν 'Αγάθωνα ὡς χαῦνον. Versum 264. Agathoni continuant editiones veteres, 265. autem Mnesilocho tribuunt. Correxit Brunckius ex cod. Aug. in quo lineola est ante σύ.

γοῦν R. a m. sec. et Suidas in χαλαρά. γ' οὖν Aug. γ' οὐ R. a pr. m. et Junt.

χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν] Recte Bisetus obscenitatem hic latere suspicatur. Scommate offensus Agathon a scena discedit. DOBRÆUS.

265. ἐσκυκλησάτω] Libri εἰσκυκλησάτω. Vid. ad v. 96.

267. τό γ' Kusterus. Libri τόδ'.

272. ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός] Euripidis in Melanippa versus fuit ὄμνυμι δ' ἱρὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Vid. Ran. 100.

273. 'Ιπποκράτους] Vid. ad Nub. 1001. Libri ὑποκράτους. Correctum ex scholiasta.

274. ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς] Euripides Med. 746. ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' 'Ηλιον πατρὸς τοὐμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος. BERG.

276. Respicit ad versum Euripidis Hippol. 612. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Quem iterum ridet Ran. 1471.

277. In parepigraphe post hunc versum verba ἱερὸν ὠθεῖται significant scenæ conspectum mutari, et machinarum ope, ut apud nos fieri solet, templum propelli, seu novum scenæ apparatum templi speciem exhibere. BRUNCK. Parepigraphe in R. Aug. Junt. est ὀλολύζουσί τε ἱερὸν ὠθεῖται. τε recte in γυ-

ναῖκες mutatum. Scholiasta, *παρεπιγραφή. ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ Θεσμοφόριον.*

277. *σημεῖον*] Scholiasta, *ὅτε ἔμελλε γίνεσθαι ἐκκλησία, σημεῖον ἐτίθετο.* Conf. ad Vesp. 690.

279. et seqq. Imitatur Mnesilochus vocem muliebrem.

280. *θᾶσαι*] Scribebatur *θέασαι.* Vid. ad Pac. 906.

281. *ἀνέρχεθ' ὑπὸ*] Recte Reiskius *ἀνέρχεται* corrigere videtur.

283. *ἀγαθῇ τύχῃ*] Alibi (Av. 436. Eccles. 131.) *τύχἀγαθῇ* dixit, quod in Av. 675. ex Ravennate libro restitui pro vulgato illic *ἀγαθῇ τύχῃ.* Utrumque ab Atticis dici, *ἀγαθὴ τύχη* et *τύχη ἀγαθή*, annotavit Helladius apud Photium Bibl. p. 529, 34.

καὶ πάλιν Bentleius. *καὶ* om. libri.

285. *τὸ πόπανον ὅπως*] De dipodia ex tribracho et anapæsto composita dictum ad Acharn. 47. Hoc tamen loco probabilis est conjectura Hermanni, qui articulum delet. Porsonus *τὰ πόπαν', ὅπως.*

287. *πολλὰ πολλάκις μέ σοι θύειν*] In precibus utuntur infinitivo, ut in Electra Euripidis v. 805. *νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν, καὶ τὴν κατ' οἴκους Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμὴν, πράσσοντας ὡς νῦν, τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς κακῶς.* Et apud comicum n Ranis v. 907. *Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.* BERG.

288. *μάλλὰ*] Libri *μὴ ἀλλά.*

289. *θυγατέρα*] *θυγατέραν* R. Ita idem alibi *Δήμητραν* pro *Δήμητρα.*

χοῖρον] Scholiasta, *ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπίκλησιν οὕτω καλουμένης, οἷον βοίδιον ἢ χρυσίον ἢ μύρτον* (potius *μύρτιον*). *ἴσως δὲ τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται.* Vesp. 573. *εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.*

291. *ποσθαλίσκον*] Libri *πρὸς θάλῃκον.* Scholiasta, *τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν.* (alius scholiasta, *ἀντὶ τοῦ κατωφερῆ τὸν νοῦν μου ποίησον.*) Hæc qui scripsit non *πρὸς θ* — legit, sed vocabulum a *πόσθη* ductum. Quo indicio restitui *ποσθαλίσκον*, vocabulum eodem modo quo *κωραλίσκος* formatum, cui accommodatissima est interpretatio illa *τὸν παιδαρίσκον.* Similiter Photius p. 445, 4. *πόσθων* (quo utitur Aristoph. Pac. 1300.): *κυρίως λέγεται παιδάριον· οὕτως*

γὰρ ὑποκοριζόμενοι ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου· πόσθιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν παιδαριώδη καὶ ἄφρονα κατὰ μεταφοράν. Nec tamen hoc ipsum legisse videtur scholiasta, sed corruptum ποσθάληκον. Nam ποσθαλίσκον si legisset, vix dixisset συνέθηκεν. Ceterum ποσθαλίσκον sine articulo positum, quia instar nominis proprii est.

295. Persona est κήρυξ. Feminino nomine melius indigetata fuisset κηρύκαινα. Nam præconis officio fungitur hic mulier. [Scholiasta, γυνὴ μιμουμένη κήρυκα.] Quippe sacris illis vir nullus intererat. Quæ sequuntur autem preces et imprecationes, facete ritus adumbrant, qui in populi concionibus observabantur, de quibus videndus Sam. Petitus Leg. Att. p. 288. BRUNCK. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 93. plagula G.

εὐφημία 'στω] Libri utrobique εὐφημί' ἔστω.

299. Καλλιγενείᾳ] Scholiasta, δαίμων περὶ τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἑτέραις Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν. Vid. Wyttenbach. ad Plut. Mor. vol. 7. p. 69.

300. κουροτρόφῳ] De hoc epitheto Terræ vid. Spanhem. ad Callim. h. in Del. 2. KUST. Articulum ante Γῇ delet Reiskius, et recte fortasse. Dobræo τῇ Γῇ delendum videbatur. Scholiasta, εἴτε τῇ Γῇ εἴτε τῇ Ἑστίᾳ, ὁμοίως πρὸ τοῦ Διὸς θύουσιν αὐτῇ. Qui Dobræi conjecturam confirmare videri potest.

306. τήν τ' Junt. τὴν Aug. et a pr. m. R. καὶ τὴν a m. sec. R.

307. τὸν Ἀθηναίων] Libri τῶν Ἀθηναίων.

310. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. hic et v. 350.

311. τἀγαθά] Fortasse πολλὰ κἀγαθά ut v. 351.

312. 313. δεχόμεθα — λιτόμεθα] Scribebatur δεχόμεσθα — λιτόμεσθα. δεχόμεσθα in εὐχόμεσθα mutatum in editione Veneta a. 1538. Quod codicis Aug. auctoritate confirmari ait Brunckius.

315. χρυσολύρα] Sic εὐλύρας dicitur Apollo infra v. 969. BERG.

318. πόλιν in libris in versum proximum est translatum.

319. οἰκοῦσα] ἔχουσα Dobræus: ut respiciatur ad cognomen Minervæ πολιούχου.

320. θηροφόνη, qua forma Theognis utitur v. 11, restituit Hermannus. Libri θηροφόνε.

325. *εἰναλίου*] Libri *ἐναλίου*: quod in quibusdam editionibus in *ἐνάλιοι* mutatum.

327. *φόρμιγξ*] Scholiasta, *ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος*.

ἀχήσειεν] *ἰαχήσειεν* R. *ἰσχύσειεν* Aug. *ἰσχήσειεν* Junt. ex quo editores *ἠχήσειεν* fecerunt, quum *ἀχήσειεν* deberent: quæ forma verbi etiam apud tragicos non raro in *ἰαχ*— est depravata. *ἀχήσαμεν* pro *ἰαχήσαμεν* restitui Ran. 217.

329. *Ἀθηνῶν*] Legebatur *Ἀθηναίων*. Qui frequentissimus est error librariorum. Conf. ad Eq. 159.

331. ΚΗΡΥΞ] Vid. ad v. 295.

334. *τοῖς τ'*] *καὶ τοῖς* R. Aug. Junt. Correctum in ed. Brubachii.

337. *Μήδοις*] Persis, communibus Græcorum hostibus. *τ'* om. Aug. Junt.

338. *ἢ τυραννεῖν ἐπινοεῖ, ἢ τὸν τύραννον συγκατάγειν*] Scholiasta, *ἐκ τῆς κατάρας τῆς ἐπὶ τοῖς Πεισιστρατίδαις γενομένης ταῦτα παρέμιξεν*. "Vide legem Solonis ap. Andocidem p. 13, "12." DOBRÆUS.

340. *κατεῖπεν, ἢ* Bentleius. Libri *κατεῖπέν τις ἢ*.

341. *ἐνετρύλισεν*] *ἐνετρύλλισεν* libri et Suidas in h. v. Zonaras vol. 1. p. 745. (ubi *ἐνετρύλλησεν*) et grammaticus in Mingarelli catal. codd. Nanian. p. 493.

344. *ἂν*] *ἃ ἂν* libri.

346. *ἑταίρα*] *ἑτέρα* et, ut videtur, *ἑταίρας* variæ lectiones scholiastæ.

349. *κῳκίαν* Brunckius. Libri *κοικίαν*.

350. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Aug. ut v. 310.

352. *ξυνευχόμεσθα* Bothius. Libri *ξυνευχόμεθα*.

354. *εὔγματ' ἐκγενέσθαι*] Legebatur *εὔγματα γενέσθαι*.

355. *ὅσαις* R. et scholiasta. *ὅσαι* Aug. Junt.

356. *λεγούσαις*] Corrigendum *λεγούσας* ex scholiasta.

358. *ἐξαπατῶσιν*] Libri *ἐξαπατῶσι*.

360. *οὕνεκ'* restitutum ex v. 366. Libri *ἕνεκ'*.

364. *λέγουσ'*] *λέγουσιν* R. Aug. Junt. et Suidas in *ἀπόρρητα*.

366. 367. Versus interpolati. *οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ* ex v. 360. temere illatum esse animadvertit Dobræus. Nec sequentia *ἀσεβοῦσιν ἀδικοῦσίν τε τὴν* | *πόλιν* (nam sic libri) hoc modo scripta ab Aristophane videntur. Post *χώρας* plura exciderunt, in quibus apodosis fuit ad illud *ὁπόσαι δὲ* v. 356. Proxima *ἀλλ' ὦ παγκρατὲς* exitus sunt versus iambici dimetri.

372. ΚΗΡΥΞ] Vid. ad v. 295.

373. Τιμόκλει' ἐπεστάτει] Nota formulam ordinariam, quæ plebiscitis vel decretis publicis apud Athenienses præmitti solebat. Sic Lucianus in Deor. Concil. p. 715. ed. Amstel. ubi deorum decretum recitatur: ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπε. Imitatur nimirum formulam apud Athenienses in decretis faciendis receptam. Apud Thucydidem 4, 118. ubi formula fœderis inter Athenienses et Lacedæmonios initi exhibetur: Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει, Λάχης εἶπε. Plura exempla apud eundem Thucydidem, Demosthenem et alios occurrunt. KUST.

375. τῇ μέσῃ τῶν Θεσμοφορίων] Vid. ad v. 80.

376. ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολῇ] Tertius festi dies appellabatur νηστεία: hunc totum in templo jejunio transigebant, ob eamque causam eum diem concioni præstituerant, quo otium sibi non defuturum sciebant, nec futurum quicquam in mora, quin de Euripidis ultione deliberarent. BRUNCK.

377. χρηματίζειν] Suidas, χρηματίζει ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος. Vide de hoc usu verbi Schneider. ad Xenoph. de rep. Athen. 3, 1.

380. τόνδε] δεικτικῶς. Subauditur στέφανον. Pertinet hoc ad populi concionum ritum, in quibus oratores coronati verba faciebant. Conc. 130.

Τίς ἀγορεύειν βούλεται; —
Ἐγώ. — Περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχῃ 'γαθῇ.
147. Ἔσθ' ἥτις ἑτέρα βούλεται λέγειν; — Ἐγώ. —
Ἴθι δὴ στεφανοῦ.
163. φέρε τὸν στέφανον. ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν.

moxque v. 171. eadem qua hic ellipsi,

αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ,
τονδὶ λαβοῦσα.

Confer Av. 463. BRUNCK.

πρῶτον] πρότερον Suidas in περίθου.

381. Huic versui lineola præfixa in Aug. σίγα σιώπα præconi, reliqua alii mulieri tribuit Dobræus.

382. μακρὰν] Intellige ῥῆσιν. Acharn. 415. δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν. BERG.

389. ἐπισμῇ] Vide Suidam in hac voce et Hesych. in ἐπισμή-

χει. Bene interpretantur ἐπιτρίβει: sed nescio an huic interpretationi melius congrueret ἡμῖν quam ἡμᾶς. Equit. 5.

πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

Ob literarum compendia quibus utebantur librarii sæpe commutati hujus pronominis casus. Vide infra ad 571. BRUNCK.

390. ἔμβραχυ] Cod. Aug. et Juntina male ἐν βραχύ. Vide Hesychii interpretes ad ἐμβραχεῖ et Ruhnkenium ad Timæum v. ἔμβραχυ. Occurrit hoc adverbium rursus Vesp. 1120. BRUNCK. ἔμβραχυ Suidas in h. v. et scholiasta Platonis p. 88. ed. Ruhnk. Restitui rectum accentum ex R, qui ἐνβραχύ. Vid. ad l. Vesp.

391. τραγῳδοὶ καὶ χοροὶ] τραγῳδία καὶ χοροὶ Suidas in οἰνοπίπας. τραγῳδικοὶ χοροὶ scholiasta Platonis.

392. τὰς μυχοτρόπους, id est, Kustero interprete, *clandestinis moribus præditas*, *subdolas*, *fallaces*. Sed nusquam vox ista exstat, nec alia nititur fide quam librarii errore. In cod. scriptum μΰχοτρόπους: in Juntina [et R.] μυχοτρόπους. υ et οι eodem efferebantur sono; inde tot horum elementorum permutationes, vocumque depravationes. Geminum exemplum vide infra 501. Mendam sustulit Zanettus hoc loco, reponendo μοιχοτρόπους, quæ vera scriptura est, confirmata a Suida in οἰνοπίπας. Operæ pretium est integram hujus observationem e variis grammaticorum veterum ad hanc fabulam scholiis excerptam legere. Οἰνοπίπας, τὰς τοὺς οἴνους περισκοπούσας, ὡς Ὅμηρος παρθενοπίπας (Ἰλ. λ, 385.) Ἀριστοφάνης φησί·

ποῦ δ' οὐχὶ —

*　*　*　*　*　*　*

τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν,
τὰς οἰνοπίπας, τὰς προδότιδας —

ὁ μὲν οὖν Σύμμαχός φησι παρὰ τὸ πιπίζειν τὸν οἶνον. ἐγὼ δ' οὐχ ὁρῶ τὸ πιπίζειν ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κείμενον, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν φωνῆς λεγόμενον. ἄμεινον οὖν, ὥσπερ παιδοπίπας λέγεται, οὕτω καὶ οἰνοπίπας. οἰνοπίπας οὖν ἀντὶ τοῦ μέθυσος· παρὰ τὸ πιπίζειν, ὅ ἐστι μυζεῖν, ἢ μυζᾷν. Vides de lectione consensisse veteres criticos, de illius interpretatione in diversa abiisse. Licet πιπίζειν Atticis fere nihil aliud significaverit quam *pipiare*, verbo ad imitationem avium quarumdam vocis effícto, potuit tamen Aristophanes nomine οἰνοπίπης uti, derivato ab eodem verbo significante ποτίζειν, seu μυζεῖν. Glos-

sarium vetus: *ἐκπιπίζει, exsugit:* vide Hesychium in *πιπίζειν*. Derivationi ab *ὀπιπτεύω,* unde est Homericum *παρθενοπίπης,* favet comici locus in Lys. 426.

ποῖ δὲ σὺ βλέπεις,
οὐδὲν ποιῶν ἄλλ', ἢ καπηλεῖον σκοπῶν.

Cod. Aug. et editt. omnes *οἰνοπότιδας,* quod mihi nunc, ut olim Kustero, e glossa subornatum videtur. Etsi mihi primum valde arrideret *οἰνοπίπας,* quin illud vulgato præferrem, obstitit H. Stephani judicium Thes. T. 2. p. 1243. tum quia Eustathius qui bis aut ter ex Eq. 407. notat nomen *πυρροπίπης,* istius *οἰνοπίπης* non meminit, quod non prætermissurus fuisse videbatur, si illud in comico legisset. Sed fateor parum momenti his rationibus inesse, quas prægravat veterum criticorum auctoritas, quos e Suida constat non aliter hoc loco legisse, quam *οἰνοπίπας.* Hoc itaque et *μοιχοτρόπους* lectorem reponere velim. Confer notam infra 432. BRUNCK. Restitui *μοιχοτρόπους* ex Suida. Qui quæ de vocabulo *οἰνοπίπας* annotavit, ex scholiis ad hunc locum sunt excerpta, in quibus annotatum est pleraque apographa *οἰνοπίπους* habere. Ego quum nec *οἰνοπίπας* nec *οἰνοπίπους* genere feminino dicturum fuisse censeam Aristophanem, retinui librorum scripturam *οἰνοπότιδας,* quam qui posuit, recte videtur correxisse antiquorum codicum vitium *οἰνοπίπας.* Apud Suidam in capite glossæ codex Parisinus A. *οἰνοπίτας.* Pro *ἀνδρεραστρίας* in libris Aristophanis et Suidæ codice modo memorato scriptum est *ἀνδρεαστρίας. ἀνδρεράστριαν* ex Aristophane memorat Pollux 3, 70.

395. *ἰκρίων*] Scholiasta, *ὡς ἔτι ἰκρίων ὄντων ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπὶ ξύλων καθημένων. πρὶν γὰρ γενέσθαι τὸ θέατρον, ξύλα ἐδέσμευον καὶ οὕτως ἐθεώρουν.*

396. *ὑποβλέπουσ'*] *ἀποβλέπουσ'* Suidas in *ἰκρία.*

398. *ὥσπερ*] Malim *ὥνπερ.* KUST. Recte ut videtur.

400. *γε* a Kustero additum. Nunc præfero Dobræi emendationem *ἐάν τις καὶ πλέκῃ.*

403. *ἀνὴρ*] *ἀνὴρ* libri.

404. *τῷ Κορινθίῳ ξένῳ*] Irrisio est Euripidis Stheneboeæ, cujus fragmentum quo respexit comicus servavit Athen. p. 427. E. *Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ ἐνόμιζεν τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·*

πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ. BRUNCK.

405. ἀδελφὸς] ἀδελφὸς libri.

407. ὑποβαλέσθαι] Conf. v. 340. 502.—516. BERG.

409. ἄνδρες] ἄνδρες libri.

413. Euripidis versus e Phœnice apud Stobæum Floril. 71, 1.

414. διὰ τοῦτον] Sic bene Aug. [et R.] *propter hunc Euripidem, per hunc, hujus opera.* Frequens apud comicum hæc significatio præpositionis διά. Vide infra 864. Vulgo διὰ τοῦτο. BRUNCK.

415. σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι] Observa, interiorem ædium partem apud Athenienses, quæ gynæconitis appellabatur, non solum obserari, sed etiam obsignari solitam fuisse. Quæ enim diligentius asservare volebant veteres, iis sigilla appendere solebant, ut docuit Menagius ad Diog. L. 4, 59. KUST.

καὶ μοχλοὺς] Euripides de asservandis diligenter mulieribus in Andromache v. 950. *πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας.* Quem locum præ oculis habuisse videtur comicus: nam et ibi mox sequitur v. 955. *συγγνωστὰ μὲν οὖν σοι τάδε·* ut hic apud comicum v. 418. *καὶ ταῦτα μὲν ξυγγνωστά.* BERG. Menander apud Stobæum Floril. 74, 27. *ὅστις δὲ μοχλοῖς* (scrib. *μοχλοῖς δὲ*) *καὶ διὰ σφραγισμάτων | σώζει δάμαρτα —.*

416. Μολοττικοὺς — κύνας] Euripides Hippol. 644. *χρῆν δ' ἐς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν, | ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη | θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα | μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.*

417. μορμολυκεῖα] Vulgo *μορμολύκεια.* Correxi ex Etym. M. p. 590, 52.

μοιχοῖς] *μυχοῖς* R. Eadem corruptela v. 392. 501.

419. ταμιεύεσθαι] Corrigendum *ταμιεῦσαι καὶ* cum Reiskio. Præterea quum parum apte huic loco adhibiti sint dativi, scribendum *αὐτὰς ταμιεῦσαι καὶ προαιρούσας —.* Simili corruptela Equitum v. 1312. liberavit Reiskius.

προαιρούσαις] De significatione verbi *προαιρεῖν, e penu aliquid promere,* vide Casaubonum ad Theophrasti Charact. cap. *περὶ ἀγροικίας.* KUST.

λαβεῖν] λαθεῖν Scaliger. λαβεῖν legit scholiasta.

421. De ratione serarum, pessulorum, clavium quibus ute-

bantur veteres, videndus Salmasius in Plinianis p. 649. seqq. Laconicæ clavis mentio etiam apud Plautum Most. 1, 57.

clavim mi harunce ædium Laconicam
Jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris.

BRUNCK. Vid. schol.

425. *δακτύλιον, anulum signatorium.* Viris, etiamsi clave Laconica cellæ fores occlusissent, metuendum erat, ne qualicunque artificio mulieres claustra reserarent, quod difficile non erat, pro rudi serarum illo ævo fabrica: idcirco ne sibi imprudentibus fraudem illæ facerent, cellæ ostium obsignabant, imposita cera, *ῥύπῳ*, impressoque ceræ anuli sui signo. Vide Lys. 1195. Sed cautelam hanc etiam irritam reddebat mulierum calliditas. Quippe tribus obolis, id est, vilissimo pretio, unaquæque sibi comparabat anulum eodem insculptum signo, quo mariti anulus, ejusque ope, postquam in penum ingressa quæcunque libuisset suffurata esset, idem reponebat signaculum, ita ut a marito fraudis argui non posset. At vero queritur mulier nostra, sibi nullam amplius relictam esse rationem latenter et impune in penum se penetrandi, postquam viros docuit Euripides ceram obsignare, non, ut antea, anulo, sed ligno a teredinibus pertuso, cujusmodi sigilla singuli appensa gestabant. Nam signacula illa mulieres imitari non poterant, quum foraminum in ligno modum et dispositionem non cognoscerent; et nisi unaquæque eodem ligni frusto potiretur, quo maritus ceram signarat, nulla alia fraude furta celare potis erat. Hic est hujus loci sensus, unde liquet Berglerum male *δακτύλιον* interpretari *clavem annulatam:* nec melius, quod sane miror, Salmasium hoc nomine intelligere *ferreum digitulum*, seu instrumentum illi simile quod nos vernacula lingua *un rossignol* appellamus. Alludit autem comicus ad Euripidis drama quod non exstat. BRUNCK.

426. *οἰκότριψ*] Hoc loco active: *pernicies domuum, ὁ ἐκτρίβων τοὺς οἴκους.* Sic *οἰκοτρίβης δαπάνη, sumtus rem domesticam proterens sive perdens*, in carmine Critiæ apud Athenæum p. 432. Alias, ut notum, *οἰκότριψ* est *vernula, famulus* qui quasi *teritur* in opere domestico faciendo, ut aliquod instrumentum. BERG.

427. *θριπήδεστα*] Lycophron v. 508. *τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων σφραγὶς δοκεύσει.* ad quem locum Joh. Tzetzes

notat, veteres adhibuisse ligna vermibus corrosa pro sigillis; quod testatur etiam Pausanias apud Eustathium p. 1403. Hæc ex notis Kusteri ad Suidam. Est autem θριπήδεστος a θρὶψ *teredo* et ἔδω *edo*, unde ἐδηδεσμένος. Sic τόξα θριπήδεστα *arcus a vermibus corrosos* dixit Synesius epist. 104. Sed ibi legitur θριπηδέστατα, quod et ipsum tamen non inusitatum videtur ex Luciano in Lexiphane. BERG. θριπήδεστα sine elisione R. Aug. Junt. θριπηδέστατα Suidas in h. v. et in κακοηθέστατα et Λακωνικαὶ κλεῖδες, et fortasse ex hoc loco Photius p. 95, 7. "Aristophanis locum interpretari Hesychius videtur in voce "θριπόβρωτος, ubi ait: οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις "ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φι- "λοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι." SCHNEIDER. ad Theophrast. vol. 3. p. 415.

432. τῆς γραμματέως] Ad hunc locum respexit Pollux 4, 19. Ἀριστοφάνης δὲ παίζει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, λέγων ἡ γραμματεύς. Comicum hoc est et facetum. Sic alibi, in serio etiam, immo tragico sermone, substantiva masculina feminis tribuuntur. Helena in cognomine Euripidis dramate v. 288. ait:

μήτηρ δ' ὄλωλε, καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγώ.

Confer quæ notavi ad Æsch. s. Th. 226. BRUNCK. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 118. Adde τὴν ῥήτορα, quod Photius p. 486, 24. ex Aristophane memorat.

434. οὔπω] Legebatur οὐπώποτε.

436. Vitiosa est scriptura librorum δεινότερον, nec satis certum videtur quod reposui δεινότερα.

437. πάσας δ' εἰδέας (ἰδέας Suidas in ἐβάστασεν) ἐξήτασεν, | πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ, πυκνῶς τε] Versus turpiter interpolati, in quibus vix unum alterumve verbum est quod ab Aristophane scriptum videatur. Duo dimetros trochaicos positos a poeta fuisse ex versibus antistrophicis intelligitur, qui servati sunt integerrimi.

440. αὐτὴν Scaliger. Libri αὐτῆς.

441. Ξενοκλέης Bentleius. Libri Ξενοκλῆς.

443. ἕνεκα καὐτὴ Porsonus. Libri ἕνεκ' αὐτή.

446. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

448. στεφανηπλοκοῦσ'] De hoc verbo dixit Lobeck. ad Phrynich. p. 650.

ἐν ταῖς μυρρίναις] Vide notam ad Lysistr. 557. BRUNCK.

449. Afferunt hunc versum scholiasta Platonis p. 85. ed. Ruhnk. et Suidas in *τέως*.

451. Vide Bellerophontis fragm. 25. in Musgravii Euripide, et quæ notavit vir excellens ad Sisyphi fragm. 1. Fueritne Euripides atheus, anne, non quæro. Aliud quid dicam, quod certum mihi videtur. Si capitale crimen ei, ut Socrati, fuisset intentatum, nihil causæ est, quin credam, exstiturum fuisse male feriatum aliquem anilium fabularum consarcinatorem, qui memoriæ prodidisset, Aristophanem ab inimicis Euripidis pretio subornatum fuisse, ut eum in scena impietatis reum ageret. BRUNCK.

456. *τοῖς* additum ex Plutarchi Mor. p. 853. et Gellio N. A. 15, 20.

τραφείς] Nam matrem habebat olerum venditricem.

458. *συνθηματιαίους*] Id est coronas locatitias, sive quas alter faciendas locaverat, certa mercede promissa. Vid. Athen. 15. p. 680 c. et Pollucem 7, 200. KUST.

461. *κἀστωμύλατο*] Legebatur *κατεστωμύλατο*. Correxi in editione a. 1825.

462. *ἄκαιρα*] *ἄκερα* R. Aug. Junt.

327. ὑδρίαν] οἰκίαν R. Junt.: ὑδρίαν libri reliqui.

330. δούλαισιν] Libri δούλῃσιν. Post hunc versum excidit versus unus.

329. μόγις] Hæc forma hoc uno loco legitur apud Aristophanem. Corrigendum μόλις ex Δ. et Voss.

331. στιγματίαις] μαστιγίαις B.C.Δ. Voss.

338. Quod in initio hujus versus legebatur ἐς πόλιν delevit Bothius.

τριτάλαντον] ἐς τριτάλαντον Δ. Voss.

τὸ βάρος Bothius. Aberat τό.

345. πολιοῦχε] Suspectus est anapæstus in initio versus choriambici. Fortasse πολίαχε scribendum. Notum est Poliochi nomen. πολιήοχος legitur in Tabulis Heracl. p. 205. quemadmodum γαιήοχος et γαιηοῦχος dicitur. Bentleio scribendum videbatur σὰς, πολιοῦχ', ἔσχον ἕδρας.

346. ξύμμαχον B.C. Voss. σύμμαχον R. Junt.

350. ΧΟΡ. ΓΥΝ.] Στρατυλλίς libri.

ὦνδρες] ἄνδρες Δ.

πόνῳ πονηροί] πονωπόνηροι B. et Junt.

352. ἰδεῖν om. R. Junt: habent libri reliqui.

353. θύρασιν Aug. θύραισιν vulgo. θυρᾶσιν R.

356. τοσαυτί] τοσαῦτα R.

357. περικατᾶξαι] Vulgo περικατάξαι.

τύπτοντ' ἐχρῆν] τύπτοντα χρῆν B.C.Δ. Voss.

358. χαμᾶζ' om. R. Junt.

359. τοῦτό μ'] τοῦτ' Voss. τοῦτο Δ.

360. Δί' ἤδη τὰς] διά τὰς R. Junt.

361. Βουπάλου] Nomen hominis est Bupalus, quem Hipponax perstrinxit carmine, in quo ei verbera minatus est poeta. Eo respicit comicus. Breviter scholiastes totum locum exponit: εἴ τις ἠπείλησεν τύπτειν αὐτὰς, καθάπερ Ἱππῶναξ τὸν Βούπαλον. BERG. Prius ἂν om. Δ.

362. στᾶσ' B.Δ. καὶ στᾶσ' R. Junt.

363. τῶν ὄρχεων λάβηται] Nunquam alius canis poterit tibi prehendere ore testiculos: nam ego, ut canis, tibi prius eos evellam. BERG.

364. σιωπήσει] σιωπήσεις Δ.

θενὼν] θένων vulgo.

ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρας Florens Christianus. Libri ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς σου. Rectius fortasse Reisigius Conject. p. 245. σου 'κοκκιῶ τὸ γῆρας. Conf. v. 448.

365. ΧΟ. ΓΥΝ.] στρ. R. hic et posthac.

ἅπτου] ἅψαι B.C.Δ. Voss.

366. κονδύλοις B.C.Δ. Voss. δακτύλοις R. Aug. Junt.

367. πλεύμονας B.Δ. Voss. et Suidas in βρύκουσα. πλέμονας C. πνεύμονας R. Junt. et Suidas in ἐξαμήσω.

τἄντερ' ἐξαμήσω] Eurip. Cycl. 235. τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ comparat Berglerus.

368. ἔστ'] ἔστιν B.C.Δ. Voss.

Εὐριπίδου] Propterea sapientissimum dicit Euripidem, quia is est osor mulierum maximus. Cujus rei documenta plurima exstant in ejus tragœdiis. Scholiastes hic unum versum adducit, credo propter vocem σοφώτερος, qui est ex Medea v. 409. Licebit plenius adducere locum:

πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. BERG.

369. ὡδί] οὕτω B.C.Δ. Voss.

θρέμμ' ἀναιδές] Hæc verba forte ex Euripide sunt; ego ea etiam in Sophoclis Electra v. 624. aut 625. observavi, ubi ad ipsam Electram dicitur: ὦ θρέμμ' ἀναιδές. BERG.

ἀναιδές ἐστιν] Præstat ἀναιδὲς ἔστιν scribi cum Reisigio Conject. p. 118.

370. θοὔδατος Voss. θ' οὔδατος B.Δ. ὕδατος R. Junt.

371. ΧΟ. ΓΕΡ.] *βλέπυρος* Voss.

θεοῖς] *θεοῖσιν* R. Junt.

372. ΧΟ. ΓΥΝ.] *στρυμοδώρα* Voss.

δαὶ R. *δὲ* Voss. Junt. *δὲ δὴ* Δ.

τύμβ'] *τύμβοι* vocantur senes, quia morti sunt vicini et sepulturæ. Euripides in Medea 1209. *τὸν γέροντα τύμβον*. ubi scholia: *τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου.* Vide ibi notam Barnesii. BERG.

376. *οἶδά σ'* R. Voss. et scholiasta. Vulgo *οἶδας*.

σταθεύσω] *σταθεύσων* Voss.

377. *γ'* addidit Bentleius.

380. *ἔθ'*] *ἔτ'* Voss.

ἡλιάξει Buttmannus Grammat. vol. 1. p. 383. *ἡλιάξεις* vulgo. *ἡλιάξεις* Voss. (non *ἡλιάζεις*, quod ex apographo Cantabrigiensi affert Dobræus). *ἡλιάζεις* Δ.

381. *σὸν ἔργον, ὦ 'χελῷε*] Hæc dicens perfundit aqua senes. Ponitur enim Achelous fluvius pro aqua synecdochice, ut apud Euripidem in Bacchis v. 625. *δμωσὶν Ἀχελῷον φέρειν ἐννέπων.* Achæus tragicus apud Athenæum p. 427. *μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς;* BERG. V. Servium ad Virgilii Georg. 1. 9.

384. *ἂν βλαστάνῃς* Brunckius ad Pluti v. 453. Legebatur *ἀναβλαστάνῃς*.

386. *σὺ χλιανεῖς*] *συγχλιανεῖς* Voss.

387. ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ] Ex hac etiam Probuli persona concludimus hoc drama prodiisse post cladem Siculam. Nam Probulus magistratus fuit extraordinarius, qui in rebus dubiis reipublicæ creabatur: post infortunium vero Siculæ cladis id factum est Athenis, teste Thucydide 8, 1. *καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσωσιν.* Sic etiam Herodotus 7, 172. ait, imminente a Xerxe bello, Probulos fuisse congregatos in Isthmo, electos ex Græciæ civitatibus quæ melius affectæ erant. PALMER. Vid. Wessel. ad Herodot. 6, 7.

388. *πυκνοὶ* B. Δ. *πυκινοὶ* Junt. *ποικινοὶ* R.

Σαβάζιοι] Vid. ad Vesp. 9.

389. *Ἀδωνιασμὸς*] *ἀδωνισμὸς* R. Voss. Junt. Correctum in editione Caninii. Hesychius et Etym. M. *Ἀδωνιασμός: ὁ ἐπὶ*

τῷ Ἀδώνιδι θρῆνος. Theocriti carmen est Ἀδωνιάζουσαι et fuit Philippidis comici fabula. De utraque forma ἀδωνίζω et ἀδωνιάζω dixit Valckenar. ad carmen Theocriti p. 189.

390. τἠκκλησίᾳ] τῆι κλησίαι R, ut solet.

391. ὥρασι μὲν R. Aug. ὥρας ἵμεν Δ. Voss. ὥραισι μὲν vulgo. ὥρασι adverbium est ut θύρασι. Joannes Alexandrinus τονικ. παραγγ. p. 35, 32. τὸ ὥρασι, μὴ ὥρασιν ἵκοιο (vid. v. 1037.), προπαροξύνεται μὲν εὐλόγως παρὰ βαρυτόνου τοῦ ὥρα, οὐκ ἔχει δὲ προϋποκείμενον εἰς θεν. μὴ ὥρασι autem cum hiatu dicitur, quia unius instar est vocabuli μηώρασι.

ὁ μὴ ὥραισι] Puto respici ad illam formulam, qua exitium alicui imprecaturi dicebant: μὴ ὥραισιν ἵκοιτο. De qua Casaubonus Animadv. ad Athen. 2, 14. ad p. 55 c. Posset autem sic suppleri oratio, ὁ μὴ ὥραισιν ἱκέσθαι ὀφείλων, aut ἄξιος ὢν aut simili modo. BERG. De formula abominandi μὴ ὥρασι et μὴ ὥρασιν ἵκοιτο dixerunt interpretes Luciani vol. 1. p. 218. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 370. et in schol. N. T. vol. 1. p. 438. In contrariam partem Græci abeuntibus hodie apprecari solent ὥραις καλαῖς.

Δημόστρατος] Proposuerat Demostratus rogationem de bello Siculo die infausto, quo publice lugebatur Adonis, quod erat mali ominis. Plutarchus in Nicia c. 12. et 13. lucidam facem præfert ad hunc locum intelligendum. PALMER.

392. ἐς] εἰς libri.

393. αἰαῖ] Libri αἶ αἶ vel αἶ αἶ.

Ἄδωνιν] αἴδωνιν R.

394. Ζακυνθίων] Qui inter socios erant Atheniensium. ζακυνθίους Δ.

395. ὑποπεπωκυῖ'] ὑποπεπτωκυῖ' B.C.Δ. Voss. Junt. Correctum ex. R. Aug.

396. κόπτεσθ'] Notum in hac significatione verbum, etiam in sacris literis. Euripides in Troadibus v. 623. ἔκρυψα πέπλοις, κἀπεκοψάμην νεκρόν. BERG.

397. Schol. Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο· ὃν Χολοζύγην εἶπε, διὰ τὸ μελαγχολᾶν. καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει·

τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

καὶ ἄλλοι.

398. τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν] Sic duo Regii: mendose tamen C.

ἀπαντῶν, errore librarii, qui utique ob oculos habuit ἀπ' αὐτῶν. Vulgo τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν. BRUNCK. ἀπ' Δ. Voss. ὑπ' R. Conf. v. 406.

ἀκολαστάσματα Dobræus. Legebatur ἀκόλαστ' ᾄσματα. Bentleius ἀκολαστήματα. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 367, 20. ἀκόλαστος ὄχλος, Εὐριπίδης (Hecubæ v. 602.) ἔφη, ἀκόλαστον δὲ σῶμα Σοφοκλῆς (fragm. 817.). ἀκολαστάματα (ἀκολαστάσματα?) δὲ λέγουσι κατακορῶς οἱ Ἐπικούρειοι. πλὴν καὶ Ἀλεξανδρίδης (Ἀναξανδρίδης) κέχρηται τῇ λέξει καὶ Ἀριστοφάνης.

399. Vulgo personam huic versui præfigunt nuntii, qui nullus in hac fabula est. Ineptorum librariorum commentum est. In Aug. adscripta persona est ἄγγελος γερόντων: in C. [et Voss.] χορὸς γερόντων ἢ ἄγγελος. Vere B. exhibet nude χορὸς γερόντων. BRUNCK. ἀγγ' R.

403. ἀλυκὸν B.C.Δ. Vat. Voss. ἀλυκῷ R. Junt.

406. βλαστάνει βουλεύματα] Æschylus Sept. c. Th. 600. ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. PORSON.

407. ἐν τῶν δημιουργῶν] Nihil frequentius apud quosvis scriptores hac ellipsi nominis οἶκος, vel ναὸς, quando de diis agitur. Sic infra 622. εἰς Κλεισθένους. 1064. εἰς ἐμοῦ. Conc. 420. ἐς τῶν σκυλοδεψῶν. Ran. 69. et 118. εἰς Ἅιδου. Plato initio libri 1. de Republica: ᾖμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου. Ceterum tres mei codd. [et R.Δ.] habent ἐν τῶν, ut recte Kusterus e duobus aliis [Vat. Voss.] edidit. BRUNCK. ἐκ Junt.

408. ἐπεσκεύασας B.C.Δ. Voss. ἐσκεύασας R. Junt.

410. ἡ βάλανος] Est ambiguum: nam accipitur etiam pro obscena corporis parte. Sic ludit ambiguitate vocis hujus Machon apud Athenæum p. 577. ubi dicit Demetrium regem Lamiæ meretrici omnis generis unguenta dedisse olfacienda, quumque omnia fastidisset Lamia, eum manu sibi fricuisse veretri glandem, eamque sic Lamiæ naribus admovisse, dicentem: ἀπὸ βαλάνου τοῦτ' ἔστι, Λαμία, βασιλικῆς. Est enim et νάρδος βασίλειος, quæ fit ex myrobalano. BERG.

ἐκ τοῦ τρήματος] Perperam Regii [et Δ. Voss.] ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor istius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidisse? sed ineptum hoc est. Nemo non videt quo adludat comicus. In Conc. 623. προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. BRUNCK.

416. τῆς μου γυναικὸς τοὺς πόδας τὸ δακτυλίδιον] Duplex men-

dum. Primo *τῆς μου γυναικὸς* est solœcismus. Deinde si *δακτυλίδιον* media longa profers, *annulum* sonat, si brevi *δακτυλῐδιον*, *digitulum*. Lege igitur, — *τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς* Τοῦ *τῆς γυναικός μου* —. PORSON. apud Kidd. ad Dawes. Miscell. p. 384. Recte hæc corrigit Porsonus. *τοὺς πόδας* R. Junt. *τοῦ ποδὸς* B.C.Δ. Vat. Voss.

417. *πιέζει*] *πιεζεῖ* R.

ζυγὸν] Photius p. 55, 5. *ζυγός: — καὶ ὁ περικείμενος ἱμὰς τοῖς δακτύλοις πλαγίοις ἐπὶ τῶν σανδαλίων.*

420. *ἐς*] *εἰς* libri.

422. *κωπῆς*] Vid. ad Acharn. 552.

423. *ἀποκέκλεισμαι*] *ἀποκέκλισμαι* R. *ἀποκέκλειμαι* Voss. Scribendum *ἀποκέκλῃμαι*.

426. *τί*] *ποῖ* R. Junt.: *τί* libri reliqui.

δ' αὖ] *δὲ* B.C.Δ. Voss.

427. *ἀλλ'*] *ἄλλ'* Aug.

428. *ὑποβαλόντες* codices. *ὑποβαλόν τε* Junt.

429. *ἐνθενδὶ δ'* B. *ἐνθένδε δ'* C. et Voss. *ἐνθένδε γ'* R. *ἐνθένδ'* Junt. *ἐντεῦθεν δ'* vel *ἐνθαδὶ δ'* Bentleius.

430. *ἐκμοχλεύετε* Δ. Voss. et Brunckius tacite. *ἐκμοχλεύσετε* R. Junt.

435. *χεῖρά μοι*] *χεῖρ' ἐμοὶ* Δ.

437. *ἔδεισας*] *ἔδησας* Δ.

438. Lysistratæ opponuntur duo lictores, tertius Stratyllidi v. 442. Prodit deinde tertia mulier v. 443. (forsan legendum ΜΥΡΡΙΝΗ) cui assignatur quartus lictor v. 445. Tum prodeunte quarta muliere v. 447. (non Stratyllide) exclamat Probulus deficere lictores sibi. Quattuor autem esse Scythas liquet e *καὶ* v. 453. DOBRÆUS. Verissime hæc Dobræus. Itaque personarum descriptio sic est emendanda ut versui 439. *πρώτη γυνὴ*, 443. *δευτέρα*, 447. *τρίτη* præscribatur.

439. *Πάνδροσον*] Cecropis filiam.

443. *Φωσφόρον*] Dianam. Quam *φωσφόρον θεάν* vocat Euripides Iphig. T. 21. BERG.

444. *κύαθον*, *cucurbitulam*. Suidas ex integrioribus ad hunc locum scholiis: *κύαθον αἰτήσεις τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γνάθοις. οὕτως τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκολλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι.* Græci medici *σικύας* vocant, nos Galli, *ventouses*, caliculos illos, qui

cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam in Pace 541.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
ἁπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι. BRUNCK.

446. παύσω τιν' ὑμῶν] Ita posuit vocem τὶς et in Nubibus 1494. κἀγώ τιν' αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω. BERG.

447. Ταυροπόλου] Euripides in Iphig. Taur. 1457. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν. BERG.

448. ἐκκοκκιῶ σου — τρίχας] In eadem re utitur verbo ἐκποκίζειν in Thesmoph. 574. ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας. Verbum ἐκκοκκίζειν supra v. 364. BERG.

στενοκωκύτους] ἐφ' αἷς στενάζεις τιλλόμενος, schol. στενωκωκύτους R. Junt.

450. ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα] Sophocles Antig. 678. κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.

453. τέτταρες] Sic Regii [et Δ. Voss.]. Vulgo [et R.] τέσσαρες. Hesychius: λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτταρες. Ad quem locum vide interpretes. Adludit comicus ad notissimas Lacedæmoniorum μόρας. Vide Meursium Att. Lect. 1, 16. BRUNCK. Quattuor cur dicat, expositum est ad v. 438.

455. ΠΡΟΒ.] πτ υρ R.

459. παιήσετ'] Futurum est verbi παίω Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125.

ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.

Sic Eq. 98. κατακλινήσομαι. Thesm. 653. οἰχήσεται. Vesp. 222. βαλλήσομεν. Pl. 21. τυπτήσεις: aliaque —. οὐχ ἕλξετ' habent duo Regii, quod e Vossiano bene reposuit Kusterus. Aug. et Juntina [et R.] οὐκ ἐξέλκετ'. BRUNCK.

ἀρήξετε] Scribendum ἀράξετε cum Wakefieldo Silv. crit. 1. p. 135.

461. παύεσθ' Aug. et Suidas in ὦ σπερμαγορ. παύσεσθ' R. Vulgo παύσασθ'.

462. οἴμ' ὡς κακῶς] οἴμοι κακῶς R.

465. νὴ] μὰ R, Aug. Junt.: νὴ libri reliqui.

466. πολλήν] πολλή B.C.Δ. Vat. Voss.

γ' ἐάνπερ B.C.Δ. Vat. Voss. γ' ἐὰν R. ἐάν γε vulgo.

467. τῆς addidit Kusterus.

468. λόγον] λόγους Vat.

472. κυλοιδιᾶν] κοιλιδιᾶν R. Vid. Ruhnken. ad Timæum p. 169.

478. ἔτ' Δ. Legebatur ἐστ'.

ἀνεκτέα Dobræus. Legebatur ἀνεκτά.

481. Κραναὰν] Ita vocat nunc arcem Athenarum. In Acharn. 75. de ipsa civitate, ὦ Κραναὰ πόλις. BERG.

484. πείθου] πιθοῦ R. Aug. Junt.

485. τοιοῦτον] τοιοῦτο R. Junt.

487. ἡμῶν] ἡμῶν οὕτως B.Δ.

τοῖσι μοχλοῖσιν editio Lugd. Bat. a. 1624. Libri τοῖς (τοῖς om. B.Δ. Voss.) μοχλοῖς.

488. παρέχοιμεν] κατέχοιμεν B.Δ.

489. γε] τε R. Aug. Junt.

490. Πείσανδρος] Vide annotationem ad initium fabulæ. De Pisandro dictum ad Av. 1556.

ταῖς ἀρχαῖς] τὰς ἀρχὰς B.C.Δ. Respicit ad ξυνωμοσίας, αἵπερ ἐτύγχανον ἐν τῇ πόλει οὖσαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς, de quibus Thucyd. 8, 54.

491. κορκορυγὴν] In Pace 992. λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς. BERG.

οὕνεκα B.C.Δ. Voss. ἕνεκα R. Aug. εἵνεκα Junt.

494. δὲ addidit Bentleius.

495. οὐ καὶ τἄνδον] In Ecclesiaz. 210. idem argumentum: ταῖς γὰρ γυναιξί φημι χρῆναι τὴν πόλιν ἡμᾶς παραδοῦναι· καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα. BERG.

499. Hunc versum om. Junt.: habent codices, sed R. a m. rec.

γε addidit Brunckius.

501. σωστέον] Sensu passivo dictum. Vid. ad Soph. Œd. T. 628.

οὕνεκα C. Aug. Vulgo εἵνεκα.

505. ΓΥΝΗ] Libri Lysistratæ tribuunt inepte, ut vel ex proximis verbis σὺ δέ μοι λέγε intelligitur. Correxit Bentleius. Loquitur una ex mulieribus chori, ut v. 515.

507. ἠνεχόμεσθα, forma præteriti aliunde non cognita, ex Florentis Christiani conjectura posita est. Libri ἠνεσχόμεθα, præter Voss. qui ἠνειχόμεσθα. Interpolatam hujus versus lectionem esse inepte dictum illud πόλεμον καὶ τὸν χρόνον documento est.

509. ἠρέσκετέ γ' B.C.Δ. Voss. ἠρέσκετ' R. Junt.

510. ἔνδον ἂν οὖσαι] ἂν om. C. Voss. ἔνδον ἐοῦσαι B.Δ.

512. γελάσασαι] Ficto risu. BERG.

513. τί βεβούλευται] Innuit, ut puto, subscriptionem, quæ auctore Alcibiade facta fuerat in columna, in qua fœdus inter Lacedæmonios et Athenienses inscriptum erat, qua de causa bellum inter eos recruduerat. Vide Thucyd. libr. 5. PALMER.

514. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

515. ΓΥΝΗ] In B. præfixa Μυρρίνη et superscriptum γυνή. In C. μία γυνή. BRUNCK.

516. ἔγωγ' om. B.C.Δ. Aug. Voss. et, ut conjicio, Vat.

ἔνδον addunt codices: om. Junt.

517. δήπου additum ex B.Δ. Quæ particula, minus apta huic loco, a grammatico adjecta videtur explendæ lacunæ caussa. Fortasse scribendum κἄπειθ' ἕτερον — .

519. ἂν addidit Porsonus.

ἔφασκ', εἰ Porsonus. Legebatur ἔφασκε κεἰ. κεἰ, omisso ἔφασκε, C. Voss. εἰ, omisso ἔφασκε, B.Δ.

νήσω] νήσεις B.Δ.

520. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Facete hæc traducta ex Hectoris ab Andromacha discedentis oratione Iliad. 6. versus finem:

> ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
> ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
> ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

quæ παρῳδεῖ infra mulier: πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει. BRUNCK.

523. δὴ δ' Voss. δ' ἤδ' R. Junt. δῆθ' B.Δ.

524. ἔσθ' additum ex conjectura Brunckii, quæ me nolente in editionem meam irrepsit. Scribendum cum Dobræo οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ; μὰ Δί' οὐ δῆτ', εἶφ' ἕτερός τις. Scholiasta, ἀντὶ τοῦ, ἄλλος τις ἔφη, οὐ μὰ Δία οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει.

528. κἀντισιωπᾶν Kusterus. Libri κἀντισιωπᾶθ'.

ἐπανορθώσαιμεν] Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 96, 25. ἐπανορθωσαίμεθα videtur legisse: de quo dixi ad fragmenta p. 510.

535. τοῦτον Δ. Voss. τουτονὶ R. Junt.

536. *συζωσάμενος*] *ξυσωσάμενος* Voss. *ξυζωσάμενος* Δ. Recte autem Berglerus monuit ad proverbium respici, *τὸν σικνὸν τρώγουσα, γύναι, τὴν χλαῖναν ὕφαινε,* memoratum ab Athenæo 3. p. 73 d.

537. *κυάμους τρώγων*] Scholia: *δικάζων.* Sic in Equit. 41. populus Atheniensis dicitur *κυαμοτρώξ.* Quia plerique plebeii ex forensibus negotiis alebantur, mercedem accipientes judicialem et comitialem, *τὸν ἐκκλησιαστικὸν καὶ δικαστικὸν μισθόν.* Intelliguntur autem per *fabas* hæc negotia, quia in suffragiis ferendis adhibebant *fabas.* BERG.

538. *πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει*] Ad illud v. 520. *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.* BERG.

539. *ἀπαίρετ'*] Vulgo *αἵρεσθ'.* Scholiastæ interpretatio *ἀναχωρήσατε* manifeste refertur ad *ἀπαίρετ'.* Hesychius, *ἀπαίρει: ἀναχωρεῖ.* Concion. 818. *μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.* Frequens historicis verbum tam de terrestri quam de maritimo itinere. BRUNCK.

540. *τι*] *τε* R. Aug. Junt.

συλλάβωμεν] *ξυλλάβωμεν* R. Aug. Junt.

541. *ἐγὼ γὰρ*] Verba a correctore posita, quum excidissent syllabæ quæ responderunt verbis *ὦ Ζεῦ, τί ποτε* v. 476. Senarium ex conjectura librarii factum exhibent B.Δ. *ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἂν κάμοιμ' ὀρχουμένη.*

542. *οὐδὲ*] *οὔτε* B.C.Δ. Voss.

οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἐλεῖ (scribendum *ἕλοι* ex B.Δ.) *μου καματηρός* [a]] Hæc quoque interpolata. *οὔτε* (debebat *οὐδὲ*) *γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος* Hermannus Elem. doctr. metr. p. 383. satis probabiliter, nisi quod forma *καματήριος* nonnihil dubitationis habet. Nam quod apud Hesychium legitur, *καματήριον: ἐπίπονον, ἐπίλυπον,* ex *καματηρόν,* quod Stephanus reposuit, corruptum esse potest, quemadmodum *θανατηρός* in *θανατήριος* est corruptum, de quo dixit Bastius ad Gregor. Cor. p. 156. Quamobrem fortasse præstat *οὐδὲ γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματηρὸς ἄν.* adscita in quattuor postremis vocabulis emendatione Bentleii.

546. *ἔνι θράσος* Voss. Vulgo *ἔνι δὲ θράσος.*

ἔνι δὲ σοφὸν] Scribendum *ἔνι δὲ τὸ σοφὸν* cum Hermanno.

ἔνι δὲ φιλόπολις] Delendum *δὲ,* ab Reisigio illatum.

[a] Typothetæ errore in editione mea transpositum *καματηρός μου.*

549. τηθῶν] τήθων R.

ἀνδρειοτάτη Athenæus 3. p. 90. Suidas in τήθη et Eustathius p. 1485, 49. Libri ἀνδρειοτάτων.

τηθῶν — μητριδίων] Est homonymia in his vocibus: nam τήθη est nutrix et τήθεα sunt ostrea quædam; itaque hac voce ambigua vult subindicare asperitatem quandam et duritiem animi in mulieribus. Porro μητρίδιον est mater in forma deminutivi, et dicuntur etiam μητρίδιαι ἀκαλήφαι urticæ, quum in iis generantur grana seminum: quo tempore maxime urunt; itaque hic etiam intelligitur asperitas quædam et mordacitas. In Vespis v. 888. dixit ὀργῆς ἀκαλήφην pro asperitate et vehementià iracundiæ. Est autem et ἀκαλήφη ambiguum, nam et marina est, ut sunt τήθεα, et terrestris. BERG.

550. χωρεῖτ' ὀργῇ] Tanquam milites ad conflictum. Thucydides 5, 70. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως. ubi scholia: ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· ἰσχυρῶς καὶ σὺν ὀργῇ. BERG.

νῦν οὔρια θεῖτε] Contrarium in Ecclesiaz. 109. νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν. BERG.

551. τε addidit Porsonus.

552. ἡμῶν] ἡμῖν Bentleius.

καταπνεύσῃ] ἐπιπνεύσῃ Δ. πνεύσῃ Voss.

553. ποιησάσας] ποιούσας Δ. Voss.

556. νὴ τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην] Verba hæc, quæ vett. editt. Lysistratæ continuant, tres codd. alii personæ tribuunt. In Aug. lineola mutatam personam indicat: in Regiis adscriptum Προβ. Ego mulieri cuidam probabilius tribuo: ironiæ enim, quam his verbis Provisori tributis inesse ait scholiastes, nihil mihi subolet. BRUNCK.

557. χύτραι et λάχανα hic notant non *ollas* et *olera*; sed fora, seu loca ubi illa venibant. Usitatissima Atticis hæc synecdoche Eq. 1375.

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τὰν τῷ μύρῳ.

Sic Vesp. 789. ἐν τοῖς ἰχθύσι, *in foro piscario*. Eupolis apud Pollucem 9, 47.

περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Multa exempla congessit Taylor Lect. Lysiacarum circa finem, quæ si conferas, facile mecum in opinionem venies hic scribi oportuisse:

νῦν μὲν γὰρ δὴ κἂν ταῖσι χύτραις κἂν τοῖς λαχάνοισιν ὁμοίως.

BRUNCK. Recte Brunckius *κἂν* restituit. *λαχάνοις* R. Voss.

561. *ἐφ' ἵππου*] *ἔφιππον* R. Junt. et fortasse Aug. *ἐφ' ἵππου* libri reliqui et Suidas in *λέκιθος*. *ἐφ' ἵππῳ* scholiasta Pluti v. 427.

563. *δ' αὖ* Brunckius. Libri *δέ*.

ὁ Τηρεὺς] Quia Tereus Thrax erat. BERG.

564. *δρυπέπεις* C.R. Aug. *δρυπέτεις* vulgo. Veram hujus vocabuli scripturam *δρυπετής* esse videri ostendi in Thesauro Stephani s. v. *δρυπεπής*.

565. *δυναταὶ* Elmsleius ad Acharn. 78. Libri *δύνασθε*, nisi quod *δύνασθαι* Voss.

567. — 586. Comparationes e re textoria petitas copiose illustravit Schneiderus in indice ad scriptores rei rusticæ p. 360. — 363.

567. *κλωστῆρ'* Bentleius. Libri *κλωστήρ*.

568. *ὑπενεγκοῦσαι*] *ἐπενεγκοῦσαι* Δ. Voss.

568. 570. *ἐνταυθί*] *ἐνταυθοῖ* Voss.

569. *διαλύσομεν*] *διαλύσαιμεν* R. Junt.

572. *τις* Δ. Voss. *τις γ'* R. Junt.

574. *πρῶτον* codices. *πρῶτα* Junt.

πόκον] *πόκου* Kusterus. Recte.

576. *ἀπολέξαι* e duobus codd. a Kustero bene repositum agnoscunt etiam bini Regii. Mendosam priorum editt. lectionem *ἀπολέσαι* præfert Aug. [et R.]. At consentiunt tres codd. [et Voss.] in prava lectione præc. v. *ἐπὶ κλίνης*, quod in duabis Venetis reperio. Propius ad verum accedit Juntina *ἐπικλίνεις*, accentu tantum male posito. BRUNCK. *ἐπικλίνης* Δ. *ἐπικλινεῖς* fortasse R.

577. *πιλοῦντας*] *θλίβοντας* R. Junt. *πιλοῦντας* libri reliqui et Suidas in *συνισταμένους*.

578. *ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι*] Supra v. 492. *οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες*. BERG.

579. *ἐς*] *εἰς* libri.

582. *γε* Δ. Voss. et, ex codicibus ut videtur, Brunckius. *τε* R. Junt.

583. τὰ om. R. Junt. et fortasse Aug.: habent libri reliqui.

586. τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι] Prosopopœia est et allegoria. Intelliguntur commoda eventura, si res publica bene ordinetur. BERG.

587. ῥαβδίζειν] Vid. v. 576.

588. παγκατάρατε] λακκατάρατε corrigebat Bentleius, collata glossa Photii p. 203, 5. λακκατάρατοι: οἱ ἄγαν κατάρατοι, καὶ λακκαταπύγων ὁ ἄγαν καταπύγων. Quæ vocabula simplici κ scribenda. λακαταπύγων legitur in Acharn. 664.

589. ἠὲ] Legebatur ἤ γε. Restitui formam epicam ἠὲ, quæ in versu anapæstico non magis offensioni esse debet quam ἠδὲ in tetrametro Eupolideo, κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη καὶ μίλακα τὴν πολύφυλλον.

590. κἀκπέμψασαι] Innuit cladem Siculam, in qua ὁπλιτῶν periit maximus numerus, unde fletus et ejulatus matribus, quæ Athenis erant, de qua volebat quiritare Lysistrate, nisi Probulus ejus clamores compescuisset, in quo videtur eximium poetæ artificium, ne populum doloris sui admoneret, et pro risu lacrymas cieret. Thucydides initio libri 8. ἅμα μὲν γὰρ στερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος καὶ ἡ πόλις ὁπλιτῶν τε πολλῶν καὶ ἱππέων. PALMER.

591. ἠνίκ' ἐχρῆν] Legebatur ἠνίκα χρῆν.

592. διὰ τὰς στρατιάς] Sic B.[Δ.] recte: minio superscriptum εί, sive sit interpretatio, sive emendatio, sive varia lectio. Aug. ut veteres editiones omnes στρατειὰς, accentu genuinæ vocis indicium dante, quod observavit Orvillius ad Charit. p. 540. Editiones recentiores [et R.] στρατείας. Ammonius: στρατεία, ἐκτεταμένως, τὸ πρᾶγμα· στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Postremam observationem confirmat Photius in Lexico, Ruhnkenio laudatus ad Timæum p. 171. στρατιὰν, συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως 'Αριστοφάνης. Parum interest fueritne Aristophanes, quem testem advocat, comicus noster, an grammaticus. [Est haud dubie comicus.] Priorem certum est promiscue hoc vocabulo usum fuisse. In impressis etiam Acharn. 251. 1143. Eq. 587. στρατιὰ legitur pro στρατεία. Sequitur καὶ θἠμέτερον μὲν ἐᾶτε, ut recte legit Berglerus: vulgo καθ' ἡμέτερον mendose. Articulus omnino requiritur, ut signi-

ficari possit, quod sententia fert: *quod ad rem nostram spectat, illud quidem mittite.* BRUNCK. *κᾶθ' ἡμέτερον* R.

594. *κἄνδρες* B.C.Δ. Voss. *γ' ἄνδρες* R. Aug. Junt. Scribendum *χἄνδρες* cum Reisigio Conject. p. 258. De qua crasi dicetur ad Thesm. 90.

595. *ἥκων γὰρ* B.C.Δ. Voss. *γὰρ ἥκων* R. Aug. Junt.

597. *ὀττευομένη*] Attice pro *ὀσσευομένη* ab *ὄσσα*, quod Hesychius exponit *κληδὼν καὶ φήμη*, id est *omen*, *rumor*, et *fama*. Puellæ autem nupturientes ad hæc maxime attendunt; cupiunt enim scire, quando tandem sit venturus aliquis procus, et quis ille sit futurus. BERG. Vide Toup. ad schol. Theocriti p. 148. ed. Gaisford.

598. *ἔτι* Florens Christianus. Libri *ἔστι*.

600. *χοιρίον ἔσται*] Legebatur *χωρίον ἐστίν*. Correxit Elmsleius ad Acharn. 788. collato Pac. 374. *ἐς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· | δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι.*

σορὸν ὠνήσει] Acharn. v. 691. *οὗ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὀφλὼν ἀπέρχομαι* comparat Berglerus.

601. *μελιτοῦτταν* Bentleius. Libri *μελιττοῦταν*. "Hanc Virgilius vocat *offam melle saporatam*. Et dabatur mortuis, ut Cerberus ea placaretur." BERG.

603. 4. Hi versus, qui in vulgatis eidem ac superiores tribuuntur personæ, singuli singulis mulieribus tributi in Regiis, quod actionem scenæ et vividiorem et lepidiorem reddit. BRUNCK.

603. *ταυτασὶ* quas dicat dubitarunt interpretes veteres. Scholiasta, *τὰς ταινίας, ἃς τοῖς νεκροῖς ἔπεμπον οἱ φίλοι· ἐν ἄλλῳ δὲ εὗρον τὰς δραχμάς, εἰς μισθὸν τῷ πορθμεῖ.*

604. *τουτουγὶ* Elmsleius ad Acharn. 784. Libri *τουτουί*.

605. *δεῖ* Bentleius. Libri *δέει* vel *δέῃ*.

χώρει 's] Libri *χώρει εἰς*. Hegemo apud Athenæum 9. p. 406 f. et 15. p. 699 a. *δεινὰ παθοῦσα φακῇ, βδελυρῇ, χώρει 's τὸν ἀγῶνα*. Vid. ad Acharn. 242.

606. *ὁ Χάρων σε καλεῖ*] Apud Euripidem in Alcestide 254. Alcestis moriens dicit: *Χάρων μ' ἤδη καλεῖ. τί μέλλεις; ἐπείγου. σὺ κατείργεις.* Apud Sophoclem in Œdipo Col. 1627. ad Œdipum, cui vitæ terminus instabat, vox dei alicujus: *ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.* BERG.

611. *προὐθέμεσθα*] Postquam nempe te lavimus ut mortuum. Euripides in Phœnissis 1329. *ὅπως λούσῃ, πρόθηταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν. τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν.* De ista *προθέσει* sive collocatione mortuorum Persius Sat. 3. *tandemque beatulus alto compositus lecto, crassisque lutatus amomis, in portam rigidos calces extendit.* BERG.

612. *σοι* additum ex B.C.Δ. Voss.

πρῴ Brunckius. *πρωΐ* vel *πρῳὶ* libri.

613. *τὰ τρίτ'*] Sunt inferiæ tertio a sepultura die inferri solitæ, ut *ἔνατα* quæ nono inferebantur die. BERG.

614. *ἐπεσκευασμένα* B.C.Δ. Voss. *ἐσκευασμένα* R. Aug. Junt.

615. *ἐπαποδυώμεθα*] *Exuamur ad hanc rem.* Id est *præparemus nos huic rei.* Metaphora a luctatoribus, qui nudi certabant. Lucianus: *ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. accinxit se ad philosophiam.* Ælianus V. H. 12, 1. *πρὸς τὸν πόνον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι.* BERG.

ἄνδρες B.C.Δ. Voss. *ἄνθρωποι* R. Aug. Junt.

616. *ὄζειν*] *ὄζει γε* B.Δ.

μειζόνων καὶ πλειόνων B.C.Δ. Voss. *πλειόνων καὶ μειζόνων* R. Aug. Junt. Quod revocandum.

619. *τῆς Ἱππίου τυραννίδος*] Quasi tyrannidem affectent, quam obtinuit Athenis Hippias Pisistrati filius. Sed cur Hippiæ meminit præcipue et non alius alicujus tyranni? Scholiastes dicit: *εἰκότως τοῦ Ἱππίου μόνου ἐμνημόνευσεν, πρεσβύτατος γὰρ ἦν οὗτος τῶν ἄλλων,* Pisistrati filiorum nempe; de iis enim loquitur scholiastes. Propter *ætatem* inquit. Quasi vero Pisistratus, qui inchoavit tyrannidem, non fuerit senior filio suo. Non hæc est ergo causa. Alludit enim comicus ad *ἵππον,* qui *κέλης* dicitur, unde *κελητίζειν* obsceno sensu; in Vespis 497. *κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας, ὅτι κελητίσαι ἐκέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι, ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα.* Eodem sensu hic in Lysistr. 678. dicit *ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή.* BERG.

622. *ἐς* B.C.Δ. Voss. Vat. *ἐκ* R. Aug. Junt.

Κλεισθένους] Meminit hujus, quia erat *γυναικώδης,* ut dicit scholiasta. Vide Eccles. 580. BERG.

628. *πρὸς* hic adverbii vicem fungitur, nec construitur cum

ἡμᾶς: idem est ac προσέτι. Ordo est: *καὶ πρὸς διαλλάττειν ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς*: *et insuper*. Sic in Æsch. Prom. 937.

ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω.

confer Ran. 415. 611. Eq. 578. BRUNCK.

629. *οἷσι πιστὸν οὐδὲν*] *οἷσιν οὐδὲν πιστὸν* B.C.Δ. Voss. De Lacedæmoniorum perfidia conf. Acharn. 307.

632. Alludit ad notissimum scolion. *τοῦ μύρτου*, eo sensu quo usurpat hoc nomen infra 1004. Lacedæmonius caduceator, haud equidem sum osor. Nolim tamen eos interpretes imitari, qui, ubicunque occurrit vox aliqua apud comicum, quæ ad obscenum sensum detorqueri queat, illico aiunt eo poetam respexisse. Scio illum perquam libenter in ambiguitate vocum ludere, qui fons est ei jocorum facetissimorum: sed nihil inde haurit nisi lepidum et ingeniosum. Quod autem post Florentem commentus est Berglerus, id sane insulsum est. BRUNCK. Scolion apud Athen. 15. p. 695. *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω | ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων* etc.

633. *Ἀριστογείτονι*] Columnam ejus intelligit. BERG.

634. *αὐτὸ* Scaliger. Libri *αὐτός*.

636. *οὐ γὰρ*] Scribendum *οὐκ ἄρ'* cum Dobræo.

εἰσιόντας] Scribendum *εἰσιόντα σ'* cum Bentleio. Veram scripturam habuisse videtur scholiasta, qui interpretetur, *ἀπὸ τῶν πληγῶν τῶν παρ' ἡμῶν ἀλλοῖος γενήσεται.*

637. *θώμεσθ'*] *θῶμεν* Δ.

642. *ἠρρηφόρουν*] Vide Meursium Græcia fer. in *ἀρρηφόρια*. BRUNCK.

644. *εἶτ' ἀλετρὶς ἢ*] De his molitricibus scholiastes: *γίνονται δέ τινες τῶν εὐγενῶν ἀλετρίδες τῇ θεῷ παρθένοι, αἵτινες τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα ἀλοῦσι· καὶ ἔστιν ἔντιμον τοῦτο. εἰσὶ δὲ καὶ ἱεροὶ μυλῶνες*. BERG.

δεκέτις] Nempe virgines decimo ætatis anno initiabantur Dianæ, unde id *δεκατεύειν* dicebatur. BERG. Vide Harpocrat. in *δεκατεύειν*.

Ἀρχηγέτι] Sic tres codd. [et Δ.R. Voss.] cum schol. Perperam vulgo *Ἀρχηγέτις*. Dativus est contractus, ut *μήτι*. [Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 429.] Significatur Diana, quæ in Braurone colebatur, et *præses* erat illius pagi. Vide rursus Meursium Gr. Fer. in *Βραυρώνια*. BRUNCK. *οὖσα τἀρχηγέτι* Buttmannus Gramm. p. 211. Vulgo *οὖσά τ' ἀρχηγέτι*.

645. κἆτ' ἔχουσα Hermannus in præfatione ad Sophoclis Œdip. Tyr. p. xii. edit. secundæ. κατέχουσα B.C.Δ. Vat. Voss. καταχέουσα R. Aug. Junt.

ἄρκτος] Virgines, quum initiarentur Dianæ, oportebat crocotulam gestantes inter sacrificandum reptare instar ursæ; unde etiam ἀρκτεύεσθαι illæ tunc dicebantur. Originem illius ritus exponunt grammatici Græci. Quum olim Athenis fuisset occisa ursa mansueta, Dianæ sacra, quod irritata læsisset quandam virginem, pestilentia mox invasit regionem. Ad placandam itaque Dianam introduxerunt illum ritum. Quidam vero dicunt, illa, quæ circa Iphigeniam in Aulide contigisse feruntur, ut notum ex Euripide, in Braurone, loco quodam Atticæ, facta esse, sed paulo aliter. Quum enim ibi Agamemnon esset immolaturus Dianæ filiam suam Iphigeniam, hanc divina virtute ex cæde ereptam esse, et loco ejus ad mactandum subjectam ursam, non cervum. Itaque ἄρκτευσις illa virginum Atticarum in memoriam hujus rei fuerit instituta. BERG.

646. κἀκανηφόρουν] Hoc etiam virginum erat. Vide infra v. 1196. BERG.

647. 'χουσ'] Libri ἔχουσ'. σχοῦσ' Bentleius, recte, ut videtur.

650. ἦν] ἦν ἂν R.

651. ἐσφέρω] εἰσφέρω libri et ἀντεισφέρετε (ἀντισφέρετε R.) et εἰσφορὰς v. 654.

653. τὸν ἔρανον] Illud tributum est, quod ordinante Aristide contulerunt quum Persæ invasissent Græciam: τὰ Μηδικὰ enim sunt τὰ Περσικὰ apud bonos scriptores. BERG.

655. διαλυθῆναι] Polybius 18, 29, 12. τινὲς δὲ τῆς δεξιᾶς ἅψασθαι σπουδάζοντες, οἱ δὲ πολλοὶ στεφάνους ἐπιρρίπτοντες καὶ λημνίσκους, παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον.

657. πατάξω codices et Suidas in ἀψήκτῳ. κατάξω Junt. Conf. ad Acharn. 1166.

658. οὖν οὐχ] οὐχ (οὖν superscr.) R. οὖν om. Junt. Versus trochaicus præmisso spondeo.

664. λυκόποδες] Nunc intelliguntur Alcmæonidæ, qui Hippiam tyrannum oppugnarunt, communito Lipsydrio, loco Atticæ. Hæc ex scholiis. Compellat autem senum grex sese hoc nomine, quasi et ipsi tunc fuerint inter Alcmæonidas (solet

enim comicus choro senum tribuere, quæ longe antecesserunt ætatem illorum hominum), ut æmulentur scilicet Alcmæonidarum virtutem oppugnanda tyrannide Hippiæ, quia nunc etiam mulieres affectent ejusmodi tyrannidem. Supra enim v. 621. dicebat: *καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος.* Alias Lycopodes dicuntur etiam tyrannorum satellites. Est autem origo nominis a pellibus lupinis, quibus tuebantur pedes. BERG. Quæ de vocabulo *λυκόποδες* affert scholiasta, aliena sunt ab Aristophane, quem metrum ostendit *λευκόποδες* scripsisse, quod Hermannus restituit. Scriptura vitiosa utuntur Photius p. 235, 17. et Suidas in *λυκόποδες.*

665. *Λειψύδριον*] De isto Lipsydrio et de Alcmæonidis cantabant scolion in conviviis, quod vide apud Athenæum p. 694. BERG.

666. *ὅτ' ἦμεν ἔτι*] Sic in Acharn. 697. chorus senum dicit *ὅτ' ἦμεν.* BERG.

669. *κἀναπτερῶσαι*] Hanc metaphoram explicat ipse comicus Av. 1437. et seqq. BERG.

673. *λιπαροῦς* Bentleius. Libri *λιπαρᾶς* vel *λιπαράς.*

675. *ὥσπερ Ἀρτεμισία*] Hæc etiam fuit in magna illa classe Xerxis contra Græcos, et ejus virtutem admiratus est Xerxes. Vide Herodotum. BERG.

676. *διαγράφω* Bentleius. *διαγράψω* R. Aug. Junt. *διαγράψαι* B.C.Δ. Vat. Voss. "Est autem metaphora, ut scholiastes dicit, "a litigantibus; nam *διαγράφειν δίκην* est *annihilare dicam* "alicui scriptam. In Nubibus v. 775. *πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη.*" BERG. V. Ruhnken. ad Timæum p. 82.

677. Alluditur ad illum *Ἀφροδίτης τρόπον,* de quo supra ad v. 60. Ad pendulam illam Venerem, cujus fructu delectabantur etiam mulieres tribades alternis se inscendentes, spectant Asclepiadis Epigrammata 29. 30. BRUNCK.

679. *Μίκων*] Miconis pictura erat in porticu, cui nomen Ποικίλη, quam describit Meursius Athen. Att. p. 20. BRUNCK. Conf. Pausan. 1, 15, 2.

680. *τετρημένον ξύλον*] Hoc lignei vinculi genus dicitur *πεντεσύριγγον ξύλον* in Equit. 1045. BERG.

682. *τουτονὶ τὸν αὐχένα*] Collum etiam imponebatur in lignum illud perforatum; Anacreon apud Athenæum p. 534. *πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα.* BERG.

683. ἣν] Schol. τὴν φύσιν λέγει, τὴν ὀργήν.

689. αὐτοδὰξ] Irati se ipsos mordent. Vesp. 785. σεαυτὸν δάκνων. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. BERG.

690. μή ποτε φάγῃ σκόροδα] Scholiasta, εἰς τὸν πόλεμον φέρουσι σκόροδα.

μηδὲ κυάμους] Scholia: ἵνα μὴ δικάσῃ. Quia suffragia fabis ferebantur, unde populus Atheniensis dicitur κυαμοτρώξ in Equit. 41. BERG.

692. κακῶς] Addendum μ': quod vidit Bentleius.

694. ἀετὸν τίκτοντα] Hæc allegoria est, cujus sensus: *ego eruam tibi testiculos*. Id propriis verbis dicit supra v. 365. οὐ μήποτ' ἄλλη σου κύων τῶν ὄρχεων λάβηται. Ratio allegoriæ hæc est: quemadmodum scarabæus Æsopicus aquilæ in Jovis gremio parientis ova ejecit, ita et ego eruam tua ova, id est tuos testiculos. Fabulæ Æsopicæ et comicus breviter meminit in Pace 129. et seqq. ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μόνος πετεινῶν (κάνθαρος) εἰς θεοὺς ἀφιγμένος — κατ' ἔχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ, ᾧ 'κκυλίνδων κἀντιτιμωρούμενος. BERG. ἀετὸν Brunckius. αἰετὸν libri.

696. οὐ γὰρ] Vulgo ΓΥΝΗ ΤΙΣ. οὐ —. In R. ἄλλη οὐ —.

700. θἠκάτῃ] τῇ 'κάτῃ R. Aug. τῇ ἑκάτῃ Junt.

702. κἀγαπητὴν] καμπητὴν R. Aug. Junt.

705. ὑμᾶς λαβών] λαβὼν ὑμᾶς R. Aug. Junt.

706. Alloquitur Lysistratam ex arce venientem cum tristi vultu. Causa autem tristitiæ est incontinentia et libido mulierum, quæ in arce non possunt coerceri, ne ad viros elabantur. BERG. In R. præscriptum, γυνὴ πρὸς λυσιστράτην. Vix opus moneri coryphæi hæc verba esse. 706. 707. ex Telepho Euripidis.

713. Sumtus hic versus ex Æschylo Prom. 197.

ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα.

BRUNCK. Scholiasta, ἐξ Εὐριπίδου.

717. Ζῆνα dicit, quemadmodum in præcedentibus verbis sermonem tragicum erat imitata.

719. ἀποδιδράσκουσι] διαδιδράσκουσι Δ. Voss.

720. διαλέγουσαν] Id est διορύττουσαν. De qua significatione dixi in Thesauro Stephani. Conf. ad Vesp. 350.

721. Πανὸς αὔλιον] Panis antrum subter rupes, quæ *Macræ* di-

cebantur, ad latus arcis septentrionale. In eo compressa Creusa ab Apolline, ibidem post exactos menses Ionem peperit. In cognomine Euripidis dramate Creusæ arcana sua revelanti, v. 946.

οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;

respondet senex patris illius olim pædagogus:

οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.

Ibid. v. 11.

ἔνθα προσβόρρους πέτρας
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.

Vide Meursium Ath. Att. 2. 6. ubi tamen Panis non meminit, cui sacrum fuit hoc antrum. BRUNCK. Add. Musgrav. ad ejusdem fabulæ v. 504.

722. τροχιλίας] τροχειλίας R. Junt.

723. στρουθοῦ] Scribendum στρούθου.

725. εἰς] ἐς libri.

Ὀρσιλόχου] Scholiasta dicit hunc notari tanquam lenonem et adulterum et effeminatum. BERG.

727. ἤδη] ἠδὶ Elmsleius.

729. Μιλήσια] Milesia vellera erant in pretio. BERG.

730. κατακοπτόμενα] κατακαμπτόμενος Etym. M. p. 709. extr. et Philemo p. 66. ed. Burn. (116. Osann. qui similia ex alio grammatico attulit.) ὑπὸ τῶν σέων καταπονούμενον ex Aristophane affert Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1257.

733. μὴ διαπετάννυ, μηδ' ἀπέλθῃς] Vulgo διαπετάννυε. Formam quam Regii [Δ. et Voss.] exhibent, prætuli. Sic Eurip. Med. 747.

ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρός.

Noster Pace 844.

στόρνυ τ' ἐμοὶ καὶ τῇδε κουρίδιον λέχος.

Est hoc ex indole dialecti Atticæ, quæ formis contractis gaudet. Perperam in B. ἄπελθε. BRUNCK.

734. ἐῶ] Restituenda potius forma monosyllaba ὦ. ἐῶ δ' pro ἀλλ' ἐῶ B.Δ.

736. αὕτη 'τέρα] Vulgo αὖθ' ἡτέρα. Conf. ad v. 66.

739. ἔγωγ' B.C.Δ. Voss. ἐγὼ δ' R. Aug. Junt.

ἀπέρχομαι] ἐπέρχομαι C. et Vat. Scribendum ἐπανέρχομαι cum Kustero.

740. μἀποδείρῃς] μὴ ἀποδείρῃς libri.

τουτουὶ Bentleius. τούτου σὺ R. Junt. τοῦτο σὺ B.C.Δ. Vat. Voss.

742. πότνια producta syllaba prima, quia sermonem tragicum imitatur.

745. γ' ἐχθὲς] γε χθὲς R.

749. ἀλλ' ἦ B.C.Δ. Voss. ἀλλὰ Aug. Junt. et fortasse R.

751. ἱερὰν κυνῆν] Ex templo Minervæ. BERG.

752. κυεῖν] Habebat vestem fartam galea, ut gravida videretur. BERG.

754. ἔτ' om. R. Junt.

756. προφασίζει] τί προφασίζει (vel — ῃ) B.C.Δ. Voss.

τὰ om. B.Δ.

757. οὐ τἀμφιδρόμια] οὐδ' ἀμφιδρόμια B.C.Δ. Voss. "Dies est, "ut plerique veterum aiunt, a nato infante quintus, in quo "gestantes puerum cursitabant circa lares, unde etiam nomen "accepit. Illo die etiam obstetrices purgabantur et dona fere-"bantur. Quidam aiunt decimum esse, quo nomen impone-"batur infanti, ut scholiastes ad hunc locum. Vide lexicogra-"phos Græcos." BERG.

κυνῆς] Scholia, δέον παιδίον, εἶπε κυνῆς.

758. δύναμαι 'γωγ'] δύναμαι ἔγωγ' R. δύναμαί γ' ἔγωγ' C. et Voss. δύναμαί γ' ἔτ' B.Δ.

759. τὸν ὄφιν — τὸν οἰκουρὸν] Custodem arcis. Huc respexit Hesychius in οἰκουρὸν ὄφιν, ad quam glossam vide interpretes et in primis Valckenarium ad Herodot. 8, 41. BRUNCK.

760. γε delendum cum Bentleio. Conf. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 105. Ante γλαυκῶν in editione mea excidit τῶν.

761. κακκαβιζουσῶν, *tutubantium*. Plautus Men. 4, 2, 90.

Tu, tu istic, inquam. Vin' afferri noctuam
Quæ *Tu Tu* usque dicat tibi? nam nos, jam nos defessi sumus.

ad quem locum vide interpretes. BRUNCK. κακκαβᾶζουσῶν Voss. κακκαβιαζουσῶν Δ. Scribendum κικκαβαζουσῶν cum Dobræo. Sic κικκαβαῦ in Av. 261. Conf. Valcken. ad Ammon. p. 229. "Hodie, teste Dodwello Itin. vol. 2. p. 43. κουκουβαγία "vocatur Athenis strix passerina, cujus carmen ista vox accu-"rate imitatur." DOBRÆUS.

764. ἀργαλέας B.C.Δ. Voss. γ' ἀργαλέας τ' R. Aug. Junt. Scribendum ἀργαλέας γ' cum Dobræo.

766. ἔτ' om. B.Δ. In R. Aug. προσταλαιπωρήσατέ γ' (γε R.), omisso ἔτ'.

768. στασιάσωμεν] στασιῶμεν R. Junt.

774. ἦν] ἂν Δ.

δὲ διαστῶσι B.C.Δ. Voss. et scholiasta. δὲ δ' ἀποστῶσιν R. δὲ (vel δ') ἀποστῶσιν Aug. Junt. δ' ἄρ' ἀποστῶσιν editio Amstelod. a. 1670.

καὶ ἀναπτῶνται B.C.Δ. Voss. κἀναπτῶνται R. Aug. Junt.

777. γ' om. R. Aug. Junt.

778. — 780. Lysistratæ tribuit Dobræus.

785. ἦν νεανίσκος] Lectio interpolata. ἦν ποτε νέος probabilis conjectura Hermanni Elem. doctr. metr. p. 512.

Μελανίων] Μειλ— hic et infra per dipthongum in R.Δ. Voss. Junt. et, ut suspicamur, tribus codicibus Brunckii. Simplicem vocalem præbet Suidas in Μελανίωνος. Eadem scripturæ inconstantia apud Apollodorum 3, 6. p. 280. et 3, 9. p. 306. aliosque, de quibus vid. Valckenar. ad Phœniss. p. 625. Μειλανίωνα epici dixerunt et Milanionem poetæ Latini, velut Propertius 1, 1, 9. *Partheniis errabat in antris; ibat et hirsutas sæpe videre feras.* De Milanione, Amphidamantis filio, ejusque amore Atalantæ vid. Apollodor. 3, 9.

787. ἐς] εἰς R.

788. ᾤκει] ἐνῴκει Δ. Voss.

789. ἐλαγοθήρει] ἐλαγοθήρα B.C.Δ. Voss. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 627.

792. κατῆλθε] κατῆλθεν libri.

793. οὕτω] οὕτως Δ.

795. κεῖνος] 'κεῖνος Voss. hic et v. 818.

τ'] δ' B.C. Voss.

798. κρόμμυόν τἄρ' (sic B.C.Δ. Voss. et Suidas in κρόμμυον. γὰρ R. Aug. Junt.) οὐκ ἔδει] Nam esus cepæ ingratum facit osculum. Vide Thesm. 494. BERG.

799. κἀνατείνας] Vid. ad Eq. 1130. τὸ σκέλος, quod addunt libri, delevit Bentleius.

801. Μυρωνίδης] Qui Bœotos vicit ad Œnophyta. Vid. Thucyd. 1, 108. BERG. Memoratur etiam in Eccles. 303.

803. μελάμπυγος] Qui tales essent, eos putabant fortes, ut contra, qui essent λευκόπυγοι, eos molles et effeminatos. Vide Hesychium et Suidam. BERG.

805. Φορμίων] Dux celeber, cujus mentio in Equitibus v. 558. BERG.

809. Τίμων] Iste μισάνθρωπος satis notus est ex Luciani egregio libello, cui titulus Timo. BERG.

809. ἦν τις Δ. Voss. et Suidas in ἀπορρῶγας. Legebatur τις ἦν.

ἀΐδρυτος] ἀνίδρυτος Suidas in Τίμων. Utriusque formæ exempla attulit Lobeck. ad Phrynich. p. 730.

810. τὰ πρόσωπα Hermannus. Libri τὸ πρόσωπον.

περιειργμένος] περιειργασμένος Δ. Voss.

811. Ἐριννύος (debebat Ἐρινύος) Hermannus. Libri ἐριννύων.

ἀπορρώξ] Vid. Valckenar. de Aristobulo p. 16. Post hunc versum excidit versus qui respondit versui 789.

813. ἄρ' Hermannus. Libri οὖν.

820. — 890. om. B.C.Δ. Voss. In C. spatium vacuum relictum quattuor circiter plagularum.

824. σάκανδρον] Libri σάκανδρ'. " Suidas, σάκανδρος: τὸ γυ-" ναικεῖον αἰδοῖον. Derivatur a σάκος, barbam significante. " Vide Conc. 502." BRUNCK.

827. ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ] In Eccles. 12. mulier lychnum alloquens dicit, μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπεις ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. BERG.

831. ἄνδρ' ἄνδρ' Florens Christianus. Libri semel ἄνδρ'.

832. εἰλημμένον] εἰλυμμένον R.

833. 834. Hæc Lysistratæ tribuenda esse recte monet Dobræus.

835. Χλόης] Est autem Chloe Cereris cognomen, a virescentibus segetibus. Vide Athenæum p. 618. Sic ferme *flava Ceres* apud Virgilium. BERG. Cereris Χλόης dictæ templum erat in urbe prope arcem. Vide Meursium Gr. Fer. in Χλόεια. BRUNCK.

836. Lysistratæ hic versus absurde continuatur in vulgatis libris, in quibus totius hujus lepidissimi colloquii ita confusæ et perturbatæ sunt personæ, ut vix se quis eo extricare et actionem scenæ mente concipere queat. In Aug. lineola mutatæ personæ index huic versui præfixa: quæ vero initio seq. v. præfigi debuit, male omissa: at rursus posita est ante νὴ Δία. Melius in cod. ὦ νὴ Δί' — ut infra 857. ὦ πρὸς τῶν θεῶν. BRUNCK. Vulgo ὦ.

839. *εἴη*] Scribendum *ἤδη* cum Dobræo.

841. *ἡ κύλιξ*] Vide v. 209.

843. *παραμένουσά γ'* Bentleius. Libri *παραμένουσ'*. Porsono scribendum videbatur *συνηπεροπεύσω σοὶ παραμένουσ'*.

846. *ὥσπερ ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον*. Plautus in Cistellaria 2. 1, 4. *Jactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser.* Quod ad verba Græca attinet, similiter in Pluto v. 876. *ἐπὶ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανούργηκας.* ubi vide notam. BERG.

851. Vulgo [et in R.] legitur: *ἰδού, καλέσω 'γὼ τὴν Μυρρίνην σοι. σὺ δὲ τίς εἶ*; metro corrupto. Diversa, sed non melior, cod. lectio: *ἰδού, καλέσω τὴν Μυρρίνην νῦν σοι. σὺ δὴ τίς εἶ*; Hinc expuncto *νῦν*, illinc *'γὼ*, constant numeri. BRUNCK.

852. *Παιονίδης Κινησίας*] Habent hæc quidem formam nominum propriorum hominis, et nunc introducitur persona sub his nominibus, sed vi vocis res consignificatur. *Παιονίδης* enim est a *παίειν*, quod de re Venerea usurpatur, ut in Pace 874. BERG. *παιονείδης* R. *πεονίδης* (a *πέος*) Bentleius.

855. *διὰ στόμα*] Æsch. Sept. c. Theb. 51. *οἶκτος δ' οὔ τις ἦν διὰ στόμα*. BRUNCK.

856. *ᾠὸν*] *ὠιὸν* R. Vulgo *ὠόν*.

862. *σοι* addidit Bentleius.

863. *τουτ'*] *δεικτικῶς* scilicet rigentem nervum. BRUNCK.

866. *αὐτὴ 'ξῆλθεν* Florens Christianus. Vulgo *αὐτὴ* (*αὕτη* R.) *ξυνῆλθεν*.

878. Mœris: *Μάμμην, καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί· Ἕλληνες τὴν μάμμην.* Ad quem locum videndi interpretes. BRUNCK.

884. *τί γὰρ πάθω*;] Perperam vulgo verba hæc Cinesiæ tribuuntur, quæ mulieri continuanda. Formulam illustravit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 335. Ea utitur noster Conc. 860. Nub. 798. Av. 1432. BRUNCK. Personarum distinctionem Florens Christianus, quamvis dubitanter, correxit.

885. *γὰρ*] *μὲν* Brunckius. *γὰρ* grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 355.

887. *βρενθύεται*] De hoc verbo vide Hemsterhusium ad Lucian. p. 367. BRUNCK.

888. *ταῦτ' αὐτὰ δή 'σθ' ἃ κἀμ'*] *ταῦτ' αὐτὰ δὴ κἄσθ' ἅμ'* malebat Dobræus.

895. διατίθῃς] Libri διατιθεῖς. Vid. Porson. ad Eurip. Or. 141.

896. φορουμένης] διαφορουμένης Suidas in h. v.

